
...TECA. VITT. EMANUELE ...
36
13 B
3
...BORENSE

Google

Auguſtini Da-
THI SENENSIS ELEGANTIARVM LINGVÆ LATINÆ PRÆCE-
pta cũ familiari Iodoci Clichthouei, ac Iodoci Badij Aſcenſij enarratione, nũc demum ab Ioanne Rænerio diligenter recognita.

Sunt & alia hoc in libro Contenta, quæ ex ſequenti pagina diſces.





LVGDVNI
Apud hæredes Simonis Vincentij.
M. D. XXXIX.

B 1 I 25
291
36.13.B.3
6.3.C.28
Capuccinorum Romæ

Ho[illegible]n Codice contenta.

Io.Bad[illegible] Aſcenſij de epiſtolis componendis iſagoge

Ioan[illegible] Sulpitij Verulani de epiſtolarum compoſitione elegans opuſculum, ab eodem Aſcenſio elucidatum.

Regulæ conſtructionis, ordinis, venuſtatis, & diuerſitatis ab Aſcenſio collectæ, & inſertæ poſt[illegible]um quartum Auguſtini Dathi præceptum.

Regulæ elegantiarum Franciſci Nigri cũ explanatione Clichthoueana.

Magiſtratuum Romanorum diligens declaratio.

Item Io. Badij Aſcenſij de rectè ſcribendi ratione compendioſa traditio, necnõ de orthographia regulæ generales

Apex Aſcenſianus de Græcis dictionibus ex Tortellio depromptus

Eiuſdem de orthographia cũ arte diphthongandi Guarini Veronenſis regulæ

De eadem exactum Georgij Vallæ compendium.

Addita prætereà ſunt, ſed ſeorſum, duo aurea eiuſdem Dathi opuſcula. Vnum de nouem vocabulis falſò per antiphraſim dictis. Alterum de floribus vocum ex Cicerone præcipuè decerptum.

Index eorum quæ in Auguſtini Dathi elegantijs continentur.

Ioannes Rænerius ſtudioſo adoleſcenti Amedeo Braſſicano Treuoltino S.

FElicē te,ſuauiſſime Amedee,alioſq; oēs literarū cādidatos huius ætatis adoleſcentes optimo iure duco,qua doctiſſimi quiq; de re literaria bene mereri contendunt:alij docendo,nam paſſim inuenire eſt viros doctos literas profitentes ; alij veterum autorum obſcura enarrando, ſuaſq; enarrationes in communem ſtudioſorum vtilitatem in lucem emittentes:alij mēdas, quæ paſſim in bonis autoribus chalcographorum incuria,aut potius inſcitia inoleuerant,quæ lectorem aut fallere, aut remorari poſſent, tollentes ; vt multò vberius puer ad literas biēnio nūc ꝓuehi poſſit,quàm paucis antè annis decennio. Bibliopolæ quoque certatim libros omne genus ꝙ emendatiſſimos poſſunt,euulgant: præter cæteros autem Antonius Vincentius ciuis Lugdunenſis,generoſi ſpiritus iuuenis,opibuſq; potens, apud quem plus ſemper publica,quàm priuata valuit vtilitas. Quanta enim maxima poteſt diligentia iuuentutis ſtudijs,eruditioniq; conſulit.Quod cùm ex alijs permultis autoribus,quos ille ſuæ integritati reſtitutos excudendos curauit,intelligi poteſt, tum ex his eruditiſſimi viri Auguſtini Dathi elegantiſſimis linguæ Latinæ elegantijs,quas illius hortatu,precibuſq; recognoui, cùm eas ſuo ſub nomine venales,haud ſecus ac terſas, ſummaq; accuratione recognitas,proſtare vellet.Quod enim ipſe non ineruditus ſuis nō poteſt oculis videre (quis enim vnus omnia videat?) alienis perſpicit. Par erit viciſſim ſtudioſam iuuentutem illius in ſe beneficiorum gratam ſe,memoremq; exhibere:ab eo potius (ne à tam laudabili inſtituto deſiſtere cogatur) tanquam à iuſto poſſeſſore,veroq; domino,libros emat,quàm ab his, qui veluti incubitores in eius meſſem falcem immittunt, ceuq; ignaui fuci qđ ille mellis cōgeſſit,cōſumunt, ac polluūt: hoc eſt,q libros,quos ille graui impēſa caſtigandos curauit,poſt cū,diſpari tamē diligētia,mox imprimūt.Quātū

verò hoc in emendãdo opere à nobis aduigilatum ſit,nē quid aliud dicam,is videbit,niſi plane ſit cęcus, quiſquis hanc editionem cum alijs omnibus contulerit.Hanc autem noſtram quantulamcunque operam tibi,dulciſſime Amedee, multis de cauſis mitto,ac dico.Primùm,vt inde tibi,tua quanquàm ſponte ſatis currenti,ſtimulus aliquis ſubdatur,qui tuum in literas ſtudium augeat,acuatq́. Deinde vt tu,paterq́ tuus beneficiorum,quibus ille numeroſis olim me ſibi deuinxit,non immemorem eſſe cognoſcatis. Non quòd re putem tantilla magnificis illius in me officijs reſpondere,gratiam enim referre neutiquam cogito,cùm mihi facultates non ſuppetant,vt parem cum eo rationem faciam:ſed quòd velim intelligat, me cupere tantùm in eorum eſſe albo,qui ſe ab ęris alieni moleſtia nominis profeſſione liberant. Poſtremò, vt has in elegãtias,quòd tibi inſcriptę ſint,eò libètius,alacriuſq́ incumbas. Quod vt toto pectore primis iſtis annis facias,magnopere te hortor.His etenim pręceptis memorię diligenter mandatis,proximius ad eloquentiã,quod et ipſe autor ait,accedes.Nec ad eloquentiam modò,verùm quoq; ad diſciplinarum omnium faſtigium te breui peruenturum ſpero,cùm tibi rara ingenij acrimonia,naturęq́ docilitate pręditò pater ſit vir bonus,et eruditus, ac eruditorum amantiſſimus,dextroq́ Hercule pręediues, cui nihil magis in votis eſt,quàm vt literas colas.Quamobrem, chariſſime Amedee, cùm omnia tibi, quibus ad ſummum literarum gradum euadere poſſis, adſint adiumenta, non committas vt ſolus ipſe tibi defuiſſe videare. Vale, et me ama.

IODOCI BADII ASCENSII IN EPISTOLA- *rum compoſitionem compendium Iſagogicum, breuitate, & facilitate præditum.*

De epiſtola, & literis. Titulus primus.

Epiſtola a verbo ἐπιστέλλω (quod ſignificat mitto, mando, & iubeo) dicta. Literæ ſunt miſſiles, miti idoneæ, quibus aut abſentes facimus certiores, ſiquid eſt quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorũ īterſit: aut res graues de philoſophia, deq; republica tradimus, aut iubemus, aut familiares, & iocoſas ſignificamus.

Expoſi.

¶ Pro huius deſcriptiõis explanatiũcula videbimus primò vnde epiſtola dicat̃, & vñ literæ. Secundò, qd hæc duo inter ſe diſcriminis habeant. Et tertiò, quot epiſtolarũ à Cicerõe ponãtur genera. Pro primo aũt annotandũ eſt, quia epiſtola dicitur a verbo Græco epiſtello, quod eſt ſignifico, mitto, mãdo, iubeo: vnde ἐπιστολὴ dicitur etiã iuſſus. Et ꝑ diminutiõẽ epiſtoliũ, ſicut ab elegia elegidium, quo Perſius vtitur, & Catullus epiſtolio, dicẽs: Quod mihi fortuna, caſuq; oppreſſus iniquo, Cõſcriptũ hoc lachrymis mittis epiſtolium. Litera verò dicitur vel, à linendo, quaſi litura. eo quòd in ceratis tabulis olim ſcriptitabãt, quas linebãt: vel à legẽdo, quaſi legitera: & vtroq; mõ t ſimplici ſcribi deberet, ſed quia præter naturã primitiui primã ꝓducit, t geminare ſolet. Significat autem in vtroque numero elementum vel elemẽta, Græcè gramma, vel grãmata: et manũ ſcribẽtis. Elementũ vt apud Ciceronẽ in epiſtola ad Cęliũ, vbi ſcribit ad ſe nullã literã Bibulum miſiſſe. Manũ aũt apud eundẽ in epi

ſtola ad Atticum: Nã Alexidis manũ amabã, quòd tantopere accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literę.i.manus, aut ſcripturæ. In plurali verò literæ ſignificant etiã epiſtolã, pro qua niſi metri neceſſitate à poëtis ſingulariter nõ reperiunt. Neq; verò ſolã epiſtolã, ſed quæcunq; literis mãdari ſolent, ſignificare poſſunt: vnde ſanctas literas pro ſancta ſcriptura, & cultiores literas ꝓ ornato ſermone, apud eruditos inuenies. Pro ſecũdo autẽ aĩaduertendũ.

De epiſtolæ, aut literarũ, conſimiliumq; quantũ ad elegantiam, cum numeralibus diſcrimine. Titul. II.

EPiſtola, & quæcunq; alia ſingularem habentia, citra diſtributionem poſita, numeralia diſtributiua refugiunt, quæ literæ, & cætera in quouis ſignificatu ſingulari carẽtia etiam admittunt: ſub diſtributione autem omnia indifferenter diſtributiua efflagitant, ſed ad tantùm pluralia non fiet ſingulariter relatio.

¶ Huius dicti quatuor ſunt mẽbra. Primũ, quòd ſingularem habentia diſtributiua refugiũt, niſi diſtributionem admittãt, vnde niſi pluriũ ſingulis duas, aut tres epiſtolas, aut nuces dederis, non dices, dedi pueris binas, aut ternas epiſtolas, ſed duas, aut tres: & ita de reliquis. Secundũ eſt, quia ſingulari carẽtia, ſaltẽ in qua ſignificatione à nobis accipiũtur, citra diſtributionẽ cũ diſtributiuis poni poſſunt: vnde pro duab⁹ epiſtolis rectè binas literas dixeris, verũtamẽ peritiores volunt apud Ciceronẽ, quũ binas literas dicit, etiã diſtributionẽ ſignificari. Sed tãta eſt Laurẽtij Vallę in hoc autoritas, vt vix audeã dicere duas literas, niſi duo elemẽta ſignificẽ. Tertium eſt, quia omnia diſtributiuè poſita ſiue ſingulari carent, ſiue nõ, cũ diſtributiuis ritè ponũtur: vt, Dedi pueris meis binas epiſtolas.i.ſingulis duas. & id quidẽ libẽtius dixero, quàm binas literas, ne ambiguũ relinquã, an diſtributiuè loquar. Quartũ eſt, quòd ad tantũ pluralia nõ fiãt relationes ſingulares. Vnde ſi binas literas præmiſeris, non addas quarũ vnã, aut alterã, ſed vnas aut alteras. Cõtrà,

ſi duas epiſtolas,quarũ vnã,aut alterã. Sed ſi binas epi-
ſtolas,dices quarũ vnas,aut alteras, nõ quarũ vnã,&c.
Iam de pluribus loqueris,ſicut in Bucolicis,Aurea ma-
la decẽ miſi,cras altera mittam. altera videlicet decem.
Sed tertium principale proſequamur.

Tria eſſe apud Ciceronẽ epiſtolarũ genera. Tit. III.

Epiſtolarum genera ſecundũ Cicer.tria ſunt: Vnũ, quo facimus certiores abſentes,ſiquid eſt qđ eos ſcire,aut noſtra,aut ipſorũ interſit. Alterum,ſeuerum,& graue,& de rep.& de philoſophia. Tertiũ familiare,& iocoſum. Ad hæc aũt cætera reduci poſſunt oĩa.

¶In primo genere ſunt plurimę apud Cic. & Plinium, aliosq́ epl'æ,quas ſcripſerũt,quia præſentes cõuenire nõ poterant,ob id em̃ inuẽtæ ſunt epl'ę. In ſecũdo ſunt diui Pauli,Senecę,diui Hiero.diui Auguſtini,multorũq́ grauiũ virorũ literę,quas ſcripſerũt,aut quia ne tũc qdẽ,aut quia nõ ſemper cõuenire poterãt quos docere volebãt. In tertio ſunt nõnullę apud Cic.plures apud Philelphũ, Pogiũ,& alios q res familiares,aut iocoſas ſcripſerunt.

De epiſtolarum partibus. Titulus IIII.

Epiſtolarũ autẽ familiariũ partes quinq; poni ſolẽt. Salutatio,Exordiũ,ſeu pricipiũ: Narratio,Petitio, & Cõcluſio. In grauibus autẽ oẽs orationis partes locum habere poſſunt,non tamen oẽs neceſſariæ ſunt.

¶Cicero enim in familiaribus rarò,aut nunquam exordijs vtitur. Orationis autem partes à Sulpitio in ſequẽti opuſculo explicabuntur.

De ſalutatione,& ſpeciebus eius. Titut. V.

Salutatio eſt,qua animus ſcribentis in eũ, ad quem ſcribit,ſignificatur,prima conuentio. Eius autem ſpecies ſunt tres,ſubaudita,breuis,& plena.

¶Subaudita eſt,quoties properanter ſcribentes animos noſtros ſolo epitheto,hoc eſt adiectiuo, beneuolentiæ, aut maleuolẽtiæ ſignificamus; hoc pacto, ſuauiſſime fili.

Nate dulciſſime.Parens optatiſſime. Pater deſyderatiſſime.Aut in primis colende, honorande, obſeruande. Frater optime,aut chariſſime.Mater præſtantiſſima.Probe adoleſcens.Iuuenis ſtudioſe. Amicorũ integerrime, aut intime.Vicine bone.Compater dilecte.& ſimilibus. Ad quas addamus,Velim ſcias.aut, Opus eſt mihi hac, vel illa re.Hac cœna nos conuenito, &c. Breuis eſt, quæ ſuppreſſo noſtro nomine,eum ad quem ſcribimus ſaluere iubem⁹:hoc modo,Salue dulciſſime decus meũ. Aue virorum clariſſime. Saluus ſis fili indulgentiſſime. Saluere te gaudeo fili chariſſime.Saluum te eſſe volupe eſt.Bene tibi ſit. Bene tibi eſſe volumus. Optamus ſalutem.Præmiſſa ſalute.aut,Salutem,ſine vlteriore acceſſione.Plena ſalutatio eſt,quæ vltra ſalutandi partes, & ſuperſcriptionis,& ſubſcriptionis fungitur munere:vt,Iodocus Badius Aſcenſius Chriſtiano Sticho filiolo ſuo chariſſimo ſalutem dicit.Alijs autem ſalutem,alijs felicitatem,alijs ſanctam vitam dicere licet.Poteris autẽ verbum ſubticere.Nam ſatis erit cùm dices, Aſcenſius Sticho ſuo ſalutem.Neq; verò dices,Salutes plurimas.aut, quot maris ſunt arenæ,tot ſalutes.Nam ſalus plurali caret.Præcipiunt autem quidam magis audiendi, nomen ſcribentis antequàm eius ad quem ſcribit ponendũ eſſe, etiam ſi minimus quiſq; ad maximum ſcribat,idq; Ciceronis autoritate confirmatum volunt,qui nomen ſuum ſemper præpoſuiſſe comperitur.Verùm cùm ille conſularis fuerit vir,difficile ſuperiorem eo comperies. Quocirca non damnem eorum modeſtiam, qui principum virorum nomina præponunt.Vnde eſt illud Sulpitij Verulani,viri in hac parte peritiſſimi, Clariſſimo viro Falconi Simbaldo Patritio Romano, protonotario apoſtolico,apoſtoliciq; fiſci cuſtodi,Ioãnes Sulpitius Verulanus ſalutem.Contrà qui ſcribentis nomen præponendũ cenſent,non futilibus tutantur nominibus.Nam & Terentia M.Tullio Ciceroni ſalutẽ dicit,prępoſito ſuo,vtpote ſcribentis nomine.Et Anacharſis Scythæ philoſophi ad Ammonẽ regẽ ep̃la ſic incipit:Anarcharſis Ammoni S.

Alexãdri quoq; ad matrẽ extat epiſtola,quã A. Gel.lib. xij.c.iiij.recitat,ſic inchoata,Alexãder Iouis Ammonis fili⁹,Olympiadi matri ſalutẽ.Hanc autẽ plenã ſalutationẽ non opus eſt præmittere,niſi in literis apertis, & quales ſunt quæ ſcribuntur,aut imprimuntur,vt in facie librorum.Quando verò talis ſalutatio plena præmittitur,nõ eſt opus in fine nomen ſcribentis repetere,niſi aut modeſtiæ,aut ſui commendandi gratia. Tunc enim dicere licet ſic,idem tibi dediriſſimus alumnus.Aut tui obſeruãtiſſimus,ſeu amantiſſimus cliens, diſcipulus, famulus: prout in Sulpitio videbimus.Sed has ſalutationis partes altius proſequamur.

De ſuperſcriptione. *Titulus* VI.

Superſcriptio,eſt exterior ſuper epiſtolam ſcriptio, nomen, merita, locumq́; eius ad quem ſcribimus continens.

¶Sunt autem qui nomen propriũ ante officij,aut dignitatis præconia ponendum cenſeant , quod in ſubſcriptionibus quidem modeſtiæ gratia obſeruamus: vt, Sixtus dei gratia ſeruus ſeruorum dei. Ludouicus prouidentia diuina Frãcorum rex,&c.Sed in ſuperſcriptionibus ſi officia, & merita præpollent,ea præponẽda cenſeam:vt,Inuictiſſimo, atq; Chriſtianiſſimo Francorum Regi Ludouico.xij.&c.Tam verò propriũ nomẽ,quàm eius epitheta in dandi caſu ponere ſolemus,quia ſubaudimus aut dentur literæ,aut ſalutem dicit. Liceat tamen dicere,Ad magnificum equitem auratum &c.Locus autem vel in accuſatiuo ponetur ſine præpoſitione, ſi eſt proprium loci minoris ſimplicis figuræ,aut cum præpoſitione,ſi aliud.Vel in genitiuo, ſeu ablatiuo , expreſſo, aut facilè intellecto verbo,autparticipio quietis,aut motus in loco.Vnde in fine ſcribere licet,Romam,ad ędem diui Petri.Lugdunum,ad diuum Ioannem Baptiſtam. Aut ſic,Studioſo adoleſcenti Parrhiſijs bonis literis inſudanti.Probo negociatori Brugis agenti, Gandaui reſidenti,&c.Præconia autem pro dignitate iuſtum eſſet

conficere, neque fas eſt vno gradu præditos, ſi differētibus ſunt meritis eodē modo affari. Nā licet ad quos ſcribimus oēs ſint bonarum artium profeſſores, alios tñ doctos, alios cū primis, vel in primis, vel inter primos doctos, & eruditos: alios longè doctiſſimos, aut facilè doctiſſimos, aut ſumma doctrina præditos nūcupabim⁹. Vitādę aūt ſunt nimiūm fucatæ, aut calamiſtratæ cōpellationes, quę adulationē ſuboleāt, de quib⁹ videbis Sulpitiana exempla. Epitheta aūt quæ idem cōfuſè ponit, ſic ſua quibuſq; accommodabis.

Summo Pontifici aſcribemda epitheta.

¶ Sanctiſſimo diui Petri ſucceſſori. Sūmo Romanorum pōtifici, reuerētia omniq; obſeruatiōe digniſſimo. Papæ, antiſtitiq; Romanorū maximo. Sāctiſſimo Chriſti in terris vicario. Sūmo, vigilantiſſimoq; Chriſtiani gregis paſtori, &c.

Imperatoribus apta.

¶ Diuo, atq; inuictiſſimo Romanorū Imperatori. Feliciſſimo toti⁹ orbis moderatori. Fauſtiſſimo rerum potitori. Incōparabili orbis monarchę. Diuo Cæſari, ſempq; Auguſto Togatorū principi. Inclytiſſimo totius orbis triumphatori &c.

Cardinalibus apponenda.

¶ In primis reuerendo, Cardinaliq; præſbytero, Sanctiſſimo archipræſuli, ac firmiſſimo Romani pontificat⁹ Cardini. Summa obſeruation[illegible] digniſſimo Romanorum pōtificatus cardinali. Multa[illegible]entia digno, Romaniq; pōtificis aſſiſtitori cardineo.

Regi addicenda.

¶ Inuictiſſimo Romanorū regi, Magnanimo triumphatori, & Chriſtianiſſimo Francorum regi. Clementiſſimo Hiſpanorum rectori, ſceptiferoq; principi, ac regi. Excellentiſſimo, ſummaq; virtute prædito Anglorum regi, & cætera.

Archiepiſcopo, & Epiſcopo conuenientia.

¶In primis ſancto patri, & primatus Lugduneñ. archipræſuli. Reuerendo admodũ in Chriſto antiſtiti, & Neruiorum Tornatorumúe præſuli. Sanctiſſimo præſuli, & inclyto Leodiorũ epiſcopo. Vigilantiſſime gregi ſuo ſuperintendenti Cameracenſium epiſcopo.

Archiduci, Ducíq; congua.

¶Clariſſimo, atque inuictiſſimo archiduci. Indytiſſimo bellatori, & inuictiſſimo ſuorum ductori. Generoſiſſimo, atq; eidem ſplẽdidiſſimo duci. In primis ſtrenuo, atque præter cæteros fortunato horum, aut illorum duci & cætera.

Abbati, cæteriſq; prælatis applicanda.

¶Reuerendo patri. Obſeruando cũ primis archipreſbytero. Religioſiſſimo viro eccleſiæ. N. archidiacono. Vigilantiſſimo gregis dominici paſtori. Magno eccleſiæ. N. curato. Eximio conuentus Carmelitarum pręſidi. Obſeruantiſſimo diuinę legis inter minores patri. Diſertiſſimo fratrum prędicatorum concionatori. &c.

Comitibus, equitibuſq; auratis debita.

¶Fideliſſimo impatorię maieſtatis comiti. Inclytiſſimo Flandrini comitat⁹ principi. In primis ſtrenuo bellatori, equitiq; aurato. Aureo cingulo inſignito, ſummaq; virtute prædito, nec minus felici in bellis gerendis equiti. Alto loco nato, clariſq; natalib⁹ perſpicuo equiti &c. Forti admodum equiti, & in primis ſtrenuo.

Religioſis, & doctoribus quadrantia.

¶Venerabili patri. Viro religioſo admodum, & in primis colẽdo, multaq; ſanctitate perſpicuo. Summa caſtimonia claro. Excellenti abſtinentia ornato. Summa religione prædito. Viro diſertiſſimo. Doctorũ antiſtiti. Eloquij Romanorum principi. Iureconſultiſſimo. Medico peritiſſimo. Apollineæ artis expertiſſimo. Diuinarum literarum interpreti perfect[illegible]mo. Diuinæ paginæ profeſſori eximio. Doctiſſi[illegible]rum artium doctori.

Iudici, & præfectis vrbium accõmodanda.

Incorruptiſſimo iuris adminiſtratori. Sanctiſſimo legum executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantiſſimo vrbis præfecto. Diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morum cenſori. Iuſtiſſimo ædili. Aequiſſimo iudici. Inuiolabili iuſtitiæ præſidi. Fori toti⁹ ſplẽdori &c.

Ciuibus, & negociatoribus, cæteriſq; bonis idonea.

¶Splendido ciui, Prudentiſſimo viro, Optimo ciui, Laudato admodũ negociatori, Mercuriali viro probiſſimo, Negociatorum optimo, Diligenti operario, Solerti opifici, Probo mercatori: Studioſo ſcholaſtico, Ingenuo adoleſcenti, Spectatæ indolis ducero &c.

De *Subſcriptione*. Titulus. VII.

Subſcriptio autẽ eſt modeſta notificatio ſcribentis cũ loci, temporis, ac meritorum eius ſpecificatiõe, poſt vale, ſub calce epiſtolæ poſita.

¶Quatuor igitur ad eam pertinent, loci (vnde epiſtola mittitur) deſcriptio, temporis quo ſcripta eſt notificatio, quæ duo cõtinuò poſt vale ſcribi ſolent: item ſcribentis, & eius meritorum modeſta declaratio, quæ ſi humilis eſt ſcribens, in pͦſtrema parte poni ſolet. Neque verò (vt dixi) ſi plena ſit ſalutatio præmiſſa, neceſſe erit iterum ſcribentis nomen, ac merita repo͂nere. Quinctiam negociatores temporis, & loci in fronte meminiſſe ſolent. Locus autem iuxta regentis exigentiam, nunc in gtõ, nunc in ablcõ, nunc ſine prępoſitione, nunc cum præpoſitione, vt, Ex officina noſtra literaria, Parrhiſijs. Ex Parrhiſiorũ Lutetia. Datum Romæ. Scriptum Lugduni. Sed honeſtius talia ſubaudiuntur: vt, Vale Lugduni, ad cal. Martias &c. Aut, A Lugduno. &c. Tempus autem in ablcõ ſine præpoſitione ponemus, aut cũ præpoſitione, in eo caſu quem ipſa efflagitat: vt, Ex Lugduno, anno M.DI. cal. Aprilis. aut, ad cal. Aprilis. Cùm verò dicimus, pridie calendas, aut tertio calendas, perficitur ſic, pridie. i. die præeunte calendas: tertio. i. die ante calendas, aut

inter calendas.Vnde quia ſubauditur ante,ideo dies denoĩantur à ſequentibus calendis,nonis, aut idibus,nõ ĩ à pręcedentibus,Et ideo quia primus cuiuſque menſis dies calẽdæ ſunt,ideo qui ab eis denominabuntur dies, erunt in menſe præcedente:ſed qui à nonis,& idibus, in eodem menſe.Sunt autem ſtatim poſt calendas nonæ in quatuor menſibus incipientibus ab his literis, immo. i.Iulio,Martio,Maio,& Octobri,ſex in reliquis quatuor: deinde in oĩbus idus octo,poſt quas ſunt calendæ ſequentis menſis,aut veriꝰ dies ab eis denominãdi.Nã calendarum, nonarum, & iduum vnum duntaxat diem eſſe volunt,quem in ablatiuo ponemus,dicentes, calendis,nonis,aut idibus Auguſti & c.q.dicamus calendis ipſis .Cũ verò dicimus ad calẽdas, eſt quaſi iuxta,aut circiter calẽdas,& dies eſt incertꝰ:ſed pridie cal. eſt dies p̄cedẽs.Propterea aũt ꝙ abtm̃,die,includũt,licet dicere pridie,& poſtridie calendarum.Nec eſt poſtridie idẽ quod cras,ſed poſteriori die:vnde de p̄terito dici pōt: vt Poſtridie quàm pater defunctus erat,epulum dedi,& Poſtridie quàm vxor morietur,viſcerationem dabo.&c.Itẽ tertio calendas,eſt præcipuè is,qui tertius eſt,computando calendas pro vno,& pridie calendarũ pro altero.Neque dicemus ſecundo calendas:quia ſecundns à ſequendo dicitur,dies aũt præcedunt,qui à calendis, nonis,& idibus denominantur.Vnde ꝓ ſecundo dicimus pridie: quod longè differt ab heri,licet heſternum pro pridiano paſſim reperias.Verùm quia de his in Sulpitio,& Auguſtino diffuſè dicetur,finẽ facio.Nomen ſcribentis ponit in nrõ,quia ſubauditur verbum dicit,aut mittit:ſunt tamen qui dicant interdum,Per eundem dedititium ſtuũ, Per eum qui ſupra. ſed id vulgatius. Merita aut noſtra modeſtè memorabimus, niſi fortè dignitatis, & poteſtatis autoritate quid fecerimus.Potius autem modicitatem noſtram fatebimur,quàm titulos oſtendemus. Cognationis autem gradus licitè explicantur; vt frater patruelis,ſobrinꝰ,cõpater tuus &c.

De principio,ſeu exordio. *Titulus* VIII.

PRincipium, ſiue exordium breuis eſt oratio, quæ ſtatim nobis aut beneuolum, aut docilem, aut attentum comparat auditorem.

¶De hac parte videbis Sulpitium in ſequenti opuſculo Titu.ij. vbi docet beneuolum facere à quatuor, à perſona noſtra, à perſona aduerſarij, à perſonis auditorum, & à rebus ipſis. Docilem autem expoſitione totius rei dicẽdæ: eiuſq; aperta diuiſione, & apto ordine. Attentum verò promittendo dicere magna, & pulchra, aut cum primis vtilia, & ideo precando attenti ſint, atq; animaduertant. De quibus omnibus in Sulpi. per nos aliâs declarando prolixiores erimus. Porrò principio, ſiue exordio non ſemper ne in oratione quidem vtamur, ſed vti ex Cicero. Sulppitius docet, ꝓ principio, ſi turpe eſt genus cauſæ, ad inſinuationem confugiemus. At in epiſtolis familiaribus vix vnquam vſos offenderis idoneos. Statim enim poſt ſalutationem aut narrant, aut petunt. Veruntamen ſi res inhoneſta petitur, aut pro inhoneſtis, inſinuatione vtendum eſt etiam in epiſtolis: in quibus ſi de philoſophia, aut repu. ſunt, etiam exordia locũ hñt. Cęterùm quia plurimùm beneuolentiæ ex apta laudatiõe cõſequi ſolemus, adiecimus ex Mancinello hũc de ea tractatulũ.

De *laude, & vituperatione.* *Titulus* IX.

LAus eſt expoſitio, amplificatioq; bonorum, quæ alicui accidunt perſonæ vel communiter, vel priuatim. Communiter, vt laus hominis. Priuatim, vt laus Socratis, laudamus tamen etiam res, vt iuſtitiã, vt muta animalia. Nec nõ etiã arbores, & ſemina, & montes, & fluuios, & ſimilia. Sciendumq; quòd demonſtratiuum genus diuiditur in laudem & vituperationẽ: quibus autem ex rebus laudem conſtituerimus, ex contrarijs rebus erit vituperatio comparanda. Loca verò laudis, vel vituperationis, poterunt eſſe rerum externarum, corporis, & animi. *Deorum laus.*

¶In deis aut generaliter primùm maieſtatem ipſorum naturæ venerabimur, déinde propriè vim cuiuſque, &

inuenta,quę vtile aliquid hominibus attulerũt:vis oſten
ditur,vt in Ioue rege deorum omnium,in Marte belli,in
Neptuno maris. Inuẽta,vt artium in Miuerua,in Mercu
rio literarũ,medicinę in Appolline,in Cecere frugũ:in Li
bero vini.Tũ ſi qua ab his acta vetuſtas tradidit cõme-
morãda.Addunt etiã dij honorẽ parentes,vt ſi qs ſit filiꝰ
Iouis.Progenies quoqꝫ,vt Apollo,ac Diana Latonę.

Hominum laus.

¶Magis eſt varia laus hoĩs.Nã primùm diuidit̃ in tpa,
quodq́ꝫ ante eos fuit,quodq́ꝫ ipſi vixerunt:ante hoĩem,
patria,parentes,maioreſq́ꝫ erũt.Illa quoqꝫ ex eo qđ ante
ipſum fuit tpe trahent̃,quæ reſpõſis,vel augurijs futurã
claritatẽ ꝓmiſerunt,vt eũ qui ex Thetide natus eſſet,ma-
iorẽ patre ſuo futurũ ceciniſſe dicunt̃ oracula. Rerũ ex-
ternarũ ſunt ea,quæ caſu,aut fortuna ſecũda,aut aduer-
ſa accidere poſſunt,vt gens,ciuitas,genus,educatio,diui
tiæ,poteſtas,glorię,amicitię,& quæ hmõi ſunt: & ea,
quæ his ſunt cõtraria.Corpis ſunt ea,quæ natura corpori
attribuit cõmoda,velocitas,vires, dignitas,valetudo,&
quæ cõtraria ſunt.Animi ſunt ea,quæ cõſilio,& cogita-
tiõe noſtra cõſtant,prudẽtia,iuſtitia,fortitudo,modeſtia:
& quæ contraria ſunt.

Ab externis laus.

¶Ab externis rebꝰ.Gẽs in laude,vt Latinus, Gręcꝰ.Ci
uitas, vt Venetꝰ,Romanꝰ,Atheniẽſis.Genus in laude,q-
bus maioribꝰ natus ſit.Si bono gñe parẽ,aut excelſiorem
fuiſſe dicemus.Debemꝰ quoqꝫ oẽs progenitores inſignes
ad eũ vſqꝫ quẽ laudatũ volumus,memorare,& in ſingu-
lis clarũ aliqđ ſummatim apponere. Si humili gñe,ipſum
in ſuis,nõ in maiorũ virtutibꝰ habuiſſe pręſidiũ.In vitu-
patiõe,ſi bono gñe dedecori maioribꝰ fuiſſe oſtẽdemus.
Nã quoſdã claritas ipſa notiores circa vitia,& inuiſos ma
gis facit.Si malo,dicemꝰ etiã maioribꝰ ſuis detrimẽto fuiſ
ſe.Debemꝰ aut in vituperatiõibꝰ ferè cũctis ironia vti,et
in his aduerſariũ deridere,qbꝰ ille maxime exultat. Edu-
catio in laude,quòd bñ,honeſteq́ꝫ ĩ bonis diſciplinis edu
catus tota pueritia fuerit;vt Achilles apud Ghironẽ,Invi

vituperatione contrà, inde ſe retraxiſſe apertè narrabimus. Déinde ſequitur victus, vt in Achille, quòd medullis leonum paſtus eſt, quòd parcè, modeſtéque vixerit: vt Socrates, qui adeò parco, tẽperatoq; victu vtebatur, vt cùm Athenas lues ſæpenumero vaſtaret, ſolus ipſe nunquam ęgrotauerit. Præterea in diuitijs qualis, aut paupertate cuiuſmodi fuerit. Quemadmodum habuerit in poteſtatib⁹ gerendis animum. Quæ gloria, quæ amicitię, & quid fortiter in inimicitijs gerẽdis fecerit, cuius cauſa ſuſceperit inimicitias: qua fide, beneuolẽtia, officio geſſerit amicitias. Si interierit, cuiuſmodi mors fuerit, & qua cauſa, an ꝓ patria pugnans obierit. Cuiuſmodi res mortẽ eius ſit conſecuta. Si certamina in eius honorem ſunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille, & Anchiſę ab Aenea. Vel ignominia cõſecuta ſit, vt Melio, cuius domus ſolo æquata.

A corporis commodis laus.

¶A corporis commodis laus. A natura in laude, ſi ſit dignitas, atque forma, laudi fuiſſe eam, non quemadmodum cæteris infamiæ, atq; dedecori dicemus. Si vires, atque velocitas egregia, honeſtis hæc exercitationibus, & induſtrijs comparata. Si valetudo, perpetua, diligentia, & temperantia cupiditatum. Vnde Cyrus apud Xenophontem inquit, Primùm equidem operando, ne vnquam ſaturer, id enim difficile eſt, & graue. Déinde verò per laborem immiſſa conſumo. Ita enim mihi videor & perſeuerantius bene valere, & robuſtior effici. In vituperatione, ſi erunt hæc corporis commoda, male his vſum dicemus, quæ caſu, & natura tanquam quilibet gladiator habuerit. Sin erũt pręter formam omnia, ipſius culpa, & intemperantia fuiſſe dicemus.

Ab animo laus.

¶Ad omnes autẽ res, quibus animus hominis maxime conſyderatur, illæ ſanè quatuor animi virtutes erunt accommodandæ: vt ſi laudabimus, aliud quidem iuſtè, aliud fortiter, aliud honeſtè, aliud prudenter factum

eſſe dicamus. Si vituperabimus, aliud iniuſtè, aliud ignauè, aliud immodeſtè, aliud ſtultè factũ eſſe dicemus. Notandum deniq; eſt nõ neceſſe eſſe nos omnes has parteis in laudẽ, aut vituperationem trãſferre, propterea q; ſæpe non incidunt, aut ita tenuiter, vt nõ ſint neceſſariæ. Laudabis itẽ à profeſſionibus, & diſciplina: vt quod officiũ profeſſus eſt philoſophicũ, vel rhetoricũ, vel militare. Laudabis quoq; à geſtis, vt militarẽ vitam degẽs quid in ea geſſerit. Laudandũ in quibuſdã, q; immortalitatẽ virtute ſint conſecuti. Aetatis autẽ gradus, geſtarũq; rerum ordinem ſequi ſpecioſius eſt, vt in primis annis laudetur indoles, & pudicitia. In adoleſcentia verò mores, ſtudia, diſciplinæ. Poſt hoc operum. i. factorũ, dictorũq; cõtextus. Et ſciamus gratiora eſſe audiẽtibus, quæ ſolus quis, aut primus, aut certè cũ paucis feciſſe dicetur. Afferunt laudẽ liberi parentibus, vrbes cõditoribus, leges latoribus, inuẽtoribus artes, necnõ inſtituta quoq; autoribus: vt à Numa traditum deos colere. Qui omnis etiã in vituperatione ordo cõſtabit tãtum in diuerſum. Et quia ſit quædam virtutibus, cum vitijs vicinitas, vtẽdũ proxima deriuatione verborum præcipitũt, vt pro temerario fortẽ, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum vocemus.

Numa Romanos, deos colere docuit.

Funebris oratio.

¶ Funebris aũt oratio defunctos ſatis laudet, ſuperſtites benignè moneat. Filios eorũ, fratreſq; ad virtutis ipſorũ imitationẽ hortetur. Parẽtes verò, & maiores alios, ſiqui ſuperſunt, cõſoletur. Ante omnia generoſam illorũ ſtirpẽ laudemus: deinde educationẽ, & diſciplinam: poſtremò narremus ita ab eis fuiſſe res geſtas, vt maxime decebat eos, qui eſſent ex talibus oriũdi. Funebres autẽ cõciones triſtes, ac ſummiſſæ erunt.

Comparationes in laude.

¶ Maximã verò occaſionẽ in huiuſmodi orationib⁹ ſuppeditant cõparationes: quas quidẽ pones, quo in loco tẽpus admoneat. Oportet enim & cæterorũ nominum, vel virorũ præclara facinora colligẽdo cõferre, & huius quẽ

laudas, longè illis maiora eſſe oſtendere. Illorum quidem quæ minima ſunt, huius autem, quæ maxima ſunt, enarrando. Procedētes igitur per loca laudationis comparamus & vrbē vrbi, & genus generi, & victum victui, & profeſſionem profeſſionibus, & geſta geſtis, & ea quę acciduīt extrinſecus, & diuerſos mortis modos, & quæ ea ſunt conſecuta.

Mutorum animalium laus.

¶Muta quoq; animalia & ab eo loco, in quo naſcūtur, laudantur: & à dijs, in quorum ſunt tutela, vt colūba Veneri, equus Neptuno dicitur eſſe conſecratus.

Rerum laudes.

¶Res autem laudē ab inuētoribus accipiūt, vt venationem Diana inuenit. Arbores & à loco, in quo gignūtur, & ab deo, in cuius ſunt tutela, laudātur: vt oliua Mineruę, laurus Apollinis. Laudātur autem vrbes ſimiliter atq; homines. Nā pro parente eſt concordia, & multū autoritatis affert vetuſtas. Illa propria, quę ex loci poſitiōe, ac munitione ſunt. In quibus ſpeciē, ac vtilitatem intuemur. Species maritimis, planis, amœnis: vtilitas ſalubribus, fertilibusq; erit. Ciuitati pręterea cōmoda talia quędā ſunt. Concordia, vires ad bellum, pecuniæ & prouētuum copię, ſociorum virtus, atq; multitudo: quæ verò his cōtraria, ſunt inutilia.

Operum laus.

¶Laus etiā operū eſt, in quibus honor, vtilitas, pulchritudo, autor, ſpectari ſolet. Honor, vt in tēplis. Vtilitas, in muris. Pulchritudo, vel autor, vtrobiq; eſt.

De *narratione.* *Titulus* X.

Narratio qd ſit.

NArratio eſt breuis, dilucida, & veriſimilis rerū geſtarum, vel quaſi geſtarum, ad cauſam pertinentium, expoſitio.

¶Quomodo verò breuis, dilucida, & veriſimilis erit, graphicè admodū ex Cicerone docet Sulpitius. Narrando igitur cauebo, ne, dū breuis eſſe laboro, obſcurus fiam, ſa

etiã ne quodcũq velit, poſcat ſibi fabula credi, quia ſi dicentis erũt fortunis abſona dicta, Romani tollent eqtes, peditesq́ cachinnũ, vt autor eſt de arte poëtica Flaccus.

De petitione, Titulus XI.

Petitio eſt verecunda officij, beneficij, aut veniæ imploratio, quam aut honeſtam, aut vtilem, aut neceſſariam, facilemq́, aut ſaltem fieri poſſe, ac decere comprobabimus. Petitio quid ſit.

¶Officium petitur, vbi iuſta eſt petẽdi propter merita reciproca ratio. Beneficiũ imploratur, dum nulla præceſſerunt merita. Venia, quoties pręceſſerit culpa. Honeſta eſt petitio, qua, quod negatũ turpe ſit, exigitur. Vtilis, ſi etiã præſtãti proſit. Neceſſaria, ſi re petita carere nequeamus: vt ſi pro crimine veniam, aut contra fortiorẽ auxilia petimus. Facile factu comprobabitur quod petitur, ſi penes eum, à quo petitur, eſſe ſignificabitur: poſſe autẽ fieri neceſſe eſt, decere verò congruum.

De concluſione. Titulus XII.

Concluſio, eſt artificioſus orationis, aut epiſtolæ terminus, quo, quod plurimum optamus, aut dictum, factum ue volumus, enunciamus. Cõcluſio q̃d ſit.

¶Epiſtolas autem (qm̃ de illis dicere inſtituimus) ita ferè claudere ſolemus, Vale, & bene age. Vale, & me, vt facis, ama. Aueto, & me, vt cœpiſti, amare pergito. Vale literarũ decus, aut morũ columen, aut rerum mearũ præſidium: & familiares tuos amicos noſtros, vel meo nomine ſaluere iube: aut, plurima ſalute impertire. Quod quidem aptè dixerimus, ſi talem cẽſuerimus, qui alios faciat ſalutis participes, cum ipſe multò ſit beatior. Nam cliens non dicet ſe patronum ſuũ ſalute impertire, ſed ipſi ſalutem, aut felicitatem optare. Nam in comico, cùm Gnato Parmenonem ſalute impertit, ſuperiorẽ ſe ſignificat per paraſiticã petulantiam. Cicero verbo vale nihil addere conſueuit. Si poſt vale quædam quaſi neglecta adiecerimus, id iucũdè faciemus per aduerbiũ heus, quod reuo

cādi vim habet,hoc modo:Sed heus fili chariſſime,ſunt & quæ mater ad te mittat munuſcula ab hoc tabellario expetēda.aut quid ſimile.Si tamē ad virū grauitate præſtātem ſcripſero,vix audeā ſic reuocare, ſed potius dicā: Da veniā virorum optime,ſi tuā dignitatē iterū cōuenio, plenè enim id dicere neglexerā,&c.Et ſi pluſcula interpoſuimus,addemus iterum, vale.Poſt vale ponemus ſuperſcriptionem cū temporis,vt præmiſſum eſt,annotatione.In ſubſcriptione aūt cauēdū ne pro dedititio, aut cliente,te ſeruitorē nuncupes. Ante verbum vale ſolent nōnulli(vt præcipuè Plinius Secūdus) ponere dictum inſigne, pōdus votorū cōtinens:poſt quod addere licet, Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri. Hæc dicta volui.Tantum eſt quod te ignorare nolui. Hæc ſumma eſt,&c.

Dedititius, aut cliēs pro ſeruitore.

Clauſulæ ex Plinio decerptæ ſunt huiuſmodi.

¶Scio quē animū,quod horter ingeniū,tu modò enitere,vt tibi ipſe tāti ſis,quātivideberis alijs,ſi tibi fueris.V.

Hæc tibi ſcripſi,quia æquū erit te pro amore mutuo non ſolùm omnia mea facta,dictaq;,verùm etiā conſilia cognoſcere.Vale.

Obſequar conſilio tuo, cuius mihi autoritas pro ratione ſufficit.Vale.

Satius enim eſt, vt Attilius noſter erudititſſime,ſimul & facetiſſime dixit,otioſum eſſe,quàm nihil agere.Vale.

Voluptatem percipio,ſi ea quæ mihi denegātur,amicis video ſupereſſe.Vale.

Seriò peto, fac ſciā quid agas,quod ſine ſolicitudine ſumma neſcire non poſſum.Vale.

Vt in cæteris rebus, ita in audiēdi officio perit gratia, ſi repoſcatur.Vale.

Sed hoc ipſum amantis eſt, non onerare eum laudibus. Vale.

Neq; enim magis decorum,& inſigne eſt ſtatuam in foro populi Romani habere,quàm ponere. Vale.

Solicitius cuſtodiēdus eſt honor,in quo etiam benefi

cium animi tuendum eſt.Vale.

De ſeruis venalibus melius auribus, quàm oculis,iudicatur.Vale.

Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris.Vale.

Sed iam finem faciam,ne modum(quem etiã orationi adhibendum puto)in epiſtola excedam.Vale.

Igitur memento nihil magis eſſe vitandũ, quàm iſtã luxuriæ, & ſordiũ nouã ſocietatẽ,quæ cùm ſint turpiſſima,diſcreta, ac ſeparata,turpius iunguntur.Vale.

Oſtende modò velle te,nec deerunt qui,quod tu velis, cupiant.Vale.

In ſumma, niſi æquè longam epiſtolam reddis,nõ eſt quòd poſteà niſi breuiſſimam expectes.Vale.

Rogat enim & quidem efficaciſſime,qui reddit cauſas rogandi.Vale.

Sumus ſolitò rariores,quod initium eſt gradatim deſinendi.Vale.

Habent hunc finẽ aſſiduæ querelæ,ꝙ queri pudet.V.

Id elige,in quo vicerit ratio:à te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium.Vale.

Trade filium præceptori,à quo mores primùm,mox eloquentiam diſcat,quæ malè ſine moribus diſcit.Vale.

Hic erit epiſtolæ finis.Literam nõ addã,etiã ſi aliquid adhuc præteriſſe me ſenſero.Vale.

Neq; enim hi ſumus, quos vituperare ne inimici quidẽ poſſunt,niſi & ſimul laudent.Vale.

Illa adnota,quæ putaueris corrigẽda.Ita enim magis credam cætera tibi placere,ſi quędam diſplicuiſſe cognouero.Vale.

Dedit mihi q̃tum maximè potuit,daturus amplius,ſi potuiſſet.Tametſi quid homini poteſt dari maius,quàm gloria,& laus, & æternitas?Vale.

Neſcio quo pacto vel magis homines iuuat gloria lata,quàm magna.Vale.

Studeamus ergo,nec deſidiæ noſtrę prætẽdamus alienam:ſunt qui audiant, ſunt qui legant,nos modò dignã

aliquid auribus, dignũ chartis elaboremus. Vale.

Cuius ego pro ſalute, prò moribus hòc ſum magís anxius, ꝙ vnicus factus eſt. Noſti in amore mollicië animi mei, noſti metus. Quò minus te mirari oportebit, ꝙ plurimùm ei timeã, de quo plurimùm ſpero. Vale.

Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. Vale.

Proinde dum ſuppetit vita, enitamur vt mors quàm pauciſſima, quæ abolere poſſit, inueniat. Vale.

Finem epiſtolæ faciam, vt facere poſſim etiam lachrymis, quas expreſſit epiſtola. Vale.

Hortor vt quàm plurima proferas, quę imitari plures concupiſcant, nemo, aut pauciſſimi poſſint. Vale.

Neſcit ſemel incitata liberalitas ſtare, cuius pulchritudinem vſus ipſe commendat. Vale.

Aliud eſt epiſtolam, aliud hiſtoriã, aliud amico, aliud omnibus ſcribere. Vale.

Neq; enim cuiquã tam clarũ ſtatim ingeniũ, vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio pariter etiam, cõmendatorq́; contingat. Vale.

Dices oportere me tuis rebus, vt meis, vti. Etiam, ſed perinde illis, ac meis parco. Vale.

Cum multis, & ſępe tractandum eſt, quod placere, & ſemper, & omnibus cupias. Vale.

Nequãdo filium durius, acerbiuſq́; tractes, memineris te hominem eſſe, & hominis patrem. Vale.

Nihil eſt aut pigirus delicatis, aut curioſius otioſis. V.

Hæc ex Plinio, apud quem multa id genus alia inuenies. Hactenus autem de epiſtolis, & earũ partibus quãta breuitate potuimus.

De epiſtolarum officio. Titu. XIII.

Epiſtolarum officium.

EPiſtolare officium eſt de re familiari, aut alia quauis ſcitu digna, aut neceſſaria certiores abſentes facere.

¶ Interdum autem (vt Hieronymus in epiſtola ad Marcellam ſcribit) eruditionis ſale cõdiuntur, præcipuè quæ-

graues,& de philoſophia ſunt. Sed nos de familiaribus nunc agimus.

De modo, forma, ſtylo, aut qualitate familiarium epiſtolarum. Titu. XIIII.

Texendæ ſunt familiares epiſtolæ verbis tritis, & quotidianis, Latinis tamē, & non faſtidioſis, ſtylo non multūm elaborato, ſed ſolerti quadam negligentia fulto,

¶Nam, vt Cicero meminit in lib. de perfecto oratore, quædam negligentia diligens eſt. Itaq; danda eſt opera, vt, ſi fieri poteſt, in epiſtolarum contextu nulla perluceat iunctura, dummodo vitetur plebeii ſermonis nimia vulgaritas.

Sermo itaq; erit purus, Latinus, & ad intelligēdum facilis.

¶Vnde A. Gelli. li. xiij. c. viij. diui Auguſti epiſtolas elegātia ſermonis neq; moroſa, neq; anxia, ſed facili, & ſimplici laudat. Plinius quoq; Iunior ad Thuſcū ait: Et preſſus ſermo, puruſq; ex epiſtolis petitur. Seneca item ad Luci. epiſtola. lx. inquit: Minus tibi accuratas à me epiſtolas mitti fruſtra quereris. Quis enim accuratè loquitur, niſi qui vult putide loqui? Qualis ſermo meus eſſet, ſi vnà ſederemus, aut ambularem⁹, illaboratus, & facilis, tales volo eſſe epiſtolas meas, quæ nihil habēt exercitiū, nec fictū: ſed, ſi fieri poſſet, oſtēdere quàm loq malle. Nō mehercle ieiuna eſſe, & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur. Neq; enim philoſophus ingenio renunciat. Multum tamen operę impendi verbis non oportet. Epiſtola etiam. xv. inquit: Sed ne epiſtolæ modum excedam, qui non debet ſiniſtram manū legetis implere, in aliā diē hāc litem cū dialecticis differam. Hęc ille, qui ſiniſtrā manum legentis impleri ſignificat, quum longior fuerit epiſtola: tunc enim & dextra, & ſiniſtra teneri neceſſe eſt. Qualis epiſtolæ ſtylus. Notabis.

Verba epiſtolarum nō tā erūt vetuſta, vt obſoleta, & deſita ſint: nec tam recētia, vt ignota: nec tam exculta, vt

moroſitatem prę ſe ferant, nec tamen ita neglecta, vt faſtidiant.

Apud Dathū plenè videbis an vetuſtè loquendum ſit. Et apud Sulpitium diſce, obſcuris, & exoletis, quæ omnino vitanda ſunt, famā eruditionis non affectādam eſſe. Sunt enim qui ſe multa vidiſſe glorientur, & ex eo laudem captent, ſi nimis priſca verba in ſermonē quotidianum reduxerint.

Priſca verba vitanda.

De prouidētia in cōponendo habenda. Ti. XV.

*Q*Vicquid dicturus, aut compoſiturus es, totum mētis oculis priuſquàm inceperis præuidebis, & excogitabis. Excogitatū ſuo ordine diſpones, & diſpoſitum decenter exornabis.

¶ Sunt enim tres obſeruandæ pulchritudines. Ingenioſa excogitatio, ſiue inuētio: Venuſta diſpoſitio, atq; œconomia: Decens verborum, ſententiarumq́; exornatio. In prima autē pulchritudine conſiderandę ſunt ſex orationis partes: Principium, ſiue exordiū: narratio, diuiſio, cōfirmatio, confutatio, & concluſio: de quibus iam partim diximus, partim ex Sulpitio diſcenda reliquimus.

in cōpoſit. attēdat.

De orationis membris. Titu. XVI.

*O*Rationis membra ſunt quinq;: Inuētio, diſpoſitio, elocutio, memoria, & pronunciatio.

¶ Oportet enim, vt quas res dicere velim⁹, diligēter excogitemus: excogitatas, atq; inuentas ordine ſuo diſponamus: diſpoſitas eloquentiæ ſtylo mandemus: mandatas ſcripto memorię commendemus: & demum facūdè, & cum decenti geſtu pronunciemus.

De quibus omnibus, quia graphicè locuturus eſt Sulpitius, & de quibuſdam nō negligenter Augu. Dathus, ipſos aggrediamur.

FINIS APICIS ASCEN.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI

de componendis, & ornādis epiſtolis ad Philippū Gentilem Pallauicinum patriciū Genuen. opuſculum.

CVm omnis oratio,Philippe Gētilis Pallauicine,emendata,perſpicua, compoſita,ornataq́ eſſe debeat,iamq́ rectè loquendi præcepta didiceris,nec in partiū orationis variatione,nec in generibus diſcernēdis,nec in cōſtruendo iam hęſites,à pura illa ſimplici narratione, in qua te exercui, ad cōpoſitionē,& ornatū erigere meditor.Sic enim docendi ratio poſtulat,ſic mea quædā auiditas in te rectè,& maturè inſtituendo me vrget. Auget eam meritis in me ſuis Antonius epiſcopus Auriēſis, Innocētij viij.Pont.Max. Datarius, patruus tuus,omniū optimus,& benigniſſimus,qui donec te plurimū intelligat profeciſſe,& me,& te cohortari, & vtriq; tāq̃ cuſtos è ſpecula inſtare nō deſinet.Quare maiorē in modū tibi eſt timendū,vt præter vtilitatē tuā, & gloriam,quæ mihi tecū cōmunis eſt, eius expectationē, & ſpem,quā de te, &de me cōcepit egregiam,non fruſtreris.Scis,ſi doctus euaſeris,qui honores,& quanta tibi præmia proponantur. Quæ,vel ꝑ inertiā,vel per luſus,& voluptatū illecebras nō arripere,illiberalis, & vani eſſet ingenij.Itaq; dāda tibi eſt opera hoc tēpore diligēs, vt magnam vſitatorum verborum copiā habeas,qua tuę mentis concepta aptè,diuerſiſq́ modis poſſis enunciare. Eā quidē ex multiplici lectione,auditione,annotationeq́,paulatim quotidie cōſequēris.Linguaq́,& ſtylus,qui eſt optimus dicēdi artifex,vt Fabius ait,continuè exercendus. Imitādiq́ tibi ſunt optimi,vt eorum ſimilis poſſis euadere.Obſeruabiſq́ accuratè quantulūcunq; dixeris,aut ſcripſeris, ſit probabile:& in hoc aſſueſcas,in naturamq́ vertas.Nam ſi rectè dicere noueris,exercitatione frequenti comparabis celeritatem.Hæc ideo, ne fortè tibi indulgēdo, in arrogantis garrulitatis non facile exuendum vitium incidas.

Epitome Aſcenſiana adnotandorum in dicta præfatione.

Orattio qualis eſſe debeat.

OMnis oratio debet eſſe emendata, perſpicua, cōpoſita, & ornata. Quā vt conficias, habēda erit tibi per frequētem optimorum, quos imitaberis, lectionem, auditionē, & adnotationē, magna vſitatorū verborum copia, quibus conceptum mentis aptè, apertè, uarieq; poſſis enunciare. Obſeruabiſq; accuratè quātulū cūq; dixeris, aut ſcripſeris, ſit probabile: & in hoc aſſueſcas, inq; naturā vertas lingua, & ſtylo, qui eſt optimus dicēdi artifex. Nam ſi rectè dicere noueris, exercitatione frequenti comparabis celeritatem.

¶Oratio inquā erit emendata, id eſt à vitijs terſa, vt neq; incongrua, neq; barbara ſit. Perſpicua, id eſt clara, & euidens, vt non ſit opus ad intelligendum interprete. Compoſita, id eſt omnibus membris ſuis, ſuoq; ordine diſpoſitis conſtans. Ornata, nunc floſculis dicēdi, nunc ſermonis elegātia, proprietateq;, quæ ſemper obſeruabitur. Magna copia, id eſt abundantia, & vis verborum vſitatorū, id eſt, quę ſunt in cōſuetudine peritorū: vitāda enim ſunt obſoleta, & nimiū protrita. Aptè, apertè &c. Vnde Cicero dicit primo officiorū, propriū oratoris eſſe, aptè, diſtinctè, ornateq; dicere. Quantulūcūq; i. etiā minimū: vnde facili⁹ patiar diſcipulos lingua vernacula, quàm barbara enūciare, quę nondū rectè didicerint. Prohabile, in aliquo autore bono compertum, aut ratione ſtabilitum.

De tribus componendæ orationis pulchritudinibus. *Titulus* I.

ET quoniam omnis oratio, quā es deducturus, ita ſe habet, velut domus ex cœmentis conſtruēda, vel quacūq; materia ſimulacrū, quod vel poſſis rude, informe, & impolitū relinquere, vel ſua cum dignitate formare, polire, ornare, & pingere: prima eius pulchritudo erit, vt

aptè,ingenioſeq́ſit excogitata.Secūda,in earū ſententiarum,quas ad rē idoneas adinueneris,diſpoſitione,& ordine.Erit autem hæc diſpoſitio duplex:Artificialis,quæ ſeruatur in ordine partium orationis,& argumētationis: & Temporalis,quæ aut partiū cōmutatione,aut pręter miſſione nō cōſtat,ſed tempori ſe accommodat. Tertia, in qua nobis eſt diutius immorādum,ipſis ſententijs,& verbis,verborūq́ſtructura,& exornatione ſplendeſcit. Primus ille,& ſecundus decor eius tanq̃ lucem affert toti orationi.Tertius,vel in minutis quibuſcunq́ partibus eius,tanq̃ gemmæ,& pictura,conſpicitur.

Epitome,& declaratio Aſcenſiana.

Orationem itaq́; compoſiturus,aut epiſtolā ſcripturus,primùm rem aptè,ingenioſeq́; excogitabis:deinde excogitatam ſuo ordine diſpones,& demum ritè diſpoſitam exornabis.Nec prius aut dicere,aut ſcribere quicquā parabis,quám totā compoſitionē animo permenſus fueris:ſicut nec ædificatōr bonus domū inchoabit, cuius ſummam ſtructuram animo non præuiderit.

¶Quā es deducturus.i.in partes diſtributurus, & minutim compoſiturus:vt in Buco.Maro,Deductum dicere carmē.Velut domus,cuius,vt dixi,non iacientur fundamenta,donec tota eius ſtructura fuerit animo præconcepta,& ideam habuerit:vbi autem figura,& magnitudo conſtat,poterit materia ſuo ordine diſponi: & diſpoſita auro,coloribusq́ exornari.Simulacrum,quod ad alicuius ſimilitudinem fingitur. Informe, non penitus ſine forma, vt à phyſicis accipitur,ſed ſine ſpecie, & forma, vnde quis formoſus dicitur:de qua Calphurnius,Donū forma breue eſt.Et Naſo,:Forma dei donum eſt, forma quota quæq́ ſuperbit:q.d.rariſſima: quum nō minus ſuperbiāt deformes.Formare,fingere,polire,reſecare aſpera,& ſuperflua,ac leuigare.Ornare,vt incruſtatione domus,& laquearibus aureis: ſimulacrū ex ebore ornatur auro ſuperducto.Pingere,colorib9 diſtingnere & venu Calphurni Naſo

ſtare. Artificioſa diſpoſitio eſt, quæ fit ſecundum artem, quæ vult exordium ſit ante concluſionem, narratio ante petitionem, &c. Item vt maxima quæq; in principio, & in fine ponantur: mediocria in medio. Temporalis, quæ pro opportunitate tẽporis fit. Nã ſi defeſſum viderimus iudicem, aut alium, ad quem oremus, nõ erit locus longo exordio, ſed paucis ſcitu neceſſaria aperiemus. Excogitatio autẽ, & apta diſpoſitio ſunt quaſi de ſubſtãtia orationis, quæ eam lucidam reddunt: ſed exornatio accedit iam diſpoſitæ orationi, vt lapilli poſitis ſimulacris.

max.ª in princ. et fine, mediocria in medio collocantur

De ſex partibus orationis rhetoricæ. Ti. II.

IN prima pulchritudine ad ſummum hæc ſex exquiramus, vt aptè principium faciamus, narremus, diuidamus, confirmemus, confutemus, & concludamus.

Epitome Aſcenſiana.

Sex ſunt orationis rhetoricæ partes, Principium, ſeu exordium, narratio, diuiſio, confirmatio, confutatio, & concluſio. Quibus etiam in epiſtolis vtimur.

¶Non tamẽ, vt videbimus, neceſſe eſt omnes has partes ad quãlibet orationem, ſeu epiſtolã adhibere: nam neq; ſemper cõfirmamus, aut cõfutamus, ſed pro rerũ, locorumq; congruitate, vt iam dicemus.

De principio, & eius membris. Titu. III.

PRincipium accipimus eam breuem orationem, quę ſtatim nobis aut beneuolum, aut docilem, aut attentum comparat auditorem. Beneuolũ faciemus à noſtra perſona, ſi noſtra officia in quoſcunq; abſq; arrogantia laudauerimus. A commoditate, ſi noſtra incommoda expreſſerimus. Si ſpem noſtram in eis collocaſſe dixerimus. A perſona aduerſariorum, ſi inhoneſta, & arguẽda eorũ facta proferendo in odium: ſi potentiam eorum, & felicitatem, & fauores aperiẽdo in inuidiam: ſi eorum inertiam, & luxuriam proferẽdo in contemptum adduxerimus. Ab auditorum perſona, ſi eorũ facta, dictáue lau

dauerimus: ſi exiſtimationem eorum, ſi iudicij expectationem aperuerimus. A rebus ipſis, ſi commendando noſtram, aduerſariorũ cauſam depreſſerimus. Docilem auditorẽ faciemus, expoſitione totius, conſtituendo ipſum attentum. Attentionem facit promiſſio dicendi magna, & pulchra: precatio vt ſint attenti: & expoſtio dicendorum per numerum.

Epitome, & expoſitio Aſcenſiana.

Principio, ſeu exordio faciemus auditorem beneuolum, docilem, & atentum. Beneuolos, inquit Cicero, auditores facere quatuor modis poßimus, à noſtra, ab aduerſariorum, ab auditorum perſona, & à rebus ipſis. A noſtra perſona beneuolentiam contrahemus: ſi noſtrum officium ſine arrogantia laudabimus: aut in rempublicam quales fuerimus: aut in parẽtes, aut in amicos, aut in eos ipſos, qui audiũt, aliquid referemus: dũmodo hæc omnia ad eam ipſam rem, de qua agitur, ſint accommodata. Itẽ ſi noſtra incommoda proferemus, inopiam, ſolitudinem, calamitatem. Et ſi rogabimus, vt nobis ſint auxilio. Et ſi ſimul oſtẽdemus in alijs ſpem nos habere noluiſſe. Hæc Cicero. Vbi Manci. *Si noſtrum officium.*

¶Exemplum erit. Q̃q̃ turpe eſt iudices, officium ſic exponere, vt propria laus intendatur, attamen quia aduerſarij mei ſic me nuper contumelijs affecere, vt niſi vitæ meæ rationem habeam, & qualiter ab adoleſcentia me inſtituerim dicam, planè tacendo confirmare viderer omnes aduerſæ partis in me falsò obiectas contumelias: faciã itaq; nõ tam libenter, quàm neceſſariò, vt intelligatis me longè abeſſe à criminibus, quę mihi obijciũtur, & fictam eorum accuſationem cognoſcatis. Ego quidẽ ſic in oculis meorum ciuium vixi, ſic me geſſi, vt neminem vnq̃ offenderim, pluribuſq; ſæpenumero auxilio, conſilioq; extiterim. Quid enim in cauſis forenſibus, & publicis egerim, quod vobis oĩbus patere arbitror, facilè præ

tereo.Quare magnopē admiror, quæ temeritas, vel,qđ
potius reor, quæ inuidia meos aduerſarios impulerit
ad ea fingēda,à quibus quidem ita abſum,vt ipſi ab ho-
In repub. neſtate, atq; virtute. Aut in rēpu.quales fuerimꝰ:Exem
plum erit,Etſi,patres conſcripti,nunꝗ̄ ſatis;pro republi.
propugnare quis poteſt:illud attamen aſſero,me nullos
pro ea labores fugiſſe vnquā,neq; vlla euitaſſe pericula:
quare non poſſum non moueri,ꝗ̄ nephariæ coniuratio-
In parentes nis reū'apud vos facere me aduerſarij auſi ſint. Aut in
parētes:Exēplum erit,Quo animo, iudices, in parentes,
& in amicos meos ſemper extiterim,ꝗ̄uis omnibus no-
tum eſſe putem,illud deniq; auſim dicere, neminem aut
maiori cura vſum eſſe in ſuos,quàm ego in meos cōtinuè
In audientes vtor. Aut in eos qui audiunt:Exemplum erit, Cum in
noſtra republi.iudices,multos mihi propoſuerim, quos
maxime charos,& pręcipuos habere,ſemper tamen vos
in primis & amare, & venerari conſtitui; hinc euenit vt
omnem fortunam veſtram,meam ducerem: decernerēq;
nil poſſe vobis aduerſi accidere,quod mihiipſi nō foret
commune. Libenterq; pro ſalute veſtra meam,quoties
In incōmoda opus erat,oppoſui,neq; pro veſtro honore,ac ſtatu vllū
fugi periculū,neq; fugiā dum viuam. Itē ſi noſtra incō-
moda proferemus:Exemplum erit,Illud,iudices,verum
eſſe experior,quod vulgò dicitur,fortunā eos vix vnꝗ̄
relinquere,quos ſemel cœpit vrgere. Quo in ſtatu quidē
extiterim,& in quo numero poſitus ſim,neminem ve-
ſtrum ignorare arbitror.Quis enim in vrbe noſtra aut di
uitijs,aut potentia,aut amicorum frequentia magis abū
dabat?Nunc eò perductus ſum,vt neq; diuitiæ,neq; po
tentia, neq; vlli mihi adſint. Omnes enim me noti, atq;
In rogatiōes amici deſeruerūt. Et ſi rogabimus vt nobis &c.Exēplū
erit,Cùm eo loco poſita ſit cauſa mea, iudices,vt niſi mi
ſericordia veſtra mihi ſit pręſens,atq; propicia,veluti ſæ-
penumero multis fuit,planè ſum ab omnibꝰ deſtitutus.
Humanitatem itaq; veſtram, & clemētiā quęſo, atq; ob-
teſtor, vt mihi auxilio ſint. In veſtra nanq; duntaxat vir-
tute mea ſpes omnis incūbit. Cùm enim multi fortunis

meis præſidio eſſe pollicerentur, vos elegi, & conſtitui il-
larum tutores. Hæc Mancinellus, quæ qualia ſint, veſtrũ
ſit iudicium, mihi quidem ſatis frigida videntur. Accipit
autem fortunas pro aduerſis, quum fortunati paſſim di-
cantur felices. Idem Cicero proſequitur ſic.

*AB aduerſariorum perſona beneuolentia captabi-
tur, ſi eos in odium, in inuidiam, in contemptio-
nem adducemus. In odium rapiemus, ſiquid eorũ
ſpurcè, ſuperbè, crudeliter, confidenter, malitioſè, flagi-
tioſè factum proferemus. In inuidiam trahemus, ſi vim,
potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilita-
tem, clientelas, hoſpitium, ſodalitatem, affinitates aduer-
ſariorũ referemus: & his adiumẽtis magis quàm veritati
eos confidere aperiemus. In cõtemptionem adducemus,
ſi inertiam, ignauiam, deſidiam, luxuriam aduerſariorũ
proferemus. Hæc Cicero, in quæ Mancinellus.*

¶Spurcè: Exemplum erit. Quãq̃ ſæpenumero vidi, iudi- Spurcè
ces, eos, q aliena flagitia manifeſtarint, magis offendere
animos audiẽtium, quàm qui cõmiſerint, maguitudo ta-
men delicti, & criminis facit, vt de ſcelere aduerſarij tace-
re nequeam: tam perditæ nanq; luxuriæ homo eſt, vt per
omnẽ turpitudinem reuolutus ea faciat, & patiatur, quæ
quidem cuiuſq; boni viri maximã in ſe poſſent indigna-
tionem accendere. Superbè: Exemplum erit, Si præter Superbè
conſuetudinem meam, iudices, priuſq̃ de re dicam pau-
ca de moribus aduerſarij expoſuero, id me non ſine atro
ci cauſa facere arbitrari poteſtis. Cùm enim ſuperbiã, &
elationem P. Clodij conſydero, non poſſum non moue-
ri: quæ neq; ſibi quemq̃ in hac vrbe ſuperiorem, nec pa
rem habere, vel pati poteſt. Quid in collegã ſuum Q. Au
lum, quem vnum reipubl. ſemper amantiſſimum cogno-
uiſtis egerit, ſatis omnibus notum eſt. Nemo itaq; talem
hominẽ, immo truculentam feram, & ſęuiſſimam reipu.
peſtẽ ſatis digno poſſet odio proſequi. Perfidioſè: Exẽ- Perfidioſè
plũ erit, Siquid eſt, iudices, apud noſtros maiores, quod

maximo fuerit vnq̃ odio dignum, illud certè in perfidia totum eſt poſitum. Cũq; varia ſint, & plurima aduerſarij noſtri vitia, quæ ſatis puto vobis eſſe nota, nullum tamẽ atroci⁹, frequentiúſue in eo ardeſcit vitiũ, quàm ꝙ neq; vlla fides, neq; charitas, neq; dicti, factiq; conſtantia eidem ineſt, ſed ſumma infidelitas tã in ſuperiores, q̃ in pares, & amicos extiterit ſemper.

Crudeliter

Crudeliter: Exemplum erit, Moueor, patres cõſcripti, & grauius, q̃ vel ætas mea, vel conſuetudo ferat, perturbor, quum aduerſarij mei quædam incredibilis inhumanitas, & impia in miſerrimum quẽq; crudelitas mẽtem ſubijt. Qui nedum nulla mouetur miſericordia ſuper afflictos, & calamitoſos homines, ſed eorum ſanguine atq; ſupplitijs non ſatis ſatiari poteſt.

Confidenter

Confidenter: Exemplum eſt, Semper ea iudices noſtri fuit aduerſarij cõſuetudo, vt quicquid ei collibuiſſet, totum id etiam licere ſibi crederet: hinc eſt ꝙ temerario quodã auſu, & improba ſpe, dictis, aut factis in optimũ quẽq;, & innocentem virum inuectus eſt pluries: niſi igitur iuſticia veſtra freno adhibito temperetur, mihi credite iudices, tantam ſibi aſſumet arrogãtiam, vt quiſq; vix ferre poſſit.

Malitioſe

Malitioſè: Exemplũ erit, Quum multa ſint iudices, quæ ab aduerſario meo facta digna videri poſſint venia, illud mihi videtur in primis conſyderandum potius, quà mente, quoúe animo geſta ſunt, q̃ quid actũ fuerit: nemini profectò veſtrũ, iudices, dubiũ eſſe debet quàm malitioſè, & perperã cæteris in rebus ſeſe geſſerit, quum etiam in illis, quæ apud alios, & decenter habitæ ſunt, & honeſtè, prauo, & iniquo ſemp ſit vſus ingenio.

Flagitioſe

Flagitioſè: Exemplũ erit, Etſi maioes noſtri, iudices, graues pœnas in eos excogitauerũt, qui aliquod ſcelus, aut improbè factum commiſerũt, ſingularia tamen, & exquiſita ſupplicia reliquerunt aduerſus eos, quorum ſcelera multis flagitium attulerunt. Quũ itaq; aduerſarius meus ſic vixerit, vt omnis eius vita non ſolùm ſibi turpis, & infamis habita ſit, verùm etiã ciuib⁹ noſtris flagitioſa: videte quo animo, qua ſeueritate vti in eum vobis cõueniat. Flagitioſè, Flagitiũ more militari dicitur res flagitatione,

hoc eſt

hoc eſt increpatione digna, vt Dona. in Eu. Si vim: Exẽ Si vim
plum erit, Quis, iudices, ea ſit aduerſarij mei vis, & mẽ
brorum firmitas, qua cæteris præſtet, tamẽ abuti hoc na
turæ beneficio, & in bonorum perniciem conuertere mi
nime cõueniebat. Quum itaq; maius poſuerit in viribꝰ,
quàm in æquitate præſidium, veſtrũ erit, iudices, ne in-
iuſtiſſima violentia ſua cauſam meã opprimat. Si potẽ Si potentiam
tiam: Exemplum erit, Maxime vellem, iudices, vt aduer
ſarius meus ea modeſtia eſſet, vt plus æquitatem, & no-
ſtrorum maiorũ leges poſſe crederet, quàm immodera-
tam, & immenſam potentiã ſuã. Sed cùm neq; vlla iuſti-
tiæ reuerẽtia, neq; pietas, neq; reſpectus honeſti moueat
eum, videtur mihi non iure, ſed metu potentiæ ſuæ ſibi
velle omnes ſubmiſſos eſſe. Factionem. i. coniurationẽ, Si factionẽ
& malorũ conſenſum. Exemplũ erit, Niſi, iudices, aduer
ſarij mei factiones veſtra iuſticia comprimat, planẽ cerno
optimã cauſam meã oppreſſum iri. Video nãq; longẽ ma
gis ea multitudine eum confidere, quæ nefaria coniura-
tione ſecum iam diu conuenit, quàm iuſticia, & æquita-
te. Diuitias: Exemplũ erit, Nõ cõueniebat, iudices, ad- Si diuitias
uerſariũ meũ diuitiarũ ſuarũ magnitudine ſic inflari, atq;
attolli, vt plus ſpei crederet in auro, atq; argẽto poſitum
eſſe, quàm in legibus, & inſtitutis maiorum noſtrorum.
Incontinentiã: Exemplũ erit, Si aliquãdo pro noſtra re Si incõtinen tiam.
publica aduerſarius meus impatiẽtia, atq; impetu animi
bene ſit vſus, illud tamẽ decebat, ſiue id cõſilio, ſiue for-
tuna, vt potius reor, bene ceſſerit, nolle hãc ſuã iracũdiã,
& animi furorẽ à militari conſuetudine in ciuiles cauſas
transferre: & ſua hac incontinentia velle iuſtas bonorum
ciuiũ cauſas oppreſſas eſſe. Nobilitatẽ: Exemplum erit, Si nobilitatẽ
Solet perſæpe, iudices, aduerſarius meus præclara maio
rum ſuorum geſta, & egregias imagines, numero, & ma
gnitudine cæteris cõparare, qui etſi nobilitatẽ ſuã pluri-
bus, & maximis vrbis noſtræ principibus fortaſſe nõ in
iuria præferendã cẽſeat, tamẽ illud eũ arbitrari cõueniens
eſt, vt nõ oĩa nobilitati, ſed pleraq; iuſtitiæ, & ęqtati ſub-
iecta eſſe confiteatur, Verùm cùm ipſe perſuadeat omnia

ſplẽdori ſuo cõcedenda, veſtrũ eſt, iudices, aduerſus am-
Si clientelas bitionẽ eius leges, & iura defendere. Clientelas: Exem-
plum erit, Magnæ ſibi ducit gloriæ meus aduerſarius, iu-
dices, quòd nemo ſit hac in noſtra ciuitate & opulẽtiſſi-
ma, & florẽtiſſima, qui ex municipijs Italiæ plures in cliẽ
telã aſſumpſerit, eò fit, vt neminẽ ferre ęquo poſſit animo
qui ſuũ ius tueri velit: quũ arbitretur voſ ipſos, & leges,
Si hoſpitium & iura ſibi hoc ipſo debere ſubijcere. Hoſpitiũ: Exem-
plum erit, Cõfitear, iudices, neceſſe eſt illud verũ eſſe, de
quo ſæpenumero gloriari ſolet, & ſe extollere aduerſari⁹
meus, ſemper domũ ſuã primis vrbis noſtræ, atq; totius
Italiæ principibus hoſpitio patuiſſe: quæ res ipſi dat ani
mos, & impatientem reddit, vt ſi in ius vocetur, tum vel
metu, vel gratia ſua, vel ſuorum hoſpitum, leges noſtras
Si ſodalitatẽ oportere largiri ſuæ libidini vos arbitretur. Sodalitatẽ:
Exemplum erit, Et ſi nemini ciuiũ noſtrorum, iudices,
plures, aut magis fidos ſodales adeſſe, quàm ſibi meus
glorietur aduerſarius, non tamen ideo decet velle queq̃
iniuria oppreſſum eſſe, & plus præſidij in ea ſodalitate,
quæ ſibi cum pluribus ineſt, quàm in rigore iuris cre-
dere poſitũ eſſe. Sodales autem, vt Feſtus ait, ſunt dicti,
quòd vnà ſederent vt eſſent: vel quòd ex ſuo datis veſci
ſoliti ſint: vel quòd inter ſe inuicem ſuaderetur quod vti-
Si affinitates le eſſet. Affinitates: Exemplum erit, Animaduerti, iu-
dices, aduerſarium meũ non propter ſe audere mihi ob-
eſſe, verùm propter affinitates principum, quas, vt opti-
me noſcitis, non ad ſalutem bonorũ, ſed in perniciẽ po-
tius traxit. Itaq; nõ debetis id, iudices, pati, vt reſpectu af
finitatis vxoris, cæterarũq; nobilium vrbis noſtræ matro
narum, quibus ſemper fortunatus fuit, in hac libera ciui-
Si inertiam tate velit ſibi & leges, & iura cedere. Si inertiã: Exẽplũ
erit, Non ſatis ęquo animo ferre valeo, iudices, vitã ad-
uerſarij mei, qui ſuam inertiã vult apud vos iudicari in-
duſtriam, & hoc ipſo moderatior eſſe, & magis iuſtus cẽ
ſeri exoptat. Sed quis eſt, qui hũc hominẽ cuius animus
non ſolùm ab honeſtis artibus, & diſciplinis abhorruit,
ſed etiam ab illis actionibus, quas vulgares, & mecha-

nicas vocamus,non ſpernat,atq; contemnat? Ignauiã: Si ignauiam
Exemplum erit,Quis veſtrum eſt,iudices, qui aduerſa-
rium meum non contemnat,atq; abhorreat, quum ſe ad
ignauiam,& ſecordiam ſuam retulerit; adeò quidem eſt
hebeti,& tardo ingenio,vt nec ſtudijs, nec vllis præce-
tionibus,quorum ſibi maxima ſemper copia fuit,in vlla
re vnq̃ honeſta,liberoq; homine digna quicq̃ profece-
rit. Deſidiam:Exemplum erit, Quum multi ſint in hac Si deſidiam
vita,iudices,quæ vel conſuetudo ciuitatis,vel reſpectus
virtutis reprehendenda faciat,illud certè non ſolùm re-
prehenſione,verùm etiam multa potius indignatione,
atq; contemptu dignum videri debet,quod maxime in
aduerſario meo ſcimus omnes viguiſſe. Qui cùm ab in-
eunte ætate plurimis,atq; honeſtis eruditus artibus fue-
rit, adeò deſidiæ, & torpori deditus ſit, vt totus otio
marceat,totq; labores,atq; vigiliæ à primis vſq; annis ſu-
ſceptæ planè omnes incaſſum aſſumptæ ſint,ita vt ali-
quando melius fuerit nunq̃ percepiſſe ſtudia, quàm
percepta nũquam repetere. Luxuriam: Exemplum eſt, Si luxuriam
Si antea, iudices,qualis aduerſarij mei vita extiterit, vo-
bis ignotum fuit, me dicente nunc primùm diſcetis: ſic
enim vitam ſuam vſq; ab annis adoleſcentiæ inſtituit, vt
omni muliere infami vulgatior, ac magis impudicus
fuerit:nihil enim ſibi turpe,quod libuerit,credidit. Qua-
re,iudices,conſyderate quàm vos deceat hunc in iudi-
cio admittere, qui nihil non turpiſſimum,atq; infame in
ſeipſum admiſit. Hæc Mancinellus. Proſequitur autem
idem Cicero ſic:

AB auditorum perſona beneuolentia colligetur,ſi res eorum fortiter,ſapienter,manſuetè,magnifi-cè iudicatas proferemus:& ſi quæ de his exiſtimatio,& quæ iudicij expectatio ſit,aperiemus.

¶Hæc ille, ad quem Mancinellus. Fortiter:Exemplũ, Fortiter
erit,Quum veſtram,iudices, in ferendis ſententijs con-
ſtantiã,atq; fortitudinem conſydero,nihil eſt quòd meo-
rum timeam aduerſariorum vim,aut minas. Soleo ſæpe

ante oculos ponere,& crebris idipſum referre ſermoni-
bus,quam forti fueritis animo aduerſus eos, qui magni-
Sapienter tudine ſua, veſtra conati ſunt iudicia ſubuertere. Sa-
pienter:Exemplũ erit,Nihil eſt,iudices,quòd meæ diffi-
dam cauſæ,cùm mihi occurrit apud quos agitur de hac
ipſa re,pro qua mihi ſumma eſt cum aduerſario meo cõ-
trouerſia.Cùm enim conſydero ſingularem prudẽtiam,
& in omnibus rebus agendis curam, atq; ſtudium ve-
ſtrum,quid eſſe poteſt vel tam arduũ, & difficile, quod
veſtræ non ſit ſapientiæ planũ, ac perfacile? Veſtræ qui-
dem hac in ciuitate ſententiæ ita & probatæ ſunt, & lau
datę,vt neq; maiori ingenio,nec attentiori ſolertia quic-
Manſuetè quam agi potuerit. Manſuetè:Exemplum eſt,Etſi mul-
ta ſunt, iudices,quæ veſtrũ poſſint in hac ipſa cauſa per-
turbarẽ animum,tanta tamen ſemper fuit in ſententijs
ferendis veſtra modeſtia,vt nec odio, nec gratiæ, contra
ius, & æquitatẽ locus vnquàm apud vos vllus fuerit.
Bene itaq; meæ conſultum eſſe cauſæ non iniuria confi-
Magnificè do. Magnificè. Exemplum erit: Quamquàm plurima
ſunt,iudices,quæ in veſtris ſpectare ſententijs, & admi-
rari ſoleam,nihil tamen eſt quod maiori laude, & vene-
ratione dignum ducam,quàm veſtram illam ſingularem
in rebus perficiendis magnificentiam. Minime igitur
cuiquam mirum eſſe debet,ſi populus ipſe in omnibus
ad rempublicam pertinentibus, præcipuo quodam fa-
uore, atq; ſtudio ſpectatam, & admirabilem iuſtitiam
Exiſtimatio veſtram ſemper perſecutus fuerit. Exiſtimatio.i.iudiciũ:
Exemplum erit,Bono,& optimo quidem ciuitas noſtra
pendet iudicio, cùm ſciamus vos tali ingenio eſſe præ-
ditos,vt nullius timeatis iniurias,nullius inimicitias,nul
lum deniq; impetum improborũ hominum, qui animũ
Expectatio veſtrũ ab officio deterreant. Expectatio: Exemplũ eſt,
Cùm hoc ita ſit, iudices,vt omnibus iuſtitiã, & æquita-
tem ſeruaueritis,nulla incidit dubitatio inter ciues,quin
hunc præſtantẽ adoleſcentem abſoluatis, qui quidẽ ab
improbis accuſatur ſolùm,vt eum paternis bonis expo-
lient.Hæc ille.Proſequitur idem Cicero ſic:

A Rebus ipſis beneuolum auditorem efficiemus, ſi noſtram cauſam laudãdo extollemus, & aduerſariorum per contemptionem deprimemus.

In quæ Mancinellus, Si noſtram cauſam laudando extollemus, aduerſariorum per contemptionem deprimemus. Exemplũ erit, Niſi cauſa mea, iudices, talis eſſet, vt ſatis ipſa per ſe apud vos peroraret, pluribus verbis, ac maiori ſtudio vterer: ſed cùm nihil ſit, quod magis ad rem vel publicã, vel priuatã pertineat, quàm hoc ipſum, de quo nũc ſum acturus, quid eſt quòd tam neceſſariæ, atq; honeſtę rei diffidere debeã, quũ præſertim ea ſit aduerſarij mei cauſa, quę ſi apud vos accepta fuerit, plurimũ detrimenti patriæ, & bonis viris perniciem allatura ſit.

Per contemptionem. Id aliqui legunt per contentionem. i. cõparationem. Contẽdo enim, vt aiunt, quãdoq; cõparo ſignificat. Placet aũt vtrunq;. Hæc Mancinelllus.

De docilitate autẽ, & attentione dicit idẽ Cicero ſic:

Dociles auditores habere poterimus, ſi ſummam cauſæ breuiter exponemus, & ſi attentos eos faciemus. Nã docilis eſt ille, qui attentè vult audire. Attentos habebimus, ſi pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inuſitatis verba facturos: aut de his rebus, quæ ad rempubli. pertineant: aut ad eoſipſos, qui audiunt, aut ad deorum immortalium religionem: aut ad pietatem nos eſſe dicturos, & ſi rogabimus vt attentè audiant: & ſi tali numero exponemus res, de quibus dicturi ſumus.

Quando vtendum ſit principio. *Titu.* IIII.

SI habemus genus cauſæ honeſtum, hoc eſt, ſi oppugnamus, aut defendimus, quod ab omnibus videtur poſſe probari, licebit vti, vel non vti principio. Si vti voluerimus, à lege, à ſcriptura, ab aliquo noſtræ cauſæ firmiſſimo adiumento principium ſumemus.

Epitome Aſcenſiana.

Vbi genus cauſæ honeſtũ eſt, vti poßumus pricipio ſumpto à lege, à ſcriptura, aut aliquo firmiſſimo adiumẽto.

A lege.ſ.humana. A ſcriptura,diuina. Ab adiumento. De quibus ad Herennium Cicero,vnde hæc ferè autor noſter ſumpſit,abundè diſputat, quæ quum in manibus ſint,non duxi repetenda.

De inſinuatione,& quando ea vtendum. Titu.V.

SI turpe,hoc eſt,ſi res honeſta oppugnatur,aut defenditur turpis, loco principij vtemur inſinuatione.i. quodam per diſſimulationem ingreſſu, quo fructū ſimilem conſequemur. Commutabimuſq; hominē pro homine,rem pro re,hominem pro re,& rem pro homine.Vtemur ficto conſenſu, autoritate ſimili, criminatione, & extremi dicti aduerſarij occupatione. Ad inſinuationē quoq; cōfugiemus:ſed cū arguta admiratione,& cōfidēti promiſſiōe,ſi auditor fuerit perſuaſus. At ſi fuerit audiendo defeſſus,feſtiuā,dicacem, & hilarē afferemus.Si genus cauſæ dubiū erit,hoc eſt, ſi habuerit in ſe honeſtatis,·& turpitudinis partem: vt ſi fratrem ſacrilegum tueamur,incipiemus à beneuolentia. Si humile, hoc eſt, quum contempta res antefertur, ab attentione exordiemur.Seruandum autem in exordio vt ſit lene, apertum,& non apparatum.Vitioſum erit, ſi vulgare, ſi commune,ſi commutabile,ſi longū,ſi ſeparatum,ſi trāſlatum contra præcepta.

Si dubium

Epitome Aſcenſiana.

Vbi genus cauſæ eſt turpe, vtemur inſinuatione, vt præſcriptum eſt:vbi dubium,incipiemus à beneuolētia: vbi humile,ab attentione,

Hominem pro homine, vt ſi qui defenditur iniuſtus eſt,alium in ſimili facinore abſolutum oſtendemus.Rem pro re,vt furtum pro ſacrilegio: ſimplicem fornicationē, pro ſtupro,aut inceſto.Vbi factum pro facto commutamus,vt æs pro auro ſublatū.Hominem pro re,vt ſi eius, qui furti arguitur,pro patria ſuſceptas cicatrices obiecerimus:aut ſi homicidij reum, clarum oſtenderimus.Rem pro homine,vt ſi omnibus inuiſi leue facinus probauerimus,& ita à perſona ad rem conuerterimus iudicem.Fi-

cto conſenſu, vt dicendo ex totius ciuitatis cōſenſu Clodium à Milone occiſum. Autoritate ſimili, vt Horatium à parricidio abſolutum. Scipionē librum rationū in conſpectu populi diſcidiſſe. Criminatione, vt ne defendi à nobis crimina, aut purgari, aut admitti cogantur, aduerſarij crimina reuelabimus: vt ſi obijciat adulterium, illius turpitudinem inuademus. Occupatione extremi dicti, vt ſi in fine dixerit accuſatū eſſe laſciuia perditū: incipiem⁹ ita, Audes'ne huic noſtro laſciuiā obijcere homo ſceleratiſſime, cuius nulla pars vitæ turpitudine nephandiſſima vacarit vnq̄? In dubio incipiemus à beneuolentia. i. conabimur facere beneuolos, vt in meliorē partem accipiant. In humili attentos faciemus, extollēdo quod humile videtur. Hæc aūt, & quæ ſequuntur, quia potius ad orationē, quàm ad epiſtolam pertinent, & potius ex Ciceronis libris diſcenda ſunt, paucis abſoluimus.

De narratione, & quæ eā conſpiciunt. Titu. VI.

Narratio eſt breuis, dilucida, & veriſimilis rerum geſtarū, vel quaſi geſtarū ad cauſam pertinentiū expoſitio. Vel, vt frequēter in epiſtolis incidit, rerum gerendarū honeſta petitio. Breuis erit, ſi vnde neceſſe erit cœperimus: ſi ſummatim, & nō particulatim narrabimus: ſi nō vltra neceſſarium proſequemur: ſi trāſitionibus, & digreſſionibus nō vtemur: ſi per ea, quę dicimus, antè facta intelligentur: ſi dicta nō iterabimus. Dilucidam facient ordo rerum geſtarum, ordo temporum, & ipſa breuitas. Veriſimilem, ſi vt mos, opinio, natura, ſpacia temporum, perſonarum dignitas, conſiliorū rationes, & locorū opportunitates poſtulabunt, dixerimus. Eſt alterum genus narrationis, quod incurrens, aut digreſſorium dicitur. Id fit fidei, criminationis, tranſitionis, apparationis, laudationiſúe cauſa. Tertium à cauſa ciuili remotum in perſonis, & negociorum expoſitioneq; verſatur. In negocijs poſitum habet tres partes. Fabulam, quæ nec eſt vera, nec veriſimilis. Hiſtoriam, quæ eſt res vera, & geſta. Argumentum, quod eſt

res ficta,quæ tamen fieri potuit. Quod poſitũ eſt in perſonis,debet habere ſermonis feſtiuitatẽ,animorũ,& affectuum diſſimilitudines varias.

De diuiſione. Titulus. VII.

DIuiſio eſt,qua breuiſſime partimur, & aperimꝰ quid conueniat,quid in controuerſia ſit: & qua de quibus rebus dicturi ſumus,aut per enumerationẽ,aut abſolutè diſtribuendo exponimus.

De confirmatione. Titulus VII.

COnfirmatio eſt noſtrarum rationum, & argumentorum grauis expoſitio.

De confutatione. Titulus IX.

COnfutatio eſt locorum cõtrariorũ arguta diſſolutio. Hæ duæ partes ſunt tãꝙ arena,in qua pro cauſa noſtra pugnamus.Vel circa cõſtitutionẽ legitimã, quum in ſcriptis,aut ex ſcripto cõtrouerſia naſcitur. Vel iuriſdicialem,quum iure,an iniuria quid factũ ſit,quęritur.Vel cõiecturalem,quum de facto eſt controuerſia,& coniecturis innitimur.In his hoc ſeruãdum,vt primo loco firma, medio leuiora,vltimo argumenta firmiſſima collocemꝰ.

De concluſione. Titu. X.

COncluſio,eſt artificioſus terminus orationis.Cõcluſionum genera tria.Vnum quod fit per breuem,ordinatam,& nõ longè repetitã enumerationẽ:& aut trãſimus genera noſtrarum argumentationum, & ſingulas earũ partes:aut an aliud velint auditores,quaſi iam perſuaſos rogamus:aut cum noſtris argumentationibus cõtrarias iungimus. Alterum eſt,quod fit per amplificationem,ſiue indignationem.Amplificationis loci ſunt:Autoritas deorum,hominum,legũ: Generalis offenſio, vel gratificatio:Futurorum periculorum,aut in ſuaſione cõmodorum deſcriptio: Iniquitatis, vel æquitatis exemplum: Deſperandæ, malæꝙ conſtitutionis reuocatio, vel æterna benefacti memoria: Deliberatum peccandi, vel benefaciendi iudicium:Immanitas peccati,vel meri

ti magnitudo: Singularitas inuſitata peccandi, vel promerendi: Comparatio peccatorum, vel meritorum inter ſe: Demonſtratio geſtorum in negocio, & poſt ipſum eadem penè ratio eſt, ſed ferè per cõtraria minuendi. Tertium cõcluſionis genus fit per breuem commiſerationẽ, ſiue conqueſtionem. Loci autem commiſerationis ſunt virium fortunæ, & infirmitatis hominum demonſtratio: Prçteritorum bonorum ad preſentem miſeriam cõparatio: Conſequentium incõmodorum enumeratio: Humilis auditori facta ſubmiſſio, & cõmendatio: Deploratio futuræ parentum miſeriæ: Demonſtratio clementiæ, qua ſumus in alios vſi: Continuæ noſtræ infelicitatis expreſſio: Iniqui fati deploratio: Fortitudinis in pferẽdis malis promiſſio. Commiſerationis amotio fit à iuſto, vtili, poſſibili, decenti, & facinoris tanquã per gradus explicatione, adhortatione quadam adiecta: vt, Nolite iuſtũ, qui lachrymat, animaduertere: ſed illum ante oculos ponite, qui legum, & morum ſpretor, dei contemptor, fana violauit, fores effregit, donaria ſuſtulit. Quid moramini? Quid cogitatis? an eum, quem omnia iura condemnãt, ſeruabitis?

De partibus epiſtolæ, & primùm de ſalutatione. Titulus XI.

HIs ſex, quas diximus, partibus, eo, quo ſcriptæ ſunt, ordine, poteris in epiſtola vti. Interdũ pro exordio ſat erit ſalutatio pura, quam aliquando ſiue familiaritate, ſiue odio prætermittimus. Poſt id ſtatim narrabimus, ſi narratio proderit, aut petemus: tum ſi quid confirmandum, confutandumúe fuerit, vel ſuo loco, vel ſtatim in ipſo initio id peragemus. Adiũgemuſq; exornationem aliquam ſi libuerit, & claudemus epiſtolam vel artificioſa illa concluſione, vel adhortando, pollicendo, precando, minando, bene ominando. Adijciemuſq; Vale, aut Aueto. Tum tempore, quo ſcripta eſt, annotato per Calendas, Nonas, & Idus, nomen noſtrũ cum orationis benignitate ſubſcribemus, ſi Salue, aut

huiuſmodi verbo cum vocandi caſu principio vſi ſumus: vt, ſalue mi Philippe: vel, probæ indolis adoleſcẽs ſaluus ſis. Si verò inceperis, Philippus Sulpitio Verulano ſalutem, vel ſucceſſum, vel felicitatem, vel commendationem: non opus eſt niſi in augmentum humanitatis aliquid tale ſubſcribere.

Idem tibi deditiſſimus alũnus: aut, tui obſeruãtiſſim⁹; aut, amãtiſſimus. Suntq; huiuſmodi epitheta, & appellationes perſonis accõmodanda: & nunc ſe clientem, nũc ſeruulum, nunc amicum, nunc fratrem quis profitebitur.

Epitome Aſcenſiana.

Salutationum, quæ in fronte epiſtolarũ poni ſolent, tria ſunt genera. Nam eſt perfecta, breuis, & ſubintellecta. Perfecta ſubſcriptionem, ſuperſcriptionem, & verbum ſalutandi continet. Subſcriptio eſt, quæ ſub epiſtola ſcribi poteſt, continens nomen, & meritum ſcribentis. Et ſi ſubſcribatur, locum, & tempus addit. Superſcriptio, quæ foris ſcribitur, quaſi ſuper epiſtolam, nomen, merita, & locum eius, ad quem ſcribitur, continet. Breuis, ſuppreſſis nominibus ſalutem duntaxat habet: vt, S. P. Subintellecta, in epitheto intelligitur: vt, amice ſuauiſſime: fili iucundiſſime, &c.

De inſcriptione exteriori, quæ ſuperſcriptio dicitur, Titulus. XII.

INſcriptio aũt exterior, clauſis literis, pari ratione ſcribenda, ſed quodam cum apparatu modeſto, ſiue per dãdi caſum: vt, Hortenſio rhetori egregio, ſibi colẽdo pro patre. Siue per accuſatiuũ præpoſitione adiũcta: vt, Ad integerrimũ virum Hortenſium, rhetorices in Romano gymnaſio celebrem profeſſorem ſibi obſeruandũ quàmplurimũ. Hoc loco id erit aduertendũ, vt poſt nomen propriũ, ſit nomen profeſſionis, aut officij, aut dignitatis cũ ſuo epitheto expreſſum: vt, Iureconſulto eximio. Vel, ſanctiſſimo legũ interpreti. Medico Apollineo,

Sacerdoti venerando. Prætori iuſtiſſimo,vigilantiſſimo. Equiti ornatiſſimo.Ductori fortiſſimo. Alius patronus bene merens:Alius amicus concors, præcipuus,iucomparabilis:Alius frater iucundus,dulcis,ſuauis:Alius pater metuendus,obſeruandus,colendus: Alius dominus beneficentiſſimus,clementiſſimus,vnicus,ſingularis, honorificè appelletur. Nō alienũ,ſi ad maximos viros ſcribens,eos quādoq; à maieſtate, autoritate, dignitate. benignitate,dignatione, clemenria, dominatione, facilitateq́;,& huiuſmodi verbis denominabis. Immo niſi ita egeris,quorundam faſtum offendes. Dices tamen,maieſtas,& dominatio tua,nō veſtra, niſi ſint plures: & per totam epiſtolā benigna vtere oratione, quæ plurimùm facit ad gratiā.Sed caue ne alicubi barbarè quicq̃ dicas. Tum placet locũ, quò ep̃la eſt perferenda, in accuſandi caſu ſubſcribi. Vt, Romā apud ædem diui Pantaleonis. Siue in gignendi,vt,dentur,verbũ ſuppleat̃:ſiue pro appellatiuorũ natura prępoſitiões cũ ſuis caſibꝰ apponant̃.

De titulis inſignibus. Titu. XIII.

INſcriptiones igitur quibus etiā in principio mutatis caſibꝰ vti poſſis,prudenter, & aptè cōpones. Adiectiua annectès,titulos nō reticebis, & pro tua in eũ,ad quē ſcribis obſeruātia,& beneuolētia,ex eius dignitate hoc in loco maxime loquẽris. Multũ em̃ intereſt quātus ſit quiſq; etiā in autoritate officio pari: pōt em̃ ſummus,pōt mediocris,pōt imus eſſe.Itaq́; cōgruis, & grauibus vnũquemq́; epithetis venerabimnr,& ſuperlatiua, quibꝰ ad aliũ vtebamur,ad aliũ ſcribendo quādoq; vertemus in poſitiua,& cōtrà.Maxime aduertendũ, an ad quē ſcribimꝰ,Sacer an prophanꝰ,Magiſtratꝰ an priuatus, Nobilis an plebeiꝰ, Doctus an indoctus.Et oīs noſtra oratio ingenio,moribꝰ,fortunæ,ætati,& ſexui cōgruat. Regulos,ꝓpapas,legatos,pręſides vrbiũ, & prouinciarum gubernatores,arciũ,alarũ,vigiliũq́; pręfectos,ędium ſacrarũ antiſtites,religionis aſſertores,theologos, & ſacros cōcionatores,illuſtrioribus epithetis adornabimus.

Adiectiua nitidora, quæ tam præponere, quàm poſt-ponere, & iungere poſſumus, hæc ſunt.

Sanctiſſimꝰ.	Prouidus.	Dignus.	Prætorius.
Reuerētia di	Prudens.	Abſtinens.	Conſumma-
gniſſimus.	Circūſpectꝰ.	Continens.	tus artifex.
Reuerēdus.	Honeſtus,	Liberalis.	Ingenioſus.
Triūphalis.	Modeſtus.	Munificus.	Literatus.
Inſignis.	Syncerus.	Beneficus.	Studioſus.
Clarus.	Vrbanus.	Beneficentiſ-	Doctus.
Venerabilis.	Probus.	ſimus.	Humanus,
Excellens.	Probatus.	Conſtans.	Eruditus,
Præſtans.	Laudatus.	Seuerus.	Peritus.
Egregius.	Optimus.	Grauis.	Diſertus.
Eximius.	Fortis.	Generoſus.	Eloquens,
Celeber.	Magnanimꝰ.	Nobilis.	Facundus.
Spectabilis.	Induſtrius.	Patritius.	Cultus.
Illuſtris.	Diligens.	Fortunatus.	Perſpicax.
Inuictus.	Splendidus.	Solers.	Princeps elo-
Magnificus.	Ornatus.	Amātiſſimꝰ.	quij.
Religioſus.	Charus.	Dilectiſſimꝰ.	Antiſtes do-
Iuſtus,	Clemens.	Incōparabilis	ctorum.
Pius.	Integer.	Cenſorius.	Sapiēs, & hu
Fidus.	Incorruptus.	Quæſtorius.	iuſmodi.

De vitioſis inſcriptionibus. Titu. XIIII.

CAue ne laſciuis, & quaſi calamiſtratis, & picturatis inſcriptionibus animi leuitatem indicantibus vtare: vt ſunt illa, Purpureis literarum floſculis, gemmiſq; decorato: Suauiſſimo lepôre Pegaſidū affluenti. Nitido ſcientiæ cingulo inſignito.

De dierum notificatione. Titu. XV.

CAlendas, nonas, & idus hi verſus, licet durius culiꝰ, tibi indicant: diceſq; ante diem tertium, quartum, quintum calendarum Nouembrium, ſicut tertio calendas Nouembres: non tamen ſecundo, ſed pridie. Eadem ratio eſt in nonis, & idibus,

¶Iunius,Aprilis,Septemq́;,Nouemq́; tricenos: *Verſus.*
Vnum plus reliqui,Februus tenet octo vicenos;
Sed ſi biſſextus fuerit,ſuperaddirur vnus.
Principium menſis cuiuſq; vocato calendas.
Maius ſex nonas,October,Iulius,& Mars
Quatuor,at reliqui tenet Idus quilibet octo:
Poſt quas quot reſtant luces numerato calendas,
Atq; diem primum menſis ſuperadde ſequentis.

De epiſtolarum generibus. Titu. XVI.

EPiſtolarum genera multa, hoc eſt tria, eſſe Cicero docet.Sic enim multa ad tria,vt plura ad duo, referri non dubium eſt.Cùm igitur tria ſint: Vnum eſt, quo facimus certiores abſentes, ſi quid eſt, quod eos ſcire,aut noſtra,aut ipſorum interſit. Alterum, ſeuerum,& graue:vt de republica, de philoſophia. Tertium,familiare,& iocoſum.Qui plura his genera faciũt, profectò delirant.Epiſtola,quam & literas appellamus, dicta eſt ab epiſtello,quod ſignificat mitto, mando, & iubeo.Vnde ἐπιστολή,epiſtola,iuſſusq́;dicitur.& in diminutione epiſtolium habet. Quodcunq; ergo genus epiſtolarum ſcripſerimus,ſua figura, in qua verſetur elocutio noſtra,tractabimus.

Epitome Aſcenſiana.

EPiſtolarum tria ſunt genera. Vnum,quo facimus certiores abſenets,ſi quid eſt quòd eos ſcire,aut noſtra, aut ipſorum interſit. Alterum, ſeuerum, & graue de republica, & de philoſophia.Tertium familiare,& iocoſum,ad quæ cætera reduci poſſunt.

Primum autem genus verum obtinet nomen. Nam epiſtola ab epiſtello,quòd eſt mitto, nomen ſumpſit.Mittimus autem,quæ ipſi dicere nequimus.Secundum ideo eſt de genere epiſtolarum,quòd quæ grauiter de republica,aut de moribus ſcribimus,quaſi ad poſteros tranſmittimus;quod idem de tertio dici poteſt.

De figuris dicendi. Titulus XVII.

Figuræ dicendi, quibus in epiſtolis vtimur, nō ſunt diuerſę ab illis, quas in oratione ſeruam⁹, ſed plane eędem: quāq̃ vt plurimū epiſtolas quotidianis verbis cōteximus, & earū ſtylus eſt tenuis, & ad quotidianā vſq; orationem demiſſus, nec magnum artificium, nitoremq; recipit, niſi ſupra naturam ſuā continens aliqd aſſurgat, & pugnet, omniq; ornatu, & numeris fulgeat, præſertim in demonſtratiuo, iudicialiq; genere, nam in ſuaſorio planior eſt, & dulcior. Debet autem ſic breuis eſſe, vt in breuitate ipſa apte delectet, plene doceat, ſenſumq; acriter, q̃tum opus fuerit, moueat. Sunt igitur hæ figurę tres: Grauis, vt verbis Ciceronis vtar, quę conſtat ex verborum grauium magna, & ornata conſtructione. Mediocris, quę conſtat ex humiliore, neq; tamen ex infima, & peruulgatiſſima verborum dignitate. Attenuata, quæ demiſſa eſt vſq; ad vſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem. Graui figuræ propinqua eſt ſuffulta, turgēs, & inflata, quæ velut tumore bonam corporis habitudinem imitans decipit imperitos, quum aut nouis, aut priſcis verbis, aut duriter aliunde trāſlatis, aut grauioribus, quàm res poſtulat, aliquid dicitur. Qui non poſſunt in illa faceti ſſima attenuatione cōmode verſari, veniūt ad aridum, & exangue genus orationis, quod nō eſt alienum exile nominari. Qui ad mediocre genus orationis peruenire non potuerunt, errantes ad eiuſdē generis confine perueniunt, quod appellamus fluctuans, & diſſolutum, eo quòd quum ſit ſine neruis, & articulis, fluctuat huc illuc, neq; poteſt confirmare, neq; viriliter ſeſe expedire.

Epitome Aſcenſiana.

Figuræ dicendi ſunt tres, ſublimis, mediocris, & humilis, pro rerum qualitate adhibendæ. Verùm in epiſtolis ferè humili, & familiari vtimur, præſertim in illis, quæ ſunt de primo genere.

¶Nam in ſecundo vbi res graues tractamus, poteſt & ſtylus eſſe ſublimis, vt in genere demonſtratiuo, & iudiciali. Sunt enim tria genera cauſarum. Vnde Cicero,

Cicero

Tria ſunt (inquit) genera cauſarum, quæ recipere debet orator. Demõſtratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Demõſtratiuũ genus eſt, quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem, vel vituperium. Deliberatiuum eſt, quod poſitum in conſultatione habet in ſe perſuaſionem, & diſſuaſionem. Iudiciale eſt, quod poſitum in controuerſia habet accuſationem in ſe, aut petitionem cum defenſione. Hæc ille.

Epitome Aſcenſiand.

IN humili genere conſuetudinem imitabimur. Numeros relinquemus, nec tamẽ vagi erimus. Verborũ concinnitatẽ non magnopere curabimus, ſed citra ornatũ exquiſitum dilucidi erimus: elegantia tamẽ, ac ſermonis proprietate ſeruata, & ſentẽtiarũ põdere nõ reiecto: ſed in trãſlatitijs, nouitijſq; parci erimus. In figuris ſtylo cõuenientes, & in talibus rebus condiendis apti. In mediocri omnia mediocriter. In ſublimi, ſublimiter faciemus.

De forma epiſtolari. *Titu.* XVIII.

FOrma ergo ex Cicerone decerpta, intra quã epiſtolarum ſcriptor ſe continebit huiuſmodi eſt. Submiſſus, & humilis cõſuetudinẽ imitetur. Numeros relinquat, & ſit ſolutus, nec tamẽ vagus, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Verba etiam verbis quaſi ad filum coagmentare negligat. Incidatq; aliqñ in modicũ hiatũ, & concurſum vocaliũ. In circũitu illo verborum q̃q̃ cõtracto, & minuto, nõ erit negligens, q̃uis quædam negligentia diligens eſt. Nam hæc ſubtilis oratio etiam incompta delectat, vt mulier formoſa comis, veſteq; incompoſita. Remouebitur omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum, calamiſtrorum, & candoris, ruboriſue fucus. Elegantia modò, & mundicia remanebit. Sermo purus erit, & Latinus. Dilucidè, planeq; dicetur, quid deceat circunſpicietur. Ornamentum illud ſuaue, & affluens aberit. Acutæ, crebræq; ſententiæ, & quaſi ex abdito depromptæ, ponentur; atq; in hoc

oratio dominabitur. Verecūdè vtetur exornationibus tā rerum, quàm verborū. Erit elegans, & in faciēdis verbis, transferendiſq; vereeundus, parcus in priſcis, tranſlatione creber, ſed non omnino liberrimus, aptus tamen, & mollis. Schematis vtetur electis, & parcè. Nam cōtraria, & repugnantia, & ſimiliter cadentia, & deſinentia, & annominationem, & omne manifeſtæ, delectationis aucupium fugiet. Item verborum iterationes, contentiones, exclamationes, ab hoc ſunt alienæ. Cæteris luminibus vtetur promiſcuè, modò non ſint vehementer illuſtria: & continuationem verborum relaxet, & diuidat. Non faciat rempu. loquentē, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet: ſale, & facetijs vtet̄ modicè, tū in narrando venuſtè, tum in mittendo ridiculè. Qui verò in genere mediocri verſabitur, vberior hòc erit, & aliquātò robuſtior, ſed graui ſubmiſſior. Neruorum minimum, at plurimum ſuauitatis habebit. Huic omnia ad dicendum ornamenta cōueniunt. Sedatè loquetur, & placidè. Trāſlationibus, mutationibus, metonymia, & allegoria vtetur, verborū lumina omnia adhibebit, multa etiā ſententiarū latè, erudite
q; diſputabit. Efficiet inſigne, & florens orationis pictum, & expolitū genus, omni verborū, omni ſentētiarū lepiditate cōditū. Grauis ille amplus, copioſus, ornatus, virium maximarū, & admirabilis animos tractabit, permouebit, pſtringet, modò in ſenſus irrepet, modò nouas opiniōes inferet, modò euellet inſitas. Eritq; grauis, acer, ardens, ſublimis. Tentabit ſe tamē ita, vt eruditè, & aptè dicere, & non furere videatur.

De elocutione, & eius partibus. Titu, XIX.

IAm de tertia pulchritudine, quę continetur ſub elocutione, dicēdū. Locutio igitur, quā ſolā arte aſſequimur, quęq; oratorem oratore facit præſtantiorē, ſpectatur verbis ſingulis, & coniunctis, debetq; habere in ſe elegātiā, compoſitionem, & dignitatem.

De elegantia — Elegantia ex Latinitate, explanationeq; conſtat. Latinitas

nitas eſt, quæ ſermonem purum ab omni vitio remotũ conſeruat: vitatq́; barbariſmum, qui fit in verbo vitioſè concepto, ſcripto, aut pronunciato: & ſolœciſmum, qui fit, ſi ſequens verbum non accommodatur ſuperiori. Explanatio, ſiue perſpicuitas, eſt quæ reddit apertam, & dilucidam orationem. Id fit verbis proprijs, & vſitatis. Propria ſunt certa cuiuſq; rei ſua, & penè vnà nata cum rebus ipſis. Vſitata, quæ verſantur in ſermone, & cõſuetudine quotidiana.

Epitome Aſcenſiana.

ELocutio habet in ſe elegantiam, compoſitionemq́;, & dignitatem. Elegantia Latinitatem, & explanationem. Latinitatis ſermonẽ ab omni vitio tam barbariſmi, quàm ſolœciſmi remotum. Explanatio, quæ dilucidam reddit orationem, verba propria, & vſitata.

De compoſitone. Titu. XX.

COmpoſitio eſt, quæ apta ſtructura verborum perpolitam reddit orationem. Dignitas verò, quę ornat, & varietatem diſtinguit. Quod ad Latinitatẽ attinet, pendet ex arte grammatica, quæ facit vt oratio vitio careat. Explanationi neceſſaria ex Varrone, Feſto, Valla, grammaticiſq́; alijs, & autoribus optimis, verborum eſt eruenda proprietas. A qua abhorrere, niſi vt vites obſcœna, ſordida, & humilia, vitiũ eſt. Bene tamen tranſlata in proprijs ſunt habenda. Et obſcuris, & exoletis, quę omnino vitanda ſunt, famã eruditionis nõ affectabis, Cauebiſq́; eam nimiam diligentiam, & circumlocutionem, quæ obſcurans orationem, gratiã, & fidem amittit. Dicendum eſt apertè, ne ad nos intelligendos ſit opus ingenio. Nã vel nõ poſſe intelligi, maximũ vitium eſt. Nec à vulgari genere orationis, atq; conſuetudine cõmunis ſenſus abhorreas. Et vt M. Fa. ait, nobis prima virtus ſit perſpicuitas, propria verba, rectus ordo, nõ in longum dilata cõcluſio, nihilq́; deſit, neq; ſuperfluat. Ita ſermo doctis probabilis, & planus imperitis erit.

De cōpoſitioni neceſſarijs, & prio de nūero. Ti. XXI.

IN compoſitione, quę nō ad delectationem modò, ſed ad motum quoq; animorum plurimùm valet, tria ſunt neceſſaria: Ordo, iunctura, numerus.

Epitome Aſcenſiana.

COmpoſitio apta verborū ſtructura perpolitā reddit orationem. Dignitas orationem ornat, & varietatem diſtinguit. A proprietate ſermonis non diſcedes, niſi ad vitanda obſcœna, ſordida, & humilia: bene autem translata in proprijs ſunt habenda. Obſcura, & exoleta vocabula, & moroſa cōpoſitio vitabitur: aperta verò, & conſueta dictio amabitur.

De ordine, præcepta Sulpitiana. Ti. XXII.

ORdo in ſingulis, cōiunctisq; verbis obſeruat̃. In ſingulis cauendū ne decreſcat oratio, & fortiori iūgatur infirmius, vt ſacrilego fur. Nā augeri, & inſurgere ſentētiæ debēt. Sed ſi ordinē naturę ſequemur, prius viros, quàm fœminas: prius ortū, quàm occaſum: priuſq; deos, quàm hoīes dixerimus: genera ſpeciebus, cōmunia proprijs, remota proximis anteponemus. Videbimuſq;, ne ordo faciat ambiguitatem. Quędā ordine permutato fiunt ſuperuacua, vt fratres gemini. Nā ſi pręceſſerit gemini, ſuperuacuò fratres addideris.

De ordine in cōiunctis, ſeu cōpoſitione præcepta. *Titulus* XXIII.

Compoſitio COmpoſitio debet eſſe honeſta, iucūda, varia: nam reficit animos, ac reparat ipſa varietas, vt Fabius ait. Vitet̃ deformis verborū traiectio: vt, Has res ô Luci ad te ſcriptas miſim⁹ Aeli. Vitet̃ lōga, & laſciua trāſgreſſio: vt, Ne exequias qdem vnus inter miſerrimos viderem meas. Et lōga verborū cōtinuatio, quā vn⁹ ſpirit⁹ enūciare nō poſſit. In pręponēdis inter ſe partibus orationis firma lex dari nō poteſt, ſed auribus ipſius orationis lenitati, aut, ſi opus fuerit, aſperitati eſt conſulēdū.

Frequẽtius noĩa verbis,hæc aduerbijs,ſubſtãtiua breuio
ra adiectiuis relatiuis,& pronoĩbus anteponũtur.Prius
geſta poſterioribꝰ interdũ ſunt poſtponenda.Frequenter
ſenſum v̾bo claudere,ſi cõpoſitio patit̃,eſt optimũ: ſi of
fendet,alibi,ſed cõſpicuẽ,collocet̃.Aduerbia verbis ad
herent aptiſſime.Prępoſitiones, pręſertim monoſyllabę,
decore poſtponũtur:vt,hoc in loco:&, amor in te meus:
id eſt erga te.Inter ſimiles caſus,diſſimiles, aut dictio ali
qua collocat̃ cũ venuſtate:vt,multa iuuenis laude orna
tus.Superlatiua,& aduerbia lõgiora habẽt in fine clauſu
læ gratiã.Negatiuæ dictiones,vt nullus,nemo. Affirma
tiuæ,vt oĩs.Et inſigne aliqđ adiectiuũ,cõſpicuè colloca
tur in fine:vt,Vergilio clariorẽ inter poẽtas inuenies ne
minem.Id factitant oẽs.Sunt hæc quę dicis egregia.Poſ
ſeſſiua poſtponunt̃.Qui,quæ,quod relatiuũ ante ſuũ an
tecedẽs venuſtè locat̃:vt,quã cenſes Ciceronis oratione,
Hortenſij eſt.Ornatius etiã illud eſt:in quo libro de ora
toribꝰ agit̃:quàm,Liber in quo &c. Hoc tñ aptiꝰ,& illic
rectꝰ ſupplẽdus eſt.Infinita v̾ba in re terminata lugubrẽ
frequenter claudãt orationem,tñ verbo nõ iungant̃. Im
peratiuus,præteritũ,futurũq; ſubiũctiui ſonãt in fine.Cõ
paratiui terminus ipſum cõparatiuũ pręcedat,ſic & obli
quus nomẽ à quo regit̃.Hmõi aũt cõpoſitionis genera,
& cõmutãdi,& colligãdi,& cõferendi inter ſe verba, ex
imitatione,& apto iudicio malo te diſcere,quàm ex pre
ceptis,cõtra quæ aliqñ fit nõ indecorè: & prætereà ſunt
minimẽ obſeruatiõis,ſupſtitioniſq; forſan,& quæ nimia
cura ſeniũ, ac infœcũditatẽ ingenij afferant.Illud verò ca
uendũ in primis, ne in re dura laſciui, ne in mœſta læti,
ne in lęta inculti,& horridi videamur.Sunt nõnullæ par
ticule,quę niſi proprijs in locis ponant̃,fœdãt orationẽ,
quare hę ſemper ſunt pręponendę,at,aſt,ſed,aut,ac,vel,
nec,cęterùm,enimuero,verùm,ſi,ſin,qn,quatenus,ſeu,ſi
ue,niſi,ni.Ex his nullã in maioribꝰ principijs, nõ aliũde
dependentibꝰ,collocabis,pręter at.In indignatiõe, aut,
vel,nec,neq;,ſeu,ſiue,&ni.Poſtponunt̃,q;,ne,ve,qdem,
quoq;,autem,verò,enim:& amant apponi poſt primam

Coniunctionum in oratione ordo.

dictionem clauſulæ dependẽtis,præſetim,autem,eñ, & verò:quæ alibi,niſi poſt ſecundã,non collocantur,vt cæteræ.Que,& quoq;,poſt illã dictionem quã,&,pręcederet,locari volũt.Ne,& ve poſt eam,quã an, & vel. Reliquæ coniunctiones ferè omnes præponi,ſupponiq; poſſunt.Sed ex illis aptæ ſunt primis initijs,quoniã,quum, ꝙuis,etſi,quanq̃, licet,quia,quàm,v[illegible] ad aliud dependentiũ fronte, quocirca, ꝙobrem, quapropter,& quare,cõſtituemus.Ergo, & igit̃,in breuioribus cõcluſionibus; itaq; vt plurimũ in maioribus. Quin præponitur,vt num:vtiq; poſtponitur. Sin nunq̃ dicitur,niſi præceſſerit ſi,aut fuerit ſubintellectũ. Ita pro valde poſtponit̃:Vt,Hæc nõ ita difficilia ſunt. Quia nõ ponit̃ añ ſed:dicim⁹ eñ,ſed quia.Nõ verò,age aũt, ſanè aũt,iam aũt,enim autem,& at aũt nõ dicas.Poſt nõ, & nec,enim apponas:non tamen dixeris ne enim,& ne verò.Neq;,non ponitur ante nam:nec equidem, ante atq;. Tum geminamus,quando partes ſunt pares: vt, eſt vir tum doctus,tum modeſtus.Quando verò diſpares,præponimus quum,& ſequitur tum, indicans aliquid maius,aut generalius:vt,quum in ea re diuitijs valet, tum virtute in reliquis.Decimuſquiſq;, & quotuſquiſq;: non quiſq; decimus dicitur. Poſtridie præponitur, ſicut pridiè:niſi abſolutè ponatur.Particula per,poſitiuo præpoſita multùm gratiæ habet: vt, periucundus,pergratus. Interdum poſt per ponimus quàm:vt,per quàm gratus. Interdum aliam dictionem: vt, per mihi gratum feciſti. Multò,longè,tantò,quantò,duplo,triplo,& ſimilia cõparatiuis, & ſuperlatiuis præponimus. Quàm ſolis ſuperlatiuis,& habet ponderis multũ.Poſt abs locentur dictiones à,t,&,q,incipientes:vt,abs te: abs quiuis. Poſt ab verò, dictiones incipientes à vocalibus,&,i, conſonante:&,l,r,et,s:vt,ab vna,ab Ioue:ab lege:ab rege: ab ſenatu.A verò iungi non patitur vocibus à vocali incipientibus.Si quas alias apud idoneos in ordine obſeruationes inueneris,ſigna.Nos enim properãtes iam de iunctura dicemus.

Quę particulæ poſitiuis,comparatiuis, & ſuperlatiuis iũgantur.

De iunctura præcepta Sulphitiana, Titu. XXII.

IVnctura, eſt quædã verborũ ſtructura, & collatio ſine Iũctura quid
offenſione. In ea literarũ, ſyllabarũq́ lenitatem, & aſpe-
ritatem attendimus. Nam in ordine dictiones ſingu-
læ, & cõiunctæ cõſyderantur, nõ verè à ſono, ſed à ſi-
gnificato: quippe dicendum eſt potius aſperè, quàm im-
propriè. In iunctura, cauenda eſt vocaliũ crebra cõcur-
ſio, ſiue hiatus: vt, vaccę æneæ amœniſſimæ impende-
bant. Vitanda aſperitas: quanquàm acida, & ſubamara
inter lenia, & ſuauia guſtu, ſic aſperitas aliqua, & hiatus
inter ſuauia, & rotunda delectant, faciuntq́ ampliora
quędã, & molliora, vt pulchra oratione acta omnino ia-
ctare. Vitanda eiuſdem literæ, aut ſyllabæ, aut verbi ni-
mia, moleſtaq́ aſſiduitas: vt, O, Tite tute Tatĩ tibi tanta
tyranne tuliſti. Item, nã cuius rationis ratio nõ conſtat, ei
rationi ratio non eſt fidem adhibere. Interdum tamen in
huiuſmodi literarũ, & ſyllabarum aduerſione, peior eſt
ſolicitudo, quàm negligentia. Auertit enim ea cura à po-
tioribus, & hic metus ſtylum retardat. Itaq; ſat erit tene-
re mediũ. Et primùm cõſyderandæ vocales, inter quas
plus hiatus habet o, quàm a: et v, quàm o. Nam, i, angu-
ſta: e, plenior eſt. Longarũ ſyllabarũ, & literarum colliſio
peius ſonat, quare lõgę breuibus ſubijcient̃: nimiùm plu-
res breues offendunt. Cauendũ ne ex fine prioris verbi,
& ſequẽtis principio deforme nomen efficiatur: vt, Do-
rica caſtra. Et ne vltimæ præcedẽtis ſint primæ ſequẽtis:
vt, O fortunatã natam me conſule Romã. Conſonantes
quoq;, quæ ſunt aſperiores, in iunctura rixantur: vt s vl-
tima, cũ x proxima: quæ magis ſtrident, ſi ſibijpſis colli-
dant̃. Plura monoſyllaba malè cõtinuantur, & ſubſultãt.
Multa quoq; breuia offendũt, è diuerſo longa cõtinua-
ta tardant orationem. Cõtentiones curſum, expoſitiões
tarditatẽ requirũt. Membrorũ, inciſorumq́ iunctura non
eſt ita, vt verborũ, conſyderanda: quia ſpiritus quies effi-
cit, vt non ſentiat̃ aſperitas, aut hiatus. Fugiendus quoq;
eſt cõtinẽs vſus ſimiliter cadentiũ, & deſinẽtiũ dictionũ.

De numeris Epitome Aſcenſiana.

Epiſtolæ præſertim familiares ſint omni lege metrorum ſolutæ: orationes verò licet poëmatum numeros nõ obſeruent, ſuos tamen habere gaudent: & in principijs, ac fine clauſularũ, pedem aliquem longũ, aut duos breues obſeruare, & totidem ſparſim in medio, vt ad vltimũ aptè perueniat, ſic tamen, vt propter numerũ nihil ſuperfluat. Optime quidem à longis incipitur, ſed interdum etiã rectè à breuibus. Claudunt dactylus, iambus, & ſpondeus. lege ſequentia, ibi, Dactylus &c.

De Numeris. *Titulus* XXIII.

HIs vitatis, noſſe oportet orationũ aliã vinctã, atque contextã, aliam ſolutã eſſe, qualis in ſermone, & epiſtola, niſi ſuas metas reſpectu rei, quã tractãt, egrediantur. In illa tamen ſolutione ſuis temporibus deſtitui non debent, niſi nõ fluant, nec cohæreant, nec verba de verbis trahant, Laxiora in his vincula, quàm nulla ſunt: ex alijs quibuſdã numeris cõmunita eos diſſimulant, & occultãt. Quamobrem de numeris hoc loco præcipere pleriſque videtur ſuperuacuũ. Sed ne omnino

Numerus quid. illorũ videaris ignarus, ſic habe. Numerus eſt orationis curſus remotus à verſu, ſub auriũ menſurã aliquam cadens, Græcè rhythmus vocatur: à metroque ſic differt, quòd

Rhythmus. rhythmus ſine certo termino, & ſpacio temporũ cõſtat, metrũ certo ordine clauditur: vtrunque autem ex pedibus

Metrum fit, & neutro orator omnino vtitur. Vitandũ ergo eſt in primis ne verſum faciamus, dum volumus dicere numeroſè. Ideoque in principijs, & fine clauſularũ ſat erit vnum longum, aut duos breues obſeruare. In medio ſparſim totidem, pluresúe, vt ad vltimũ aptè perueniat. Obſeruandumque ne ceſſantem numerũ verbis inanibus cõpleamus, ne ſtudiũ operis appareat. Optime à lõgis incipitur, rectè aliquando à breuibus: Syllabæ lõgæ grauem, breues celerem reddũt orationem. Quæ quidem cõtexta treis habet formas: Inciſum, membrũ, periodũ. Inciſum, ſiue cõ-

ma eſt pars membri, hoc eſt, ſenſus non expleto numero
cõcluſus. Membrũ, ſiue colon, quod fit ex inciſis: eſt ſen- Membrum.
ſus numero cõcluſus, ſed à toto corpore abruptꝰ, & per
ſe nihil efficiens. Periodus, ſiue circumitus, qui fit ex inci-
ſis, & mẽbris, eſt ſenſuũ, & totius corporis illa cõprehen-
ſio, ſuo numero terminata, quæ aut cõſtat membris, inci-
ſisq́ plures ſenſus habentibꝰ: aut eſt ſimplex, quũ ſenſus
vnus maiore ambitu circũducitur. Vbicunq; fuerit acriter,
& inſtãter pugnandũ, mẽbratim, cæſimq́ dicemus: mem- Periodus.
bratim etiã plerũq; narrabimus. Periodus proœmijs ma-
iorum cauſarũ, & epilogis, & amplificationibus apta eſt.
Initijs optimus eſt Amphimacrus pes, qui cõſtat ex ſyl-
laba breui inter duas lõgas. Idem etiã fit cũ venit Pæon,
qui eſt ex lõga, & tribus breuibꝰ: & alter, qui eſt ex tribꝰ
breuibus, & lõga, orienti, & mediæ orationi eſt aptior.
Dochimius, ex duabus longis inter duas breues, & vlti-
ma lõga, quouis loco aptus eſt, dum ſemel ponatur. Da-
ctylus, qui ex lõga, & duabus breuibus, claudit præce-
dente Amphimacro, aut Iambo, q eſt ex breui, & longa.
Claudit Iambus pręcedente Spondeo, q eſt ex duabus
longis. Claudit & Spondeus poſtpoſitus Amphimacro,
ſed duo ſpondei in fine non coniungantur. Pyrrhichius
quoq;, qui fit ex duabus breuibus, aptus eſt præcedente
Choreo, qui eſt ex lõga, & breui, Claudit & Dichoreus,
hoc eſt geminus Choreus, ſibijpſi iunctus. Cauendũ ne
ſimili ſtructura ſæpe, & cõtinẽter vtamur. Eſt aũt ſtructu-
ræ qualitas tripertita: aut enĩ rotũda eſt, id eſt volubilis:
aut plana, id eſt ꝓcurrẽs: aut grauis, id eſt ſtabilis, & reſi-
ſtens. His vitia opponunt̃: reſiſtenti aſpera, & cõfragoſa:
ꝓcurrẽti fluxa: volubili cõtorta, & nimis rotata. Struimꝰ
quidẽ quatuor modis, cõuerſione verborũ, adiectione,
detractiõe, immutatione. Obſeruandũq́ eſt, vt frequẽtior
ſit rotũda, quàm plana. Oratiõe numeroſa rarò, & breui Numeroſa
vti debemꝰ. Nã agnoſcit̃, & tollit fidem, & veritatẽ. Vtũ- oratione quã
mur ea vbi aut laudãdũ eſt ornatius aliquid: aut exponẽ- vtendum.
da narratio cũ dignitate: aut amplificanda res eſt. In de-
monſtratiuo, ſi laudatio eſt, vtimur rotũda, & plana ſtru-

ctura: Si vituperatio, rotunda, & graui: in deliberatiuo, plana, & graui: in iudiciali, totũda: in tenui, plana: in mediocri, rotunda, & plana: in amplo, rotũda, & graui: in principijs quoq;, rotũda, & graui: in narratione, rotunda, & plana: in indignatione, aut miſeratione, graui: in exceſſu, rotunda, & graui: in partitione, rotũda, & plana: in inductione, plana, & graui: in enthymemate, variè, prout eius fuerit gen⁹: in elentico, rotũda: in dictico, plana: in gnomico, graui: in paradigmatico, graui, & plana: in ſyllogiſtico, rotunda. Perſonæ graues, vt pater, ſenex, ruſticus, imperator, plana, & graui vtetur: iuuenis, miles, & quçcũq; concitata perſona, rotunda, & graui. Structuram grauem, ſiue quadratam, facit Pęon primus præcedente Pyrrichio: cõfragoſam Pyrrichius, vel Tribrachus præcedente Spõdeo: delumbem, mollem, & fluxam reddit in penultimo Tribrachus ſequente Dactylo, vel Pyrrichio, vel Moloſſo, vel Anapęſto.

De ornatu. *Titu.* XXIIII.

IAm de ornatu pręcipiamus, in quo plus, quàm in cæteris, popularis illa laus oratoris apparet. Nam emẽdatè, & perſpicuè dicere, eſt tanquam vitio carere. Inuenire acutè, & diſponere prudenter, etiam imperiti ſolent. Ornatus verò eſt, qui admirationem excitat, & palmam dat oratori. Excolenda eſt ergo omnis illa pinguis puerilis, & plana compoſitio, qua tanq̃ firmiter ire, & currere didiciſti. Nunc verò inter incedendũ, & currendũ, velut ſaltare, & ad tibiã ſalire, & in orbem, atq; in caput te vertere, & geſticulare eſt opus. Sit igitur hic ornatus virilis, & tanq̃ ſanguine, & viribus niteat, nec effœminata lenitate, & fuco ſe oſtentet. Sed primùm verba rebus aptentur, ſciamusq; omne improprium, male diſpoſitum, malè figuratum, & collocatum, inornatum eſſe. Corrupta oratio, vt ait Fabius, in verbis maxime improprijs, redũdantibus comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, vocumq; ſimilium, aut ambiguarũ puerili captatione conſiſtit. Itaq; vitetur humilitatis, tumoriſq; vitium: &

Corrupta oratio.

ea ſeruentur, quæ ſunt de perſpicuitate, ordine, & iunctu ra præcepta. Vitetur pleonaſmus, quum ſuperuacuis ver bis oneratur oratio. Vitetur & cacozilon, id eſt mala affe ctatio, quæ ꝑ omne genus dicendi peccat. Nã tumida, exilia, & prædulcia, & abundantia, & accerſita, & exul tantia ſub idem nomen cadunt. Deniq; cacozilon vo catur, quod quidem vltra virtutem, quoties ingenium iu dicio caret, et ſpecie boni fallitur, omnium in eloquentia vitiorum peſſimum.

De duplici ornatu. Titu. XXV.

Duplex or natus.

ORnatus, vt ait Cicero, duplex eſt. Vnus ſimpliciũ verborum: alter collocatorũ. Simplex probatur in proprijs, vſitatiſq; verbis: quæ aut optime ſo nãt, aut rem maxime explanant. In alienis, quod aut translatum, aut factum aliunde, vt mutuo: aut factũ ab ipſo: aut nouũ: aut priſcũ, & vſitatũ. Sed & inuſitata, ac priſca ſunt in proprijs, niſi quòd rarò vtimur. Colloca ta autem verba habent ornatũ, ſi aliquid concinnitatis ef ficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente ſen tentia. Ergo nõ ſat erit, Philippe, pulchris vti ſententijs, ſed opus eſt eas venuſtè, & cultè nunc contrahere, nunc diffuſius explicare.

Exempla ornatæ locutionis.

Exempla or natę locutio nis.

¶Nõnne illud negocij, id rei, & hoc beneficij, cõcinni⁹ eſt, quàm illud negociũ, ea res, & hoc beneficium? mul tum gloriæ, parũ moleſtiæ, quàm multã gloriã, & paruã moleſtiã? Veni põtificis ſalutandi cauſa, & veſtri ſalutan dorum pulchrius, quàm põtificem, & vos ſalutãdi? Illud verbale nomen, hoc gerundium eſt. Cætera id genus, quàm eius generis? Huius rei mihi venit in mentem, quàm hæc res? Nihil loci eſt ſegnitię, quàm nõ eſt temp⁹ ſegnitię? Suus eſt cuiq; mos, quàm quiſq; habet morem ſuum? Nihil hoc homine melius, quàm nullus hoc hoĩe melior? Aphrican⁹ ſingularis & vir, & imperator: quàm ſingularis vir, & ſingularis impator? Maxime rarũ genus, quàm rariſſimũ gen⁹? Parce metu, quàm metui? Nã anti

qua, modò obſcura nõ ſint, qñq; ornãt orationẽ. Gratius dicit, hoc eſt mihi iucũditati, quàm iucundũ. Opus eſt facto, quàm facere. Eſt magnæ virtutis: q̃, habet magnã virtutem. Id facias velim, quàm id facias volo. Tria continua verba, vel aduerbia, ſiue diuerſæ, ſiue affinis ſignificationis, tanq̃ per gradus inſurgentia, quantũ venuſtatis, & virium habent? Nõne eſt cultius, & honeſtius, Non ſum cũ illo rixatus, ne vidi quidem: quàm, nõ ſolũ cũ illo nõ ſum rixatus, ſed profectò nõ vidi? Nonne copioſius, & neruoſius illud, Si te literis, & virtute munire, & ornare curaueris, ad idq; inuigilaueris, & poſthabitis cæteris incubueris, quãta pręmia cõmodorũ, & honoris, & gloriæ cõſequêris: quàm ſi te literis, & virtute ornaueris, magnã vtilitatem, & gloriã nanciſcêris? Quid moneã plura? quũ nihil ferè ſit, quod nõ poſſit bene, & diuerſo modo niteſcere, & eruditius, & ornatius, honeſtius, gratius, illuſtrius, dulcius, lætius, breuius, & effuſius dici. Talia igitur ſunt apud autores diligenter obſeruãda, & ſi qua volumina de huiuſce rebus accuratè ſcripta reperiunt, ſunt lectitãda. Si quos etiã ſenſus argutos, dulces, graues inueneris, excerpe, & annota, vt ſi tibi in tempore nõ ſuccurrerint, tanq̃ ex recõdito depromere valeas. Nos enĩ hæc paucula, tanq̃ ex immẽſo mari guttã digito, delibauimus. Multi prætereà loci, multæ epiſtolæ, & integræ orationes ſunt mãdandæ memoriæ, vt ad imitandũ te erigas, & ex illis velut colorẽ, & habitũ ducas. Reliqua dignitas, quæ orationem varietate diſtinguẽs ipſam exornat, in verborũ, & ſententiarũ exornationes diuidit. Verborũ exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita cõtinetur perpolitione. Sententiarũ, quæ non in verbis, ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem.

Colores rhetorici. *Titulus* XXVI.

Colores rhetorici, de quibus. Cic. lib. 4. ad Heren.

VErborum lumina, quæ tanq̃ ſtellæ per totã ſparguntur orationẽ, hæc ſunt ex Cicerone cõtracta. Repetitio, quũ continenter ab vno atq; eodem verbo in rebus ſimilibus, & diuerſis principia

iunguntur. Vt, Scipio Numantiam ſuſtulit. Scipio Carthaginem deleuit. Scipio pacē peperit. Scipio ciuitatem ſeruauit. Hæc eſt venuſta, & acris:

Cōuerſio, per quam non antepoſitum repetímus verbum, ſed ad poſtremum cōtinenter reuertimur. Vt, Pœnos populus Romanus iuſticia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Hæc acris eſt.

Cōplexio, quæ vtramq; cōplectitur exornationem, in primi, poſtremiq; verbi repetitione. Vt, Quem ſenatus damnauerit, quem omniū exiſtimatio damnauerit, eum vos veſtris ſententijs abſoluetis? Hæc commouet.

Traductio, quæ in eadem oratione idem crebrò verbū collocat, vel ſimplex, vel æquiuocū. Simplex: Vt, Eū tu hominē appellas, qui ſi fuiſſet homo, nunq̃ tā crudeliter hominis vitā petiſſet. Æquiuocè: vt, Cur id tā ſtudioſè curas, quod tibi multas dabit curas? Hæc concinna eſt.

Contentio, quum ex contrarijs rebus oratio conficitur. Vt, In re frigidiſſima cales, in feruētiſſima friges, Hæc grauis eſt, & ornata.

Exclamatio, quæ cōficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut loci, aut rei cuiuſpiam cōpellationem. Vt, O perfidioſæ Fregellæ, q̃ facilè ſcelere veſtro cōtabuiſtis? Hæc cōgrua ſi rara, irritat.

Interrogatio, quę quū enumerata ſunt ea, quę obſunt cauſæ aduerſariorū, cōfirmat ſuperiorē orōnē. Vt, Aliquē exorari oportuit, q iſta ꝓhiberet, ac fieri nō ſineret, an nō?

Ratiocinatio, per quam ipſi à nobis rationem poſcimus, quare quicq; dicamus, & crebrò à nobis petimus, & reddimus vniuſcuiuſq; propoſitiōis explanationem. Hæc ſermoni accōmodata attētionē cū venuſtate captat.

Sentētia, eſt oratio ſumpta de vita, quę aut qd ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtēdit. Vt, Liber is eſt exiſtimādus, qui nulli turpitudini inſeruit. Eſtq; ſimplex, vel duplex, vel cū rōne. Hæc grauis eſt, & ornata, ſi rara.

Contrarium, quod ex duabus rebus diuerſis alterā breuiter, & facilè confirmat. Vt, Nam qui ſuis rebus inimicus fuerit ſemper, eum quomodo alienis re

bus amicum fore ſperes. Hæc firmiter comprobat.

Membrum, eſt res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Vt, Et inimico proderas, & amicum lædebas, & tibiipſi non conſulebas.

Articulus, quum ſingula verba interuallis diſtinguũtur cæſa oratione. Vt, Acrimonia, voce, vultu, aduerſarios perterruiſti. Hæc acris eſt.

Continuatio, denſa, & continuans frequentatio verborũ cũ abſolutione ſententiarũ. Et fit in Sententia, Cõtrario, Concluſione. In ſententia: vt, Ei non multùm fortuna poteſt obeſſe, qui ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocauit.

Cõpar, quod habet in ſe membra orationis, de quib⁹ antè diximus, cõſtantia ex pari ferè numero ſyllabarum. Vt, In prælio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias cõparabat: hæc omnia graues caſus adminiſtrabãt.

Similiter cadens, quum in eadem conſtructione verborum duo, aut plura ſunt verba, quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. Vt, Hominem laudas, egẽtem virtutis, abundantem felicitatis.

Similiter deſinens, quum tametſi caſus nõ inſunt verbis, tamen ſimiles exitus ſunt. Vt, Turpiter audes facere, nequiter ſtudes dicere, viuis inuidioſè, delinquis ſtudioſè, loqueris odioſè.

Annominatio, eſt quum ad idem verbum, & nomen acceditur cõmutatione vocũ, vel additione vnius vel literæ, vel ſyllabæ, aut pluriũ, aut ad res diſſimiles ſimilia verba accommodantur. Et fit pluribus modis: Attenuatione, aut complexione eiuſdem literæ. Vt, Hic venit ad te, antequàm Romam venit.

Productione. Vt, Hunc auiũ dulcedo ducit ad auiũ. Breuitate. Vt, Hic non tam curiã diligit, quàm curã. Addendis literis. Vt, Hic ſibi poſſet temperare, niſi amori mallet obtemperare. Demendis. Vt, Si lenones vitaſſet, tanq̃ leones. Tranſferendis. Vt, Vanus, nauus. Commutãdis. Vt, Diligere, deligere. Reliqua genera Annomi-

nationum tria ſunt. Primum tale: Quid veniã, qui ſim, quare veniã, quem inſimulem, cui profim; quem poſtu-lem, breui cognoſcetis. Alterũ tale: Videamus ne omni-no patres cõſcripti, circunſcripti putentur. Tertiũ genus fit in caſuum eiuſdem nominis cõmutatione: Vt, Alexã-der vicit, Alexandri interfuit, Alexãdro placuit, Alexan-drum docuit, Alexãdro gaudebant. Vel diuerſorum, vt Tyber. Gracchus. C. Gracchi. Norbano. Saturninũ. O Druſe. Sulpitio. Hæc feſtiua, & varietate delectat.

Subiectio, quũ interrogamus aduerſarios, aut ipſi à nobis quærimus quid ab illis, aut quid contra nos dici poſſit. Deinde ſubijcimus id, quod oportet dici, aut non oportet, aut nobis adiumento futurũ ſit, aut illis offutu-rum. Vt, quæro igitur vnde iſte tã pecunioſus ſit factus: Amplũ patrimonium relictũ eſt, non. At patris bona ve-nierunt; hæreditas ab aliquo obuenit: non põt dici, ſed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt. Præmium aliquod ex lite, aut ex iudicio cepit: non modò id nõ fe-cit, ſed etiã inſuper grandi ſponſione victus eſt. Ergo ſi ita nõ eſt locupletatus, aut iſti domi naſcitur aurum, aut vnde pecunias accepit, nõ eſt licitum. Hac, quæ acrimo-niam habet, & grauitatem, certũq́ indicat rei finem con-firmando, & confutando, in graui genere vtimur.

Gradatio, in qua non antè ad conſequens verbũ de-ſcenditur, quàm ad ſuperius ſit aſcenſum. Vt, Quod libet licet; quod licet poſſunt, quod poſſunt audent, quod au-dent faciunt, quod faciunt, vobis moleſtum non eſt.

Definitio, quæ rei alicuius proprias amplectitur po-teſtates breuiter, & abſolutè. Vt, Auaritia, eſt iniurioſa ap-petitio alienorum.

Tranſitio, quæ oſtendit breuiter quid dictum ſit: pro-ponit item breui quid conſequatur. Vt, Mea in iſtum be-neficia diximus, nunc quã mihi gratiam retulerit, accipi-te. Hæc commouet, & præparat auditorem.

Correptio, quæ tollit id, quod dictum eſt, & pro eo id, quod magis idoneum eſt, reponit. Vt, Quid ſi iſte ho-ſpites rogaſſet, immo inuiſſet?

Occupatio,quũ dicimus nos prętérire,aut neſcire,aut nolle dicere id,quod maxime nunc dicimus.Vt, Nō dico te à ſocijs pecuniam accepiſſe.

Diſiũctio,quũ eorũ,de qb⁹dicim⁹,aut vtrũq̧,autvnũ quodq̧ certo cōcludit̃ verbo.Vt,Numātiā deleuit,Charthaginem ſuſtulit,Corinthũ deiecit,Fregellas euertit.

Coniunctio,quũ interpoſitione verbi,& ſuperiores partes orationis cōprehenduntur,&inferiores.Vt, Formæ dignitas aut morbo defloreſcit,aut vetuſtate.

Adiũctio,quũ verbũ,quo res cōprehēdit̃,nō interponim⁹,ſed aut primũ,aut poſtremũ collocamus.Vt,Defloreſcit formæ dignitas aut morbo,aut vetuſtate.

Conduplicatio,quũ ratione amplificationis,aut commiſerationis,eiuſdem vnius, aut plurium verborũ iteratio fit.Vt,Tumultus C. Gracchi, tumultus domeſticos, & inteſtinos cōparat.Commotus non es,quũ tibi pedes mater amplexaretur,non es commotus.

Interpretatio,quæ nō iterās idē reintegrat verbũ, ſed id cōmutat,qđ poſitũ eſt,alioverbo,qđ idē valet.Vt,Patrem nefarie verberaſti,parenti manus ſcelerate inieciſti.

Coniunctio,quum duæ ſententię inter ſe diſcrepātes ex traiectione ita efferuntur, vt à priore poſterior cōtraria priori proficiſcatur.Vt hoc modo,Eſſe oportet vt viuas,non viuere vt edas.

Permiſſio, quũ oſtendimus dicendo nos aliquā rem totam tradere,& cōcedere alicuius voluntati.Sic,Quod mihi reliquũ eſt,veſtræ cōdono poteſtati.Vos me veſtro pacto vtamini.Imponite in me quicquid libet, ſtatuite, dicite,obtemperabo.Hac ad miſericordiam commouēdam maxime in concluſione vtimur.

Dubitatio,quũ quærere videtur orator,vtrũ de duobus potius,aut quid de pluribus potiſſimũ dicat.Vt,Offuit mihi conſilium tuum,ſiue ſtultitiā, ſiue malitiam dicere oportet,ſiue vtrunq̧.

Epeditio,quum rationibus compluribus connumeratis,quibus aliquid fieri,aut nō fieri potuerit,cæterę tollunt̃,vna relinquitur,quam nos intendimus.Vt,Neceſſe

eſt,quum cōſtet ipſum fundū noſtrum fuiſſe, oſtendas te aut vacuum poſſediſſe, aut vſu tuū feciſſe,aut emiſſe,aut hæreditate tibi eueniſſe:vacuum,quū ego adeſſem, poſſidere non potuiſti:tuum etiā nunc vſu feciſſe non potes: emptio nulla profertur: hæreditate tibi, me viuo, pecunia mea emptus venire non potuit.Relinquitur ergo,vt me vi fundo deieceris. Hæc in coniecturali argumentatione valet.

Diſſolutio,quæ coniunctionibus verborum è medio ſublatis,ſeparatis partibus effertur.Vt,Gere morem parenti,pare cognatis,obſequere amicis, obtempera legibus.Hæc acrimoniam habet.

Præciſio,quum dictis quibuſdam,reliquū qđ cœptū eſt dici,inchoatū relinquit audiētiū iudicio.Vt, Ppls Romanus me,nolo dicere,te aūt ignominia dignū putauit.

Concluſio,quæ breui argumentatione ex his,quę antè dicta ſunt,aut facta, conficit qđ neceſſariò conſequat: hoc modo: Quòd Troia ſine Philoctetę ſagittis capi nō poterat,hę aūt nihil aliud fecerunt,niſi quòd Alexandrū pculerūt.Hūc extinguere,id nimirùm capi fuit Troiam.

Nominatio,quæ nos admonet,vt cui rei nomen aut non ſit,aut non ſatis idoneū ſit,eam noſmet idoneo verbo nominemus,aut imitationis,aut ſignificationis cauſa:vt,rudere,vagire,ſibilare,& fragor ciuitatis.

Pronominatio,quæ ſicut cognomine quodam extraneo demonſtrat id,quod ſuo nomine non poteſt appellari:vt ſiquis de Gracchis loquens,At nō Aphricani nepotes iſtius modi fuerint,inquiat.

Denominatio, quæ à rebus propinquis, & finitimis rahit orationem,qua poſſit intelligi res,quę ſuo vocabutlo non ſit appellata: vt Liber pro vino:Ceres pro pane. Hæc fit denominādo inuentum ab inuentore:inuentorem ab inuento: dominum ab inſtrumento:id quod fit, ab eo quod facit: id quod facit,ab eo quod fit: contentum à continente:continens à contento.

Circūitio,quę rem ſimpliciter aſſumptā circūſcribit elocutione,Vt,Scipionis prudētia Chartaginis opes fregit.

Tranſgreſſio,quæ verborum perturbat ordinem per uerſione,aut traiectione.Vt,Hæc vobis deos immortales arbitror dediſſe pietate pro veſtra.&,Inſtabilis in iſtū plurimùm fortuna valuit.

Superlatio,eſt oratio ſuperans veritatem alicuius rei, augēdi, minuendiúe cauſa. Hæc ſumitur aut ſeparatim: vt,Imperij magnitudinē ſolis ortu, atq; occaſu metietur. aut cum comparatione,ſiue per ſimilitudinē: vt, niueus candor:ſiue per præſtantiam:vt,ex eius ore ſermo melle dulcior profluebat.

Intellectio, quum res tota parua de parte cognoſcit, aut de toto pars:de vno plura,aut de pluribus vnum.

Tranſlatio,quum verbū in quandā rem transfertur ex alia re,quę propter ſimilitudinem rectè videtur poſſe trāſferri:vt,Hic Italiā tumultus expergefecit. &, Quis eius ſaturabit crudelitatē?Ea vtimur cauſa rei ante oculos ponendę:aut breuitatis,aut obſcœnitatis vitandę:aut adaugendi,aut minuendi,aut ornandi.

Permutatio,eſt oratio aliud verbis, aliud ſentētia demonſtrans.Vt, Si canes fungentur officio luporum, cuinam præſidio pecuaria trademus?Ea fit ſimilitudine, argumento,contrario,cauſa laudis,vel vituperationis.

De exornationibus ſententiarū. Titu. XXVII.

Sentētiarum exornatiões.

IN exornationibus rerum hæc vitia vitāda ſunt,Stultum,Contrarium,Superuacuum.Sunt autem hæc.

¶ Diſtributio,cùm in plures res,aut perſonas negocia, quædam certa diſpertiuntur.

Licentia,quū apud eos, quos aut vereri,aut metuere debemus,tamen aliquid pro iure noſtro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligūt, quū in aliquo errato verè reprehendi poſſe videantur.Ea fit per acrimoniam cū mitigatione,quæ fit obiurgando aliquē, vt ipſe ſe cupit obiurgari,:ſimulando nos timere ne diſpliceat obiurgandi modus,quem ſcimus placiturum.

Diminutio eſt, cùm aliquid ineſſe nobis, aut in his, quos defendimus,aut fortuna, aut natura, aut induſtria

dicemus

dicemus egregium:quod,ne ſignificetur arrogans oſtentatio,diminuitur,& attenuatur oratione.

Deſcriptio,quæ rerum conſequentium continet perſpicuam,&,dilucidam cum grauitate expoſitionem.

Diuiſio, quæ rem ſemouens à re,vtrāq; abſoluit ratione ſubiecta.

Frequentatio,quū res in tota cauſa diſperſæ cogūtur locum in vnum,quò grauior,aut acrior,aut criminoſior oratio ſit.

Expolitio,quū in eodem loco manemꝰ, & aliud,atq; aliud dicere videmur.Et fit dupliciter. Eandem rem cōmutando,& de eadē re interponendo exornationes.Cōmutando,in verbis,in pronunciando,in tractando.Tractando autem per ſermocinationem,& exuſcitationem.

Exornationes interponendæ ſunt hæ: Sententia ſimplex cum ratione,& ſine ea. Sententia duplex ſine ratione,& cum ea.Cōtrarium,Similitudo,Exēplū, Cōcluſio.

Cōmoratio,quū in vno loco firmiſſimo,quo tota cauſa cōtinet̃,manetur diutius,& eodē ſæpius reditur.

Contentio,per quam contraria referuntur.

Similitudo,eſt oratio traducens ad rē quāpiā aliqd ex re diſpari.Ea ſumitur cauſa ornandi per contrarium,Probandi per negationē, Apertius dicendi per breuitatem, Rem ante oculos ponendi per collationem.

Exemplum,eſt alicuius dicti,aut facti præteriti cū certi autoris nomine propoſitio.Sumitur iiſdem de cauſis, quibus & ſimilitudo.

Imago,eſt formę cū forma quadam ſimilitudine collatio.Hæc ſumitur cauſa laudis,aut vituperationis, adducendo aduerſarios in odiū,in inuidiam,in contemptum.

Effictio,quū exprimitur,atq; effingit̃ verbis corporis cuiuſpiam forma,quoad ſatis ſit ad intelligendum.

Notatio,quū alicuius natura certis deſcribit̃ ſignis,quę, ſicuti notæ quædam naturę,ſunt attributa.

Sermocinatio,quum alicui perſonę ſermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

Cōfirmatio,cùm aliqua,quæ nō adeſt,pſona cōfingit̃

quaſi adſit; aut quũ res muta fit eloquens, aut quum res informis formata, & ei attribuitur oratio ad indignitatẽ accommodata, aut actio quædam.

Significatio, quæ plus in ſuſpitione relinquit, quàm poſitũ eſt in oratione. Eaq́ fit per exuperationem, ambiguum, cõſequentiã, abſciſſionem, & ſimilitudinem.

Breuitas, eſt res ipſis tãmõ vbis neceſſarijs expedita.

Demonſtratio, quum ita res verbis exprimitur, vt geri negotium, & res ante oculos eſſe videatur. Id fiet, ſi cõprehendem⁹ quę facta erũt antè, & pòſt in ipſa re, & ſi nõ recedemus à verbis conſequẽtibus, & circumſtantibus.

De conſtitutione. Titu. XXVIII.

QVum ea quæ ad partes orationis, & ad ipſam elocutionem attinent ſatis planè, & enucleatè perſtrinxerim, perlibenter hîc conquieſcerem, niſi vererer, ne illorũ, quę ad cõfirmandũ, & cõfutandũ ſunt neceſſaria, ſummariã à nobis rationem exigeres. Incidit enim ſæpe, vt ſic in epiſtola, vt in foro aliquid oppugnemus, aut defendam⁹, tanq̃ in cõcione laudes, aut infamiã demõſtrem⁹, cõſultemusq́, & ſuadeam⁹, vt in ſenatu. Quare de his omnib⁹, & de ꝓnũciatione, de memoria, ſic quędam attingere ſtatui, vt quum ad Cice. Fabiumq́ perueneris, planè hoſpes non videaris.

De partibus conſtitutionum. Ti. XXIX.

Conſtitutionis partes. EX tribus igitur illis, quas dixim⁹, cõſtitutionib⁹ naſcitur iudicatio, ad quã hinc, & illinc totã ſe oratio diriget. Ea in legitima, & iudiciali reperit̃: ex ratiõe, à parte rei: firmamento, à pte actoris. Ratio: occidi, quia ille patrem meum occiderat. Firmamentũ: at non debuit à te occidi. Iudicatio, an iure occiderit. In coniecturali rẽ petitur ex intentione criminis: vt, occidiſti hominẽ: & inficiatione: vt, non occidi. Iudicatio erit, occiderit 'ne.

Conſtitutio legitima. Legitima cõſtitutio in ſex partes diuidit̃. In ſcriptum, & ſententiã: quũ hæc inter ſe, aut ipſorũ alterũ à ſcriptoris voluntate videntur diſſentire. In contrarias leges: quũ alia iubet, aut permittit, alia vetat. In ambiguum; quum

ſcriptum duas, vel plures ſententias ſignificat. In definitionem: quum controuerſia eſt, quo nomine factum appelletur. In ratiocinationem: quum res ſine propria lege venit in iudiciũ, & ab alijs legib⁹ ſimilitudinẽ aucupatꝛ.

Conſtitutio iudicialis.

Iudicialis duplex eſt: Abſoluta, in qua ineſt firma defenſio. Et aſſumptiua, quæ aſſumpta extranea re comprobatur.

In abſoluta iuris partes cõſyderanꝛ: quæ ſunt, natura, lex, cõſuetudo, iudicatũ, æquum, & bonum pactum.

Hęc, & ſuperiora capita magno ingenio, & arte tractanda ſunt, quę aliq̃n ẽ libris rhetorũ lati⁹ diſces. In legitima enim pro ſcripto vrgendus eſt aduerſarius. Interrogatione, ſciret ſcriptũ: Collatione ſcripti, Facti irriſione, Informatione ſm iuris partes, Aſſertiõe noſtra probabili. Exẽplis, & loco communi in eũ, qui contra ſcriptũ fecerit, & quærat facti defenſionem: at pro ſententia ſcripti cõmoditas, breuitaſq; laudanda. Accuſandus calumniator verba, & literas ſequentis, nec quod ſcrptũ eſt fieri poſſe, & contra voluntatem ſcriptoris. Improbanda alia ſentẽtia, quæ non congruat. Exempla ſimilia pro ſententia contra ſcriptum ſunt afferenda. Locus cõmunis erit contra recitantem ſcriptum, non conſyderata voluntate ſcriptoris. In contrarijs ſcriptis videndum eſt, nunquid eis abrogatum, derogatumúe ſit. Inde an omnino, an in parte diſſentiant: tunc recitandũ, interpretandũq; eſt vtrũq; ad noſtram vtilitatem à partibus iuris.

In ambiguo, an ambiguũ ſit quæremus, quòd ſi eſſet, vera ſententia non eliceretur: ſed quũ eruatur, & iuſta nõ eſſet, ambiguum concludemus.

In definitione, apta cauſæ, & breui deſcriptione vtemur. Inde factum conferemus, tum contraria ratio vt falſa, inutilis, inepta, iniuſtaq; refelletur. Locus communis erit contra accuſantem, aut petentem, nec modo, nec loco, nec tempore congruo.

In ratiocinatione, ſimiliter, aut diſſimiliter, ſcripta, iudicataq; comparabimus: deinde caſu, an voluntate nihil de ea re ſcriptum ſit, conferemus.

Aſſumptiuæ partes ſunt quatuor: conceſſio criminis, remotio eius, tranſlatio, & comparatio.

Conceſſio Cōceſſio diuiditur in purgationem, & deprecationē.

Purgatio Purgatio in prudentiam, fortunam, neceſſitatem. Deprecatio erit, ſi æqua cauſa nobis ignoſci poſtulabimus. In remotione confertur crimen in rem, in hominē. In tranſlatione, confertur in aliorum peccata.

Comparatio Cōparatione vtemur, ſi dixerimus alterutrum facere neceſſe fuiſſe, quod fecimus fuiſſe ſatius.

Coniecturalis rationis partes ſex. Coniecturalis ratio in ſex partes diſtribuitur: probabile, collationem, ſignū, argumentum, conſecutionem, & approbationē. Probabile diuidit̄ in cauſam facti, & vitā ei⁹, q̄ feciſſe dicit̄. Cauſa colligit̄ ex ſpe cōmodorū, & vitatiōe incōmodorū. Cauſæ, vel rectę ſunt ex veris, & bonis: vel prauę ex falſis opinionib⁹, & peſſimis affectib⁹: vt ira, odiū, inuidia, cupiditas, ſpes, ambit⁹, audacia, metus. Item fortuna, ebrietas, ignorantia. In vita ſpectatur peccandi conſuetudo, & animi corruptio. Ad hunc locū faciunt attributa perſonis, vt nomen, natura, virtus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. Naturæ ſunt ſexus, natio, patria, cognatio, ætas, cōmoda, & incommoda à natura data.

Collatio diſtinguitur in comparationem rei cum alijs hominibus, & rationum cum rationibus.

Signi ſex partes ſunt, locus, tempus, ſpacium, occaſio, ſpes perficiendi, ſpes celandi.

Locus cōſyderādus an celebris, an deſertus: ſacer, an ꝓphan⁹: publicus, an priuat⁹, vel cōis. Qui loci attingāt.

Tempus cōſyderatur, qua parte anni: die, an noctu: & quota hora.

Spacium ſatis'ne fuerit ad rem perficiendā, ſcierit'ne reus ſat ſe ſpacij habiturum.

Occaſio, idonea'ne fuerit ad rem adoriendam, an alia melior, aut præterita, aut non expectata.

Spes perficiēdi colligitur, ſi ſigna ſuperiora cōcurrent, ſi facultas agētis, & cōſiliū, ſi læſi debilitas demōſtrabit̄.

Spes celandi comprehenditur ex conſciorū qualitate,

& ex adiutoribus.

Argumentum diuiditur in præteritum, ante rem geſtam: nunquid parauerit, egerit, dixeritúe. Inſtans, dum res fieret, nunquid ad aliquorum ſenſus peruenerit. Conſequens, quid poſteà factum, dictumúe. Quod iudicium apparuerit, repertumúe fuerit.

Conſecutio colligitur ex rubore, pallore, titubatione, pollicitatione, & reliquis corruptæ conſcientiæ ſignis.

Approbatio, quæ fit confirmata ſuſpitione, habet locos proprios, qui ſunt ſolius accuſatoris, vel defenſoris. Locos communes, quibus vterq; vti poteſt. Loci communes.

Communes loci ſumuntur à teſtibus, cõtra teſtes, quorum vita, autoritas, & teſtimoniorũ conſtantia eſt aduertenda: à quæſtionibus, & contra: ab argumẽto, & cõtra.

De argumentationibus.

Supereſt vt dicamus de argumentationibus, quæ aut neceſſariæ, aut probabiles ſunt. Neceſſariæ fiunt per cõplexionem, concluſionem. Concluſio, aut ſimplex, aut neceſſaria. Simplex, in qua vtrũ conceſſeris reprehendit: vt, ſi improbus eſt, cur vteris? Si probus, cur accuſas? Neceſſaria: vt, aut te viuere, aut mortuũ cõcedas neceſſe eſt. Enumeratio

Enumeratio eſt, quum multis rebus excluſis vna reliqua confirmatur: aut omnibus rebus excluſis, contrariũ cõcluditur. Hæc inter exornationes Expeditio dicitur.

Concluſio neceſſaria conſecutione conficitur: vt, Si ego aberam: cædi intereſſe non potui. Eodem inter exornationes nomine appellatur. Concluſio.

Probabiles fiunt per ſigna credibilia, iudicata, comparabilia.

Signa colligunt añ negotiũ, in negotio, poſt negotiũ.

Credibilia faciũt, quæ ſolent fieri, & attributa perſonis.

Iudicata aũt ſunt religioſa, aut cõia, aut approbata.

Comparabilia conſtant ex imagine, collatione, & exemplo.

Præterea omnis argumentatio aut tractatur per inductionem, aut per ratiocinationem.

Inductio Inductio fit ex ſimilibus,diſſimilibus,contrarijs,habetq́ partes tres.Prima conſtat ex vno, pluribuſúe ſimilibus: altera ex eo,qđ cõcedi voluimus, tertia ex concluſione.

Aduertendũ eſt,vt ſimilitudines ſint veræ, vt quorſum tendant non aduertat auditor, vt id quò tendit inductio,inductis cõueniat:id aũt quò tendit aut tacebit̃, aut negabitur,aut cõcedetur.Si tacebt̃,elicienda reſponſio,aut concludendũ,acſi conceſſum eſſet. Si negabitur, argumentandũ eſt à præcedentiũ ſimilitudine, vel à noua inductione:vt,In regendis nauibus quis legit̃ gubernator,non'ne qui arte excellit? In adminiſtranda repub. non'ne moderãdi peritus? Igitur non'ne iudicio potius, quàm ſorte deligendus eſt princeps?

Ratiocinatio. Ratiocinatio conſtat ex quinq; partibus, ſed quandoq; ſecundã,& duas vltimas relinquimus:& eſt enthymema.i.ſyllogiſmus imperfectus,quod vult nõ verbis, ſed intellectu cõprehendi. Syllogiſmus eſt,Solùm bonũ virtus,nã id demũ bonum eſt,quo nemo malus vti poteſt, bonum eſt ergo virtus.Enthymema, bonum eſt virtus, qua nemo vti malus põt.Quandoq; ſecundã, & quartã, & eſt breuiſſima ratiocinatio,ſiue epicherema, quod ſic differt à ſyllogiſmo,quòd ille plures ſpecies habet,& vera colligit ex veris.Epicherema verò circa credibilia verſatur frequentius,Sunt aũt illi partes, expoſitio, expoſitionis confirmatio, aſſumptio, aſſumptionis confirmatio,complexio.

Argumentationis probabilis huic ferè ſimiles partes ſunt,propoſitio,ratio,rationis cõfirmatio, exornatio, & complexio.Interdum vel complexionem, vel exornationem ſubtrahimus,vel vtramq;.

Vitioſarũ argumentationũ duo ſunt genera. Vnũ manifeſtè vitioſum,quod cõfutare nõ expedit:alterũ in quo vitiũ magis latet,qđ cõfutatiõe indiget,vt vitiũ detegat̃.

Ex cognitiõe vitioſarũ argumentationũ vitamus vitiũ in oratione noſtra, & reprehendimus in aduerſarijs.

Vitia propoſitionis ſunt attribuere vniuerſo, quod eius ineſt parti,negare quod rarò accidit poſſe fieri, non

plenè diui dere,falſò numerare,aut quum plura ſint, aut
pauciora,longè repetere.

Vitioſa ratio eſt,aut,quæ infirma,aut quæ vana eſt.

Vitiant rationis confirmationem abuſio ſigni ad vnã
rem,quod plura põt ſignificare,ſi quod intendit cõmu-
ne eſſe oſtendit,ſi detentio ſit vulgaris, aut turpis, ſi pro
certo quod eſt in cõtrouerſia ſumitur,ſi probatio ſera ſit,
ſi leuis,aut tarda defenſio, ſi ſuſpitio inducatur, ſi malè
definiatur,ſi quid per incerta probet,ſi controuerſiã con
trouerſia ſolueris,ſi lentius locũ,in quo eſt controuerſia,
expedieris,ſi inconſtans fueris,ſi auditorem offenderis,
ſi promiſſa non confirmaueris,ſi à re tua aliò te tranſtule
ris,ſi nõ obiecta purgaueris,ſi quos ab honeſta arte dam
naueris,ſi fruſtra amplificãdo nil indices, ſi negligens in
diſcutiendis comparationibus fueris,& vanam de no-
mine controuerſiam feceris.

Confirma-
tionem ratio
nis vitiantia.

Exornatio cõſtat ex ſimilibus,exemplis,amplificatio
nibus,rebus iudicatis.

Simile vitioſum eſt falſum, improbũ, nocens afferẽd.

Exemplum vitioſum eſt falſum,improbum maius,&
minus,quàm res poſtulat.

Amplificatio vitioſa eſt probãdo certa, & manifeſta,
& amplificando nondum probata.

Iudicatũ vitioſum eſt diſſimile de re non dubia,Im-
probum,Debile.Solitarium,& Rarum.

Vitioſa complexio eſt inordinata,longa.deficiens.

Ciceronianũ illud hoc loco nõ prætermittã, omnẽ pro
bationem,& repulſionẽ aut extrinſecus, aut intrinſecus
ſumi à finitione,participatione, attingẽtibus, cõiunctis,
genere,parte,ſimilitudine,diſſimilitudine,cõtrario,cõſe-
quentibus,cõſentaneis, præcurrentibus, & repugnanti-
bus,cauſis rerum,ortis à cauſis,maiore,minore,pari.

De genere deliberatiuo.

Deliberationũ genera, in quibus ſuademus,aut diſ-
ſuademus,duo ſunt.

Vnũ,vtrum potius.Alterũ,quid potiſſimũ faciendũ.

Deliberatio-
num genera
duo.

Res in deliberationem veniunt aut propter ſe, aut propter cauſam externam.

Vtilitas ad quam omnis deliberatio tendit, diuiditur in tutam,& honeſtam.

Tuta res diuiditur in vim,& conſilium,ſiue dolum. Vis decernitur per exercitus,claſſes,arma,tormenta,& reuocationes hominum.

Conſilium conſumitur in pecuniã, pollicitationẽ, fictionem,maturationem,diſſimulationem,& ſimilia,quæ ad rem militarẽ, & reipublicæ gubernationẽ attinẽt.

Honeſta vtilitas diſtinguiẽ in rectum,& laudabile. Recti partes ſunt prudẽtia,iuſtitia,fortitudo,temperantia.

Prudentiæ partes ſunt,memoria,intelligentia, prouidẽtia.

Iuſtitiæ ſunt,religio,pietas,gratia,vindicatio, obſeruantia,veritas,pactum, par,& iudicatum: quæ tria conſuetudinis ſunt.

Fortitudinis partes ſunt,magnificentia,patientia, fidentia,perſeuerantia.

Temperantiæ partes,continentia,clementia,modeſtia.

Laudabile diuidiẽ in laudẽ præſentẽ,& laudẽ ſequẽtem.

In confirmatione,& confutatione ſumentur loci à tuto, & contra rationes tuti.

Ab honeſto,& deflexione honeſti ad vitiũ. Reliquę partes à iudiciali ferẽ nõ differũt. Diuiſionẽ à tuto,& honeſto deductã ſimplicem: aut ſi inciderit, ad ſummum quadruplicem faciemus. Locos etiã inde ſumemus, & in cõcluſione vtemur exemplis compluribus.

De genere demonſtratiuo.

Demonſtratiui generis diuiſio.

¶Demonſtratiuũ genus in laudem, & vituperationem diuiditur. Hæc duo ſumũtur à rebus animi,à rebus corporis,& à rebus externis.

Res animi ſunt,virtus, & vitium: vt prudentia, iuſtitia,fortitudo,temperantia: & his contraria.

Res corporis ſunt,commoda,& incommoda à natura corpori data: vt velocitas,vires,dignitas,valetudo: & his contraria.

Res externæ ſunt, proſpera, & aduerſa, gen⁹, educatio, diuitiæ, poteſtas, gloria, ciuitas, amicitia: & contraria.

In demonſtranda vita is ordo eſt adhibendus, vt hæc diuerſa quadam ſerie cōmiſcentes, vel in laudē, vel in vitiū deflectamus. Sed in vituperando, laudes, ſi quæ ſunt inſitę, tacebuntur, aut maculabuntur. In laudādo, de inſitis vitijs nihil dicetur: & ſomnia, vaticinia, auguria, indolem, diſciplinas, patriam, nomen, & cætera perſonis attributa non reticebimus.

Item cognatos, agnatos, familiam, ætatem, mortem, inferias, & ludos dicemus.

In deorū laudibus & illa omnia, ſi erit vſui, explicabimus, & maieſtatem venerati, inuenta, cultores, & miracula proferemus. Vrbes, & ædificia ab antiquitate, ab autoribus, à forma, à ſitu, à deis, ſub quorū tutela ſunt, à cœlo, ab vbertate, frequentia, pace, bellis, fide, & reliquis dotibus. Multas alias res etiam à ſimilibus, ab origine, ab inuentoribus, ab vſu, fructu, vigore, & his quib⁹ chara fuere, laudabimus.

Partes orationis hoc in genere non ferè aliter, quàm in ſuperioribus tractantur. In exordio tñ eſt aptè captanda beneuolentia, & aut officio, aut ſtudio, aut neceſſitudine, aut virtutis eius admiratione, aut merito, aut publica vtilitate, aut laceſſiti, aut indicādi animi gratia, nos moueri dicamus: vereriq́ ne illius facta oīm eloquentiam ſuperantia, & digna ab omnibus prædicari, verbis conſequi valeamus. Item apud auditores nō ignaros, monendi cauſa, nos pauca dicturos. Apud ignaros, vt velint cognoſcere flagitabim⁹, quia ſimiles, qa abhorreāt, qa imitari, qa vitare hominē poſſint. Adhęc à reb⁹ ipſis, dicemus in tanta copia quid potiſſimū laudemus dubitare, & nequum multa dixerimus, plurima præteriuerimus. In explicatione rerum crebras, & breues amplificationes interponemus per locos communes. Concluſione breui, & per enumerationem vtemur.

De pronunciatione.

Pronũciatio aīs quæ ſint. ¶Pronunciatio, cui in toto ope oratorio Demoſthenes palmā dedit, diuidit̃ in vocis figurā, & corporis motū. In vocis figura cōſyderat̃ magnitudo, firmitudo, mollitudo.

Magnitudinem expetimus à natura, augetur tamen, & conſeruatur curatione.

Ad firmitudinem, & ſuauitatem hæc ſunt ſeruanda, Depreſſa vox principio: Longorū vſus interuallorum: Vocis commutatio: Acutæ exclamationis vitatio, & continens frequentiam in fine. Mollitudo vocis diuiditur in, ſermonem, hoc eſt demiſſam, & lenem orationē. Contentionem. i. orationem acrem, & vehementem. Amplificationem, quæ ad iram, & indignationem inducit. Sermo diſtinguit̃ in dignitatē, demonſtrationem, narrationē, iocationē. Cōtentio in cōtinuationē, & diſtributionem. Amplificatio in cohortationē, & quæſtionē. Quū ſermo eſt in dignitate, pronunciandū plenis faucibus, voce ſedatiſſima. Quū in demōſtratione, voce paululū attenuata, crebris interuallis, & diuiſionibus. Quū in narratione, celeriter, tardè, acriter, clementer, mœſtè, hilariter, pro narrandorū varietate. Quū ſermo eſt in iocatione, voce tremebūda, cū parua ſignificatiōe riſus, ſine ſuſpitione nimiæ cachinnationis. Quū cōtentio eſt in cōtinuatione, vtemur mediocriter adaucto ſono vocis, cōmutatione, celeritate. Si eſt in diſtributione, vtemur voce ab imis faucibus, exclamatione quàm clariſſima, interuallis. In amplificatione per cohortationem pronūciabimus voce attenuatiſſima, clamore leni, ſono æquabili, cōmutationibus crebris, maxima celeritate.

In amplificatione per conqueſtionem vtemur voce depreſſa, inclinato ſono, crebris interuallis, lōgis ſpacijs, magnis commutationibus.

Motus corporis eſt, moderatio vultus, & geſtus. In vultu oportet ineſſe pudorem, & acrimoniā. In geſtu vitare oportet deformē turpitudinē, & mollem venuſtatē.

Si ſermo erit in dignitate, in narratione vtemur leui dextræ motu, hilaritate, triſtitia, mediocritate vultus ad ſententias ſermonis accommodata.

Si erit in demonſtratione, parua extenſione capitis ad auditores.

Si in iocatione, hilaritate vultus ſine commutatione geſtus. Si contendemus per cõtinuationem, vtemur brachio celeri, mobili vultu, acri aſpectu.

Si contendimus per diſtributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara ſupploſione: acri, & defixo aſpectu.

Si amplificatio fiet per cohortationem, vtemur tardo, & conſyderato geſtu, acri aſpectu, mobili vultu, moderata brachij celeritate.

Si amplificatio fiet per conqueſtionem, vtemur fœmineo plangore, capitis ictu nonnunq̃ ſedato, conſtanti geſtu, mœſto, & turbato vultu.

Aduertendum eſt preterea vt caput, ſupercilia, oculi, labra, collum, digiti, humeri, pedes, veſtis, & cultus omnis ſuum decorem ſentent.

Vox nõ vrgeat vltra vires, ne in volubilitatẽ, tarditatemúe nimiã incidas. Prõptũq; ſit os, nõ præceps, moderatũ, nõ lentũ. Cœptur⁹ leniter ſurgat, & breui mora amictu compoſito cogitet: auditũ enĩ audituri cura delectat, & auditur⁹ ſe ipſe cõponit. Caueat puer, qui aliquid dat comœdo, vt pręcepit Fabius, fœmineę vocis exilitate frã gi, aut ſeniliter tremere, nec vitia ebrietatis effingat, nec ſeruili vernilitate imbuat, nec amoris, nec auaritiæ, nec metus diſcat affectũ, quæ neq; ſunt oratori neceſſaria, & mentem præcipuè in ætate prima tenerã adhuc, & rudẽ inficiunt. Nam frequens imitatio tranſit in mores.

De memoria.

Memoria, quę eſt firma animi rerũ, verborũ, & diſpoſitionis perceptio, duplex eſt: naturalis, & artificialis. Ad naturalẽ, quæ excolendo augetur, cõfert valetudo, digeſt⁹ cibus, liber cogitationibus animus, ſed exercitatio, & labor in primis: confert etiã diuiſio, & cõpoſitio rerum ediſcendarũ. Ediſcendũ eſt aũt tacitẽ, ſi nõ ſubeant alię cogitationes: ſi verò ſubeãt, murmure extinguendæ. Tentans

Memoria duplex.

daq;,& experiẽda ſæpe memoria eſt,& pauca primũ ediſcenda.Inde aliquid, & difficilus, quotidie adijciẽdum. Si memoria natura ſit durior,vis,ordoq; rerum eſt complectendus.Artificialis conſtat ex locis, & imaginibus. In locis hæc ſeruanda.Multitudo eorum,ordo, egregia meditatio,cuiuſq; loci notatio, ſolitudo locorum, diſſimilitudo in forma,& natura,mediocris magnitudo, nõ nimia lux, aut obſcuritas, mediocritas interuallorum. Imagines conſtant ex ſimilitudine rerum, & verborum. Imagines ex ſimilitudinibus ſumptæ debent eſſe notæ, nõ nimiæ,necvagæ,aliquid notũ agentes,inſigniter pulchræ,vel turpes,vel exornatæ,vel deformes, vel ridiculæ. In memoriæ artificialis exercitatione hæc præcepta traduntur. Ediſcendorum ſaltem iterata repetitio.Significationis imaginum conſyderatio, Frequens collocatarum imaginum reſumptio.

Habes, Pallauicine, plenius opus, quàm cõſtituerã, quo non modò ad epiſtolas,ſed ad declamandũ via tibi aptior eſt. Artem enim dicendi in anguſtum redactam (qui eſt optimus proficiendi modus)per quædam elementa,& capita conſpicis,quæ tibi ſimpliciter interpretata,ad Ciceronis,& Fabij diſciplinam faciliimum aditum dabunt.Quare hos commentarios ex eiſdem ferè excerptos,etiamvbi multùm apud illos profeceris,tanq; tui itineris duces, & comites habeas, vt exercitationes tuas ad certas artis formulas,per ipſa rerum indicia dirigas.Vale iam imitãdo exornationes,& chrias ludendo, Æſopi fabulas variè narrando, & ſcribendo,ac verſus in proſam ſoluendo,et ex te multa comminiſcendo ſtylum exerce.

SVLPITII VERVLANI
De componendis, ornandiſq; orationibus,& epiſtolis FINIS.

IODOCVS CLICHTHOVEVS NEOPORTVENSIS THEObaldo paruo inſigni doctori Theologo Salutem.

QVANQVAM literaria diſciplina (quam Grammaticen dicũt) cæteris longè dignitate ſit inferior, digniſſime vir, vt quæ duntaxat literas, ſyllabas, dictiões, earumq́ accidentia, & orationum ex dictionibus compoſitionem doceat, cæteræ autem diſciplinæ multò altiora, & ſublimiora cõſyderent, non tamen cæteris minus neceſſaria eſt, immo verò magis, vtpote ſine qua cæteræ acquiri nequeant. Quo fit, vt nõ omnino prætermittenda, negligendaq́ ſit, illis præſertim, qui ad literarum cognitionem aſpirant, immo verò tantò diligentius expetenda, quantò plures incommoditates affert neglecta. Quis enĩ nullo iacto fundamento ſolidũ conſtruxerit ædificium? Quo ingenio ſurgent parietes, & tecta, nullis baſibus fulta, nixaq́? Grammaticam aũt cæterarũ diſciplinarum baſem, & fundamentũ eſſe ambigit nemo, quod niſi firmum fuerit, quicquid ſuperextruxeris corruet. Nempe vocibus ſignificantur, quæ in animo, & cogitatione verſantur, & ſermo ad conſequendas diſciplinas vt apprimè neceſſarius, ita accommodatiſſimus eſt, quem haud ſecus docet grammatica rectè componere, quàm mater linguã vernaculã: quocirca & mater eſt, & nutrix cæterarum diſciplinarũ, quas ſine grãmatica ſibi vendicare põt nemo, vt neq; puer adoleſcere, qui prius à matris vberibus nunq̃ pepẽderit. De ipſa aũt diuerſi diuerſa tractauerint, & ſui laboris monumenta poſteris tradiderint. Inter cæteros Auguſtinus Dathus Senenſis Latinæ linguæ peritiſſimus, Iſagogico libello ita omnẽ rectè loquendi rationem cõplexus eſt, vt nihil, quod ad hãc artẽ attineat, prætermiſiſſe videatur. Siquidẽ in eo mira breuitas eſt,

intellectui ad quippiam percipiendi in primis amica. Cui quidem breuitati annexa eſt locupletiſſima ſententia, paucis admodum verbis comprehenſa: & tanta inſuper ſermonis elegantia, verborumq; maieſtas, vt eam ex Ciceroniana officina deprompſiſſe uideatur. Sed facit hæc ſermonis grauitas, vt nō facile ab adoleſcentibus capi poſſit, perinde atq; ſolidus cibus à teneris infantulorū dentibus frangi, & conteri nequit, niſi nutricis cura, & diligentia prius cōminuatur, & molliatur. Itaq; huiuſce operis difficultatem clariori expoſitione tollendam ducens, familiarem in ipſum commentationem parare aggreſſus ſum, & è tenebris erutum, adoleſcentum oculis vel tenue lumen percipere valētibus perſpicuum efficere: quo adiuti iuuenes, qui tuo æquiſſimo moderamine, curaq; peruigili bonis literis inſtituuntur, omnem loquendi barbariem exuant, & cum tenera ætate Latini ſermonis eloquentiā imbibant, ſimul vt cæteri huius almæ Pariſiorū academiæ adoleſcentes (quibus præſens opuſculum ad cognoſcendas elegantiarum leges lectitari, & manibus verſari ſolet) ex hoc meo quantulocūq; ſtudio, commodum capiant, facilioremq; habeant ad ipſum intelligendum viam. Nullā in eo ſermonis facilitatem refugi, mihi perſuadens nihil iuuenibus facilè nimiū tradi poſſe, molliores q; cibos teneriuſculis annis gratiores eſſe. Adieci & breuem admodum in triginta regulas elegantiarum Frācíſci Nigri declarationem, q; ipſe Aug. Dathi regulis aptè reſpondeant. Hoc igitur opuſculum tuæ dignitati commendatum, tuaq; fultum autoritate (ſi ita conducere tibi viſum fuerit) in lucē exeat, & tuis auſpicijs in cæteros trāſfuſum, omnibus vtilitatem, & emolumentum afferat. Vale.

AVGVSTI NI DATHI SENEN-SIS ISAGOGICVS LIBELLVS

in eloquentiæ præcepta ad Andreã Chriſtophori filium, cum familiari commentatione Iodoci Clithouei Neoportuẽſis, tumq́; Iodoci Badij Aſcenſij non aſpernãda declaratione, atq; annotatiunculis perquàm vtilibus.

IN AVGVSTINVM DATHVM

epitome Aſcenſiana.

Nihil ad peritiam Latini ſermonis citius, aut vberius nos conducet, ac frequẽs eloquẽtiſſimorum lectio. Ideoq́; Cicero nobis accuratè perſæpe legendus eſt.

¶Hoc dicit. Sed ne quid etiã in verbis noſtris, titubet tyrũculus, ſciat quia epitome epitomes fœminini generis, ſiue hoc epitoma, epitomatis neutri, dicit̃ breuiariũ, ſeu, vt vulgò dicunt, ſummariũ: qđ quoties textus prolixus, aut diffuſus eſt, ſemper præponemus: deinde textum declarabimus. In epitomate hoc ponit̃ coniunctio, ac, pro quàm: vt ſit, ac frequens, id eſt quàm frequens, &c.

Credimus iamdudum à pleriſq; viris etiam diſertiſſimis perſuaſi, tum demum artem quempiam in dicendo nonnullam adipiſci, ſi veterum ſectatus veſtigia, optima ſibi quæq; ſemper ad imitandum propoſuerit. Procemiũ *Neq; enim qui diutius in Marci Cice. lectione verſatus ſit, non in dicendo & ornatus, & copioſus eſſe poterit,*

Nã & horridiora crebrius conſectati,ipſi quoq; aridi,ie iuni,& inculti fiant neceſſe eſt. Lectitanti igitur mihi Ciceronis volumina(quem eloquentiæ parentem appellauerim) pauca annotatione digna viſa ſunt: quibus ſi vtemur,vulgarium ſermonem aſpernati,ad eloquẽtiam proximius accedemus.

¶Credimus &c.Hoc in libello Auguſtinus elegantiarũ præcepta tradit:et duas ſcindit in partes.In prima proœmium ponit.In ſecunda tractatum aggreditur. Secunda ibi, Sed cum id. Item proœmium diſtribuitur in partes: In prima proponit,attentionem,beneuolentiamq; captãdo.In ſecunda propoſiti ſui rationes aſſignat.In tertia, & principali concludit intentũ.Secunda ibi,Neq; enim. Tertia ibi, Lectitanti igitur. Clichoueana ſequitur explanatio.

Iodoci Clichtouei explanatio,quæ ſemper poſt textum ponetur.

Expõ Clich. ¶Tria ſunt,quibus perfectam eloquentiæ artem conſequi poſſumus,ars.(imitatio,& exercitatio, Ars eſt præceptio,quæ dat certã viam, rationemq; loquendi.Imitatio eſt,quæ impellit cum ratione,vt aliorũ ſimiles in loquendo efficiamur.Exercitatio,eſt aſſiduus vſus,conſuetudo q; rectè loquendi. Artem traditurus eſt autor certis quibuſdam legibus breuiſſime comprehenſam, minime tamen ſine aſſidua exercitatione profuturã,vt facilè intelligant omnes hanc præceptionis rationem,ad exercitationem accõmodari oportere.Ad imitationem autem hoc proœmio ſtudioſiſſimum quemq; inuitat eius oſtendens vtilitatem,quòd via eſt facilis ad veram eloquentiæ cognitionem perueniendi,cùm quis eo pacto loqui conabitur,quo Latinæ linguæ peritiſſimi locuti ſunt. At non omnes temere imitandos monet,verùm doctos ſolùm, & Ciceronem in primis,omnium facilè oratorum principem,qui quantò fuit alijs eloquentia præſtantior, tantò & cæteris ad rectam imitationem præferendus eſt.

(Margin: Ars. Imitatio. Exercitatio.)

Quod &

Quod & Quintilianus de Cicerone loquens,his verbis admonet: Hunc igitur ſpectemus, hoc propoſitum ſit nobis exemplum:ille ſe profeciſſe ſciat,cui Cicero valde placebit.Ergo quædam ex Cicerone notata elegantiarum documenta autor ſe traditurum profitetur,ad exornandam orationem multùm cōducentia. Iſagogæ,pluraliter numero,;& prima inflexione, aut iſagoge,es, ſignificat introductionem,hoc eſt primā eorum, quæ ad alicuius ſcientiæ cognitionem perducunt,traditionē. Inde liber iſagogicus,Latinè introductorius dicit, qui prima alicuius artis rudimenta generatim tradit. Ieiuni, inculti,& aridi ſunt,qui triſte habent orationis genus,& minime gratum. Illi verò horridiora conſectati dicuntur, qui autores imitātur incultos, & ſcabroſos. Vulgarium ſermonem aſpernati ſunt,qui ineptos loquendi modos, & apud imperitum grammaticorum vulgus vſurpatos, refugiunt.Nam aſpernor,aris,deponens eſt, ſignificans ſpernere. Inde participium aſpernatus, a, um. Quid ſit imitatio,hæc facilè ſimilitudo oſtendet.Pictor,qui nondum artem pictoriā perfectè cōſecutus eſt,imaginem pictam ante oculos ſtatuit,& illam diligentius contemplatur,vt ſimilem efformet: ſic,qui eloquentiæ ſtudet,virorum eloquentiū exempla præponere debet,eorū loquendi rationem,& formā conſyderare, ſecundū quam multas ſimiles orationes effingat, & tandem aſſiduo vſu peritus euadet.Quod etiā Quinti. decimo de inſtitutione oratoria li.teſtat dicens,Neq; dubitari poteſt, quin artis pars magna contineat imitatione.Nā vt inuenire primū fuit,eſtq; præcipuū:ſic ea,quæ bene inuenta ſunt,vtile ſequi.Similem rarò natura prſtat.frequenter imitatio. Iſagogæ.

Ordo, & explanatio textus per Aſcenſium.

¶Credimus iamdudum &c. Ordo eſt: Nos perſuaſi.i. ad credendū inducti,à pleriſq;.i. compluribus viris, etiā diſertiſſimis, iamdudum.i.nunc,& paulò antehac: quempiam,id eſt,quēuis virum,adipiſci.i.acquirere, tū demū, i.maxime tunc nonnullam.i.multā artē(Eſt enī Liptotes Aſcenſius

figura)in dicendo .i.in arte dicendi, ſi ipſe, ſup. ſectat*.i. frequenter inſequens(tempus pro tempore) veſtigia.i. exemplaria,veterũ.i.antiquorũ,qui periuſſimi fuerũt,pro poſuerit ſibi ad imitandũ optima quæq;.i. omnia valde bona,& elegãtia.Neq;.i.& nõ,etẽm is ſup, qui verſatus fuerit,diutius.i.pluſculos dies,in lectione.i. legendis libris M.C.non poterit non eſſe.i.cogetur eſſe,&.i.ſimul, copioſus.i.abundans,& ſimul ornatus in dicendo.i.in arte bene loquendi.Nam neceſſe eſt vt ſup. conſectati.i. qui ſequuntur,& imitantur legendo,crebrius.i.frequenter,horridiora.i.aſpera,ieiuna,&inculta,ipſi quoq;,id eſt etiã,fiãt aridi,ieiuni,& inculti.Igitur pauca ſunt viſa mihi lectitanti.i.frequenter legenti,volumina.i.opera,quæ legendo voluuntur,Ciceronis,quem inquã Ciceronem appellauerim.i.meritò appellare potuerim,parentem eloquentiæ,pauca inquã ſunt viſa mihi digna annotatione i.quæ ego velim annotare,quibus paucis ſi vtemur,nos aſpernati.i.contemnentes,vel qui contempſimus ſermonem vulgarium.i.vulgariter,& rudè loquẽtium, accedemus proximius.i.valde prope,ad eloquentiam.i.ad elegantem,& apertam locutionem.

Primum hoc præceptum,vt omnium multò difficillimum,ita longè vtiliſſimũ eſt.Multùm enim difficile videtur ex lectione dũtaxat artem adipiſci.Multi eñ legunt, ſed neq; intelligunt,neq; venuſtatem,neq; artem dicendi ſine præceptis percipiſcunt.Nulla tñ ex re copioſius,certiuſq; eloquentiam,quàm ex Ciceronis lectione conquiſieris.Quicquid enim de bene dicendo pręcipitur,auriũ iudicio ſubmittendũ eſt,vſq;adeò vt nullã dicẽdi legem vbiq; rectè ſeruaueris.Si ergo iuſto aurium iudicio opus eſt,quomodo poſſet fieri diſertus,qui ex frequenti lectione aureis ſuas nõ temperauerit?Enuero veluti quã quotidie audimus vernaculam linguã, ita tandem callemus, atq; ex vſu ſcimus,vt quicunq; à patrio,conſuetoq; nobis loquendi modo etiam parum diſceſſerit, aureis noſtras grauiter offendat, ita qui in Ciceroniana lectione

verſatus eſt, & illius concentu aureis ſuas imbuit, neq; inconcinnè loqui,neq; loquentes pati ſine amaritudine quadam animi poterit. Errant igitur tota via miſelli ſcholaſtici,qui ſemper barbaſculos audiunt,atq; legunt, neq; ad doctos audiendos, legendoſq; accedunt. Nec minus errant præceptores illi inepti,qui barbaris, & rudibus verbis eloquentiam docere conantur. Nam quātùm bona præcipiendo(quod tamen rarò fit)proſunt, tantùm male,atq; ineptè loquendo incautis animis officiunt. Rectè autem hîc ab Auguſtino Datho præcepta quædam dicendi colliguntur:qui,quam pręcipit artem, accuratè obſeruat. Vt verò ipſius artificium iuuenes intelligant, quid ſingulæ voces dignitatis habeant, explanabo.

De numero mutando.

¶Credimus dixit,& non credo.In pluratiuo enim numero de ſe loquitur modeſtiæ gratia:quod in prima perſona vtiq; licet,in alijs non licet.Neq; (vt imperiti arbitrantur) lepôris,aut honeſtatis cauſa quempiam,etiā digniſſimum, pluratiuè compellaueris. Plus enim gloriæ illi attribueris, ſi ſolum, hoc eſt ſingulariter, quàm ſi cum alijs, hoc eſt pluraliter, ipſum quippiam magnificè geſſiſſe prædices. Non ergo dices, Reuerende pater, dignitas, maieſtas, aut excellentia veſtra: ſed, tua. Nam noſter, & veſter ad plures:meus, & tuus ad ſingulos pertinent. Neq; dices, Placeat vobis: ſed, tibi: aut,dignitati tuæ. Contrà autem, modeſtiæ, atq; ſummiſſi animi eſt,de ſe ipſo pluraliter loqui:quaſi non ſua ſolius opera quid effecerit, ſed aliorum præſidio fretus. Vnde & magiſtratus, qui non propria, ſed dignitatis autoritate aliquid præcipiunt, pluraliter de ſe loquuntur:vt, Nos Carolus rex Romanorum, &c. Licitum eſt ergo in prima perſona modò ſingulariter,modò pluraliter loqui, etiam vtroq; modo in eadem locutione. Veruntamen hoc aduertendum, vt congrua ſit cōſtructio.Nam ineptè dixeris, Credimus iamdudum

à pleriſq; &c. perſuaſus. Oportet enim dicere, perſuaſi. Vnde antiquè, & licentioſè dixit Terẽtius, Nobis abſente, pro nobis abſentibus.

De dudum, iamdudum, & conſimilibus.

Iamdudum. Iãdudũ, eſt quaſi iam à dudũ, id eſt paulò antè. Ideoq; iſta aduerbia dudũ, pridem, & olim, quãdo ſecũ habent dictionem iam, deſyderant verbũ ſignificans actionem, aut paſſionem perſiſtentem, id eſt continuò durantem: & eam ob rem verbo præſentis temporis gaudent. Contrà autem fit, quando ſine dictione, iam, ponũtur. Dices ergo, Dudum intraui nauem: & non, iamdudum, quia iam non intras, ſed dudum, id eſt paulò antè intraſti. Cõtrà, Iamdudũ te expecto: quia & iam expectas, & dudũ expectaſti. Dudum autem breuiſſimi temporis ſignificationem habet, pridem longiuſculi: olim, & quondam, quæ ad tria tempora ſpectãt, ſanè longi. Hæc ex Vallen. Bene ergo dicit autor, Credimus iamdudum, &c.

De diligenti autoris locutione.

A pleriſq; viris, etiam diſertiſſimis, prudenter autor ſibi fidem vendicat. Nam ne paucorum errori adhæſiſſe videretur, dicit ſe perſuaſum à pleriſq;. Et ne pueris, & imprudentibus fidem habuiſſe cenſeretur, adijcit, viris. Vir enim à virtute, & viribus tum corporis, tum animi dicitur. Quia verò pauci ſunt ſapientes, & diſerti, ſuperaddit, etiam diſertiſſimis: qua in re auxeſim ſeruat.

De dictione diſertus, diſerta, diſertum.

Diſertus. Diſertus autem, quia per gradus inflectitur, nomen eſt. Et deducitur à verbo diſſero, quod in ſupino prius, ſ, abijcit, & primam ſyllabam corripit. Facit enim diſſerui in præterito, & diſertum in ſupino. Inde fit diſertus, a, um. Quod, vt Valla docet, actiuè ſignificat ſub patiendi voce. Nam is diſertus dicitur, qui diſſerit. i. diſcernit, & differentiam ponit inter elegans, & rude: aptum, & ineptum: ornatum, & inornatum.

De perſuaſus, & cæteris à per compoſitis.

Perſuaſi. Vt Valla docet, præpoſitio per verbis addita perfectionem quandam, atq; conſummationem ſignificat. Vnde perlegere, eſt ad finem vſq; legere. Perferre, ad finem vſq; ferre. Peruigilare, ad finem noctis vigilare: hoc eſt, totam noctem inſomnem ducere. Vnde illud Martialis: Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue. Perorare, eſt finem orandi facere: & ſic de alijs. Perſuadere ergo eſt ad effectum, hoc eſt ad plenam fidem, & credulitatem vſq; ſuadere. Is enim perſuaſus eſt, qui perſuadẽti fidem habet, & perfectè credit. Itaq; multi ſuadent, qui nõ perſuadent, quia ſuaſionibus ipſorum non creditur. Suaſit ſathanas Chriſto vt adoraret ſe, ſed non perſuaſit. Autor verò noſter ſe firmiter credere dicit, vt qui à pleriſq; etiã diſertiſſimis viris perſuaſus eſt. Eſt autem in locutione illa, Nos perſuaſi credimus, &c. Euocatio, vt notum eſt Grammaticis. Perſuadeo.

De tum, & demum.

Tum demum &c. vt ſuo loco videbimus, Tum varijs modis accipitur, habetq; quiddam ponderis, atq; viriũ in ſignificando plus, quàm hæc dictio cum, præcipuè addita dictione verò, demum, aut ſimili, quæ accelerãdi, atq; vrgendi vim habeat. Demum autem videtur id ſignificare, quod tandem. Et ſi ad etymologiam reſpexeris, ſicut tandem eſt quaſi tantum idem, vel tamen idem, quod ſolent dicere, qui poſt multam cogitationem ad vnamquamuis ſententiam redeunt, exclamantes, Quid tandem ait? Ita dictio demũ videtur ſignificare demus, id eſt concedamus, & permittamus modò: vt ſit ſententia, Cùm alijs multis modis concedamus quempiam dicendi artem adipiſci, tum demum, id eſt tunc præcipuè demus, artem quempiam in dicendo nonnullam adipiſci, ſi veterum &c. Tum. Demum.

De dicere, & loqui.

In dicendo, id eſt in arte oratoria, quæ eſt ars loquendi. Dicimus enim arte, & loquimur natura. Et quia qui laudibus quempiam extollunt, multa arte dicendi, vtuntur: Dico. Loquor.

ideo dicere aliquando accipitur pro eo, quod eſt, artificioſè laudare: vt in illo Vergiliano, Cui non dictus Hylas? Et in illo Horatiano in principio epiſtolæ primæ, Prima dicte mihi, ſumma dicende camœna.

Vergilius
Horatius

De quiſpiam, quiſquam, aliquis, & quidam.

Quempiam, quaſi dicat quemuis vnum, quicunque is fuerit. Nam quidā de certo, & cognito præcipuè loquenti dicitur. Quiſpiam autem, quiſquam, quiuis, aliquis, & ſimilia, de incerto. Ineptè ergo, immo falſò dixeris, Quidam neſcio quis librum meum ſuſtulit. diceres enim aliquis, &c.

De compoſitis à Quis, & Qui.

Et quia iuuenibus præcipio, quorum plurimi Grammatices adhuc imperiti ſunt, non grauabor etiam minima docere, quæ tamen magnos aliquando prætereunt. Vnde de compoſitis à quis, & qui, de eorum differentijs, & declinationibus annotabunt iuniores hos verſus, licet duriuſculos.

Verſus

En, ne, alius, num, ſi, depoſcunt quis ſibi ſubdi,
Et qua volunt, non quæ, quoties reperitur vtrunque.
Poſt quis, nā, que, piam (nō poſt qui) pone putas, quàm.
Dam, vis, cunque, libet, non quis, ſed qui ſibi ſubdet,
Nec qua volunt, ſed quæ, quoties reperitur vtrunque.
Quando relatiuum quodcunque legis geminatum,
Demptis quid, vel quis, finem per cunque reſoluis.
Quid, quoniam fixum, cum prole regit genitiuum.
Quod ſimilem caſum, quia mobile, vult ſibi iunctum.

En
Ne Alius
Num Si

Ex quib⁹ verſiculis patet, quòd quinque particulæ præcedunt in cōpoſitione hāc dictionem, quis: & totidem ſequuntur. Præcedūt vt en, & fit ecquis, ecqua, ecquid, mutato n in c. Ne, & fit nequis, nequa, nequid, vel nequod. Alius, & fit aliquis, aliqua, aliquid, vel aliquod. Num, & fit nunquis, nunqua, nunquid, vel nunquod. Si, & fit ſiquis, ſiqua, ſiquid, vel ſiquod. Quorū quatuor poſteriora volunt habere qua, non quæ, in ntō ſingulari fœmi. gene. & in ntō, & actiuo pluralibus neutri ge.

Ideoq́ dicemus, Aliqua mulier, aliqua poma: nõ, aliquæ mulier, aliquæ poma. Dicimus aũt, aliquę mulieres, quia in fœminino plurali non reperitur qua. Ideo dicit verſiculus, Et qua volunt, nõ quæ, quoties reperitur vtrũq;. hoc eſt, tam quæ, quàm qua. Et hoc de quatuor verum eſt. Nã ecquis facit ecquæ. Sequuntur aũt dictionẽ quis hæ quinq;: Nam: vt quiſnã, quęnã, quidnã, vel quodnã. Que: vt quiſq;, quæq;, quidq;, vel quodq;. Piam: vt quiſpiam, quæpiam, quippiã, vel quodpiam. Putas: vt quiſputas, quæputas, quidputas, vel quodputas. Q̃: vt quiſq̃, quęq̃, quod rarũ eſt inuentu: quicq̃, vel quodq̃: quod etiã rarũ. Hæc aũt ẽdiuerſo in dictis caſibus quæ, non qua, deſyderant: vt quænam dementia, quæ nam monſtra, &c. Et cum dictis particulis nõ cõponitur qui: vt non dices, quinã, vel quiq̃, niſi duæ ſint dictiones, vel pluralis numeri. Ediuerſo aũt quædã particulæ ſunt, quæ cõponuntur cũ qui, non cũ quis: vt quidã, quiuis, quicunq;, quilibet. Et quæ, nõ qua, ſibi in dictis caſibus volunt: vt quędam, quæuis, quæcunq;, quælibet. In neutro quiddam, vel quoddã, quiduis, vel quoduis, quodcunq; non quidcũq;. Declinantur aũt per omnes ferè caſus, ſicut qui: ſed in ablatiuo ſingulari nõ reperitur qui: non dices à quidã homine, ſed à quodam. Nec in plurali à quiſdam, ſed à quibuſdam. Illis aũt ex quis cõpoſitis, non omnibus caſibus vtimur. Nã in abltõ nũq̃ reperitur qui: vt ſiqui nõ dixeris, ſed ſiquo, ſiqua, ſiquo. Item de quo ſtatim dicemus, Quiſquis ſecundũ multos non habet niſi hos caſus in vſu, quiſquis in ntõ maſculino, quicquid in ntõ, & accuſatiuo neutralibus, & in abltõ quoquo, & quaqua. Itẽ quiſq; ſecundũ Vallã ?tm̃ pluralem nõ habet. Vnuſquiſq; aũt, vt certũ eſt, toto plurali caret. Cõponit̃ itaq; quis ſecũ, & fit qſquis. Vbi annotabis hãc regulã Priſciani: Quoties relatiua, aut quæſitiua geminant̃, poſſumus poſteriorẽ partẽ reſoluere in cũq;: vt quãtuſquãt⁹, quãtuſcũq;: quali ſqualis, qualiſcũq;: quotuſquot⁹ quotuſcũq;: quotquot, quotcũq;: quodqd̃, quodcũq;: quotieſquoties, quotieſcũq;: qnãdoquãdo, quãdo-

Nam q; Piam Putas Q̃ Priſcianus

cunq;:vbiubi,vbicunq;:vndeunde,vndecũq;: quoquo, quocũq;:quaqua,quacũq;. Quia tamen cũq; non ponit̃ poſt quis,ſed poſt qui,nõ reſolues quiſquis per quiſcũq;, ſed per quicũq;:& quicq d nõ per quidcũq;,ſed p quodcunq;.Eſt ergo inter quis,& q prima illa differẽtia,quòd peculiaria,& diuiſa habent compoſita,vt dictum eſt.Eſt & alia,quòd quis quæſitiuè vt plurimùm. aut infinitè, nunq̃ relatiuè ponitur,ſicut et quid.Quæſitiuè:vt,quis es tu?quid agis?Infinitè:vt,neſcio quis ſis:aut,qd agas. Qui autem ferè relatiuè ponitur,vt notum eſt.Quis verò pro eo,quod eſt qualis:ſicut hic,& is,pro eo quod eſt talis ponuntur:vt.iiij.Ænei.Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?Quem ſeſe ore ferens?quis,id eſt, qualis:& quem.i qualẽ.De hic,pro tali, eſt illud in.ix. Ænei. Hũc ego te Euriale aſpicio?id eſt talem,vel huiuſmodi. Quis item rectè de proprio nomine quærit,ſicut & ſonoritatis gratia qui: vt, qui vocare? vel,quis vocaris? vbi rudè dixeris,quomodo vocaris?Nam ad quomodo aduerbialiter reſpondendum eſt. Qui autem ablatiuus à quid, ſæpe ponit̃ pro qua re,aut quomodo:vt apud Te- Terentius. ren.Quî ſcis eos diſcordare? i. quomodo, vel per quid. Horatius. Et apud Hora.in.j.Ser.&primo adeò,verbo,Quî fit Mecœnas,&c.i.quomodo fit&c.Ineptiũt ergo qui ſic,quærunt,Quid ſcis patrem veniſſe,ſi nullus tibi dixerit?Cùm debeant dicere,quî ſcis.Nõ enim dubitant quid ſciam, ſed quî.i.quomodo.Inde autẽ cõponitur dictio atqui, qua docti vt plurimùm vtuntur,vbi vulgares dicũt, ſed quomodo.Sicut autem differũt quis,& qui,ita quid, & quod:inter quæ hoc quoq; differentię eſt,quòd quid,& omnia eius cõpoſita ſubſtantiua ſunt,ideoq; genitiuũ alterius ſubſtantiui,aut adiectiuum eiuſdem caſus exigũt: vt,quid animi,aliquid monſtri, quippiã pecuniæ. Quid bonum,aliquid pulchrum. Et ſi illa adiectiua ſubſtãtiuè ponantur,quid boni,& aliquid pulchri. Nõ autem liceret dicere aliquid monſtrum,ſed aliquod: quia quod,& omnia eius compoſita adiectiua ſunt, & ſubſtantiuum eiuſdem caſus efflagitant.

An vetuſtè loquendum ſit.

¶Si veterum &c. Qui enim tempore Ciceronis erant, nũc veteres ſunt, quo quidem tempore Latina lingua in ſumma perfectione fuit: ideoq́ monet, vt Ciceronem, & eius comtemporaneos, & qui paulò poſt eum docti fuerunt, imitemur. Non autem vult aut antiqua vocabula, & obſoleta ſectemur, quod quantùm deteſtabile ſit, cùm alij, tum Aulus Gellius in Noctibus Atticis graphicè oſtendit libri primi capite decimo, vbi refert verba, quibus Phauorinus philoſophus compellarit adoleſcẽtem vetuſtè nimis, & priſcè loquentem, quæ hæc ſunt: Curiꝰ, inquit, & Fabricius, & Coruncanꝰ, antiquiſſimi noſtri, & his antiquiores Horatij illi tergemini, & planè, & dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neq; Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelaſgorum, qui primi coluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ verbis locuti ſunt: tu autem perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone iam multis annis deſito vteris, quod ſcire, atq; intelligere neminem vis, quæ dicas. Nõnne homo inepte, vt qđ vis abundè conſequaris, taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais, quòd honeſta, & bona, & ſobria, & modeſta ſit. Viue ergo moribus præteritis, loquere verbis præſentibus. Atq; id, quod à Caio Cæſare excellentis ingenij, ac prudentię viro, in primo de analogia libro ſcriptũ eſt, habe ſemper in memoria, atq; in pectore, vt tãq̃ ſcopulum ſic fugias inauditum, atq; inſolens verbum. Hæc ille. Vt verò ſcias quomodo vocabulum ipſum accipiatur, audiamus Vallẽ. cuius hæc ſunt verba.

Inter ſenes, veteres, & antiquos.

¶Senes vocantur quantùm ad priuatam ipſorum vitã, quòd vſq; ad ſenilem ætatem vixerint. Veteres quãtũ ad publicum tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiamſi ad ſenium non peruenerint. Vnde quidam iuniores, fuerũt ſeniores veteribus. Antiqui vtriq; dicuntur, ſed magis veteres, quam ſenes. Hæc Valla. Senes ergo ſunt, qui multos annos viuunt, aut vixerũt. Veteres, qui ante noſtram

Senes. Veteres. Antiqui.

ætatem multis annis fuerunt, etiam ſi tunc iuuenes moriebantur: vt Pallas filius Euandri inter vetuſtiſſimos, & antiquiſſimos computari poteſt, inter ſenes non poteſt, quia iuuenis occiſus eſt.

De Sector.

Sector Sectatus à ſector deflectitur. Sector autem frequentatiuum eſt huius verbi ſequor, quod ſecutor, aris, facere deberet, ſed cum nomine ſecutor ſecutoris coincideret, quæ ratio parum virium tamen habet.

An optima quæq́; an quiſq́; ſit legendum.

Optima ſibi quæq́. Alij codices habent, Optima ſibi quiſq́. quæ locutio ſi ſeorſum inſpiciatur, ſanè quidem bona eſt. Nam, vt Valla docet, quiſq́ iungitur ſuperlatiuo, ſiue eiuſdem, ſiue alterius caſus fuerit. Bona præterea pleruńq́ reciprocatio fit mediante dictione quiſq́: vt, ſuus cuiq́ mos. Velle ſuum cuiq́ eſt. Trahit ſua quemq́ libido. Quiſq́ ſibi, ſuiſq́ fauet. Veruntamen quia dictũ eſt, quempiam, videretur incongruè ſubiungi quiſq́, quia rectius ſtat ſtructura, ſi ita dixeris, vt in textu poſuimus, & autorem poſuiſſe non ambigo, quàm ſi quiſq́ ponatur.

De Verſor.

Verſor. Verſatus à verſor. Verſor à vertor frequentatiuũ eſt. Videtur autem metaphora à viatore ſumpta. Nam qui ſæpe in itinere cœpto vertitur, illic diutius immoratur. Addam illud puerile: Tria verba faciunt verſum in ſupino, verto, verro, vergo.

Et ornatus, Et copioſus &c.

Affectatè hoc dictum eſt. Precium enim, [&] bonitas rerum ex duobus ferè perpenditur. Aut ex pulchritudine, & decore, vt in lapillis. Aut ex multitudine, vt in aceruo frumenti: cuius ſingula grana vili fiunt: totus autem, ſi copioſus eſt, aceruus, magno cõſtat. Orator ergo, qui & ornatus, & copioſus eſt, haud dubiè bonus eſt.

Horridiora crebrius conſectati.

Deriuatiua ſunt pro primitiuis, de quibus dicetur regula. viij. venuſtatis. Quòd verò duo priora, quæ cõparatiua ſunt, pro abſolutis, ſeu poſitiuis ponantur, patet, quia nunquam cõparatiuum nomen ſine termino, hoc eſt ſine re exceſſa, comparatiuè ponitur. Horridiora, id eſt horrida: & crebrius. i. crebrò. Veruntamen ſcies in huiuſmodi cõparatiuis poſſe recurri ad generalem terminũ exceſſus, vt ſit in ſubauditione, quàm deceat: vel, quàm oporteat, aut congruat. Aut illi ablatiui, æquo, iuſto, ſolito. Vnde fit, vt nonnunquam minus per cõparatiuum gradum ſignificemus, minusque lædamus, quàm per abſolutũ: vt ſi dicam, Vergilius fuit impatientior libidinis, Cæſar auidior dominationis, Hector iracundior, &c. minus reprehendam, quàm ſic, Vergilius fuit impatiens libidinis, Cæſar auidus dominationis, &c. In illis enim ſubauditur paulò quàm decuit. Item quòd conſectati frequentatiuum pro principali ponatur, conſtat: nam niſi ſit, fruſtra adderetur crebrius.

Horridus autem ex his verbalibus eſt, quæ duas vltimas literas ſecundæ perſonæ ſui verbi in idus vertunt, quo modo ab aueo fit auidus, à cupio cupidus, à ſtupeo ſtupidus, à tepeo tepidus, à frigeo frigidus, à caleo calidus, ab humeo humidus, à timeo timidus, à paueo pauidus, à luceo lucidus, à rigeo rigidus, à ſqualeo ſqualidus, à gelo gelidus: ab horreo ergo fit horridus. Dicitur autem is horrere, qui aut frigore, aut metu ſubito, & improuiſo concuſſus, atque attonitus, totus tremit, capillosque rigentes habet. Vnde quia frigus horrorem, & tremorem inducit, horridum pro frigido ponunt. Perſius, Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Et Iuuenalis, Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. Et idem Saty. vj. Et ſæpe horridior glãdem ructante marito. Horridus autem in ſermone, eſt durus, & aſper, aut frigidus: hoc eſt, ſine ſpiritus acrimonia, & vehementi calore. Aridus aũt, quoties ſine ſucco lepôris, atque ornatus, & ſine

Horridus.

Aridus.

Ieiunus. Incultus. ſalibus loquitur. Ieiunus verò, quando ſine ſententiarũ, & verborum iuſto pondere, & numero claudicat. Incultus autem, ſi dignitatis, & ornatus obliuiſcitur. Quę omnia vitia facilè fugerit, qui Ciceronis ſe leporibus imbuerit, & volumina crebrò legerit.

Volumen. *Volumen autẽ à voluendo dicitur, eo quòd inter legendum voluatur:* poteſtq́, autore Valla, accipi etiã pro minore, quàm ſit libellus, tametſi crebrò accipi videaẽ ꝓ ęo opere, qđ cũ molimine, & difficultate quadã voluiẽ.

Proximus. *Proximus enim comparatiuũ eſt pro poſitiuo, quod* nouo modo formatur. Nam à prope fit propior, & proximus: & ab eo ſuperlatiuo, pro abſoluto poſito, fit proximior: ſicut ab intra fit interior, & intimus: quod etiam pro poſitiuo accipitur à Teren. in Eum. qui dicit, Tu te ſcis poſt illa quàm intimum te habeam.

Aſpernati, præteritum eſt pro præſenti, quod in paſſiuo liberius fit, quia præſens illic non habetur. In deponenti verò magis licentioſè. Poteris tamen dicere aſpernati hîc præteriti habere ſignificationem: vt ſit, Poſtq̃ aſpernati ſumus vulgarium ſermonem, accedemus proximius ad eloquentiam. Scies autem grammaticum illud, Verba per compoſitionẽ ſæpe mutare coniugationem, & nonnunq̃ genus. Coniugationem: vt, addo, incũbo. Genus: vt aſſentior: ſed etiam aſſentio dicitur. Vtrunq; verò mutat aſpernor. Et hæc hactenus.

Epitoma Aſcenſianum in ſequentem textum.

Nulla certa lex locandis, ornãdisq; ſermonibus dari poteſt, ſed pro aurium iudicio varietati ſtudendum eſt.

Varietati commutationiq; vt ſtudeamus.

Primum præceptum.

SEd quum id in primis quiſq; admonendus ſit, quod rhetor ille diligentiſſimus, & inſignis admodum orator Fabius Quintilianus de orationis partibus dicere conſueuit: Neq; enim leges ſunt oratorum, quæ

dam veluti immutabili neceſsitate conſtitutæ, nec rogationibus (vt idem dicebat) plebisúc ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta, ſed vti in ſtatuis, picturis, poēmatibus, cæteriſq;, ita quoq; in exornanda viri eloquentis oratione plurimùm ſemper roboris, ac venuſtatis habuit varietas. Atq; (quod dici ſolet) tenendum, cauendumq; illud eſt ante omnia, ne ars vlla dicendi (ſi fieri pōt) eſſe videatur. Hæc igitur lex prima commutationis, varietatiſq;, quam eruditorum aures non difficilè iudicent.

Sed cùm id &c. Hic autor tractatum aggreditur, & in tot partes diſtribui poſſet, quot ſunt præcepta, ſed hanc taceo diuiſionem. Hoc tamen præceptum quinq; ſcinditur in partes. In prima, Quintiliani dictũ ſupponit de orationis partibus. In ſecunda, ſuppoſitionis rationem dat, ſimilitudine declarando. In tertia, documentum generale oratoribus ſeruandum tradit. In quarta, principale concludit præceptum. In quinta, ſe excuſando facere tranſitum proponit in alia præcepta. Secunda ibi, Neq; enim. Tertia ibi, Atq; quod. Quarta ibi, Hæc igit. Quinta ibi, Hoc igitur.

Expoſitio Iodoci Clichtouei.

Expoſitio Clichto.

In primis elaborandum eſt, ne ſemper eodem loquendi genere vtamur, ſed orationem noſtrã diuerſis modis exornemus. Et hoc potiſſimum obſeruatur, quum eandem ſententiam multis modis exprimere ſciuerimus: vt, amo te multùm: ſic ornatius dicitur, Mirificè te amo, ſummopere te diligo, vnicè te colo, te ſummo amore proſequor, tibi vero amore deuinct⁹ ſum, ſyncero in te amore affectus ſum, ſingulari tibi beneuolentia ſum coniũctus, magna mihi tecum eſt amicitia, te miro complector amore, non poſſum te non amare. Ad hoc etiam multùm cõducit vocabulorum ſynonymorum cognitio, quorum varietate oratio quoq; variatur: vt ſi quis nouerit quòd hæ dictiones, elegãs, ornatus, eloquens, ſplendidus, cõcinnus, lepidus, pulcher, venuſtus, decorus, ſi ad oratio-

nem referãtur,idem ſignificent, poterit facilè diuerſas cõ
Quintilian⁹. ficere orationes. Vtitur autem autor teſtimonio Quinti
liani oratoris facilè clariſſimi,qui in ſecũdo de inſtitutio-
ne oratoria libro,hoc intereſſe dicit inter leges oratorũ,
& leges ciuiles,quòd hę ſemp,illę non ſemper obſeruari
debeant,ſed cùm aures doctæ iudicauerint eſſe oppor-
tunum,quarũ quidem iudicio omnis oratorũ pręceptio
ſubmittitur. Quòd autem varietas in oratione multùm
exornet,triplici inducit ſimilitudine.Prima eſt de ſtatua,
quę ꝙtò magis fuerit diuerſis cælata modis,tantò eſt or
natior.Secunda eſt de pictura,in qua lineamentorum di
uerſæ protractiones,& colorum varietates maxime cõ-
mendantur.Tertia eſt de poëtarum carminibus,quæ va
ria inuentione,& figuris reſperſa,venuſtiſſima ſunt. Nõ
tamen ars debet in oratione eminere,aut affectata vide-
ri: quod quidem fit,cùm repugnante loco, & inuitis au
ribus,violenter aliqua regula potius inculcatur, quàm
obſeruatur.Debet enim liberis habenis fluere oratio. Er
Rogationes go caput eſt artis,non videri vti arte. Rogationes,ſunt
cõſtitutiones populi factę populo interrogato,vellét ne
Plebiſcita. tales cõſtitutiones ordinari. Plebiſcita verò ſunt decreta,
& conſtitutiones plebis. Vnde plebis nomine cæteri ci-
Scitum ues Romani præter patritios,& ſenatores ſignificantur.
Scire Et ſcitum ſciti,nomen ſubſtantiuum,eſt decretum. Scire
enim,ſiue ſciſcere,interdũ ſtatuere ſignificat. Plinius,Idẽ
Plinius legem ſciuit,ne cui plebeio plus,quàm centũ iugera ha-
Sancio bere liceret. Sancta,approbata, confirmata. Et venit à
Sanctio verbo ſancio,is,ire,quod ſignificat approbare.Inde ſan-
ctio,ſanctionis,conſtitutio.

Ordo,atq; explanatio textus.

¶Sed quum.i.quandoquidem, quiſq; ſit admonendus
in primis.i.inter prima,& ante alia,id quod Marcus Fa-
bius Quintilianus, appoſitorìe, rhetor diligentiſſimus,
& orator inſignis,id eſt egregius,& excellens,admodũ,
id eſt valde,vel ad perfectionem vſq;,conſueuit,id eſt ſo
litus eſt,dicere de partibus orationis.Neq;,id eſt, & nõ,

etenim ergo leges,& regulæ oratorum non ſunt conſti tutæ, veluti eſſent conſtitutę quadam immutabili neceſſi tate. Nec, vt idem Quintilianus dicebat, iſta, id eſt orato ria præcepta, ſunt ſancta, id eſt ſancita, & conſtituta, ro gationibus, id eſt per interrogationes, quib⁹ aſſenſus po puli rogabatur, ve pro vel, plebiſcitis, id eſt legibus, illis à plebe recognitis. Sed vti, id eſt quemadmodum, varie tas habuit ſemper plurimũ roboris, id eſt virtutis, & ner uorum, ſeu virium, & venuſtatis, id eſt formoſitatis, ſeu pulchritudinis, in ſtatuis, picturis, poematibus, cæteriſq; id genus rebus, ita quoq;, id eſt etiam, ita varietas ſup. ha buit, ſemper plurimum roboris, & venuſtatis in exornã da oratione viri eloquentis. Atq; (quod, id eſt quæ res dici ſolet) tenendum, & cauendum, id eſt cautè obſeruã dum eſt illud ante omnia, ne vlla ars dicendi videatur eſſe, hoc eſt, ne laborioſa, & nimis iuxta artem confecta videatur orationis compoſitio, ſi poſſet fieri. Hoc per pa renthesim inſertum eſt. Hæc igitur lex commutationis, & varietatis ſit ſup. prima lex, quam legem aures eru ditorum virorum iudicent, id eſt iudicare poſſint, non difficilè, id eſt faciliter.

Annotationes Aſcenſianæ.

¶ Ait ho c præceptũ primum præambulũ maxime con ducere aurium iudiciũ, quod frequenti lectione docto rum redditur ſanum, & probandum. Quia verò eloquẽ tiæ præcepta conſtituta ſunt, vt à vulgata via oratio no ſtra per varietatem dicendi recederet, peius multò pecca rent, qui eundem ſemper ornatum, aut ſitum verborum propter quorũdam præceptiones adhiberent, quàm qui conſuetũ loquendi modum tenerent. De qua re in libel lo noſtro de elocutione plura dicemus. Nunc ad grãma ticalem explanationem neruos intendemus.

Id admonẽdus. Moneo, *&* admoneo *duos regũt accu* ſatiuos, & eorũ paſſiua ſecundũ: vt hîc, admonendus id. Scies tñ quia admonere eſt memorem facere, ita quoq; licere loqui, Admoneo te debiti, & de debito.

Rhetor eſt eloquens (vt Cicero ait) & qui dicendi artem docet.

¶Orator verò is eſt, qui dicendi artem orando exercet. Confunduntur autem interdum. Quando præterea dicitur, Fabius Quintilia. rhetor &c. Appoſitio eſt. Fit autem appoſitio (vt autor eſt Verulanus) trib⁹ ex cauſis. Prima, reſtringendæ generalitatis: vt animal canis latrat. Secunda, remouendæ æquiuocationis: vt, leo ſignũ ardet. Tertia, attribuendæ proprietatis: vt hîc, Quintilianus rhetor diligentiſſimus.

De appoſitione.

De ſegnis, inſignis, & nobilis.

Segnis. ¶Hic, & hæc inſignis, & hoc inſigne, compoſitum eſt, vt quidam volunt, ab in, pro non, & ſegnis, quaſi nõ ſegnis, ſed diligens. Segnis autem quidam interpretantur quaſi ſigne igni, qui maxime actiuus eſt. Sed verius (vt doctiorib⁹ placet) ſegnis dicitur à ſeorſum, & nitendo, vt ſit qui non nititur, ſed otioſus ceſſat, & iacet. Alij præterea inſignem dicũt ab in, & ſignum componi, vt ſit inſignis, qui inſignitus eſt propter eminentiam, & excellentiam aut bonitatis, aut maliciæ. Nam in vtrãq; partem ſumitur, ſicut & nobilis. Vnde inſignem latronem, & nobilem meretricem dicimus.

Admodum. *Admodum ſumitur (vt vulgò dicunt) pro valde, ſed* ad originem ſemper reſpiciendũ eſt. Componitur autem

Modus. ex præpoſitione ad, & nomine modum. Modus autem ſæpe pro fine, & ſummo complemento ponitur, vt. ilij. Æneid. Nam quis modus? id eſt, quis finis. & ita admodũ eſſet ad ſummam vſq; perfectionem. Item modus eſt certa moderatio, & menſura, à qua modeſti dicuntur, quos humiles ſatis durè vocãt. Nam humiles ab humo dicti, viles, & abiecti ſunt, & ferè in malam partem accipitur. De modo pro hac modeſtia, & moderatione accepto, eſt quod vulgò dicunt, Omnibus adde modum, modus eſt pulcherrima virtus. Et illud Flacci in primo Sermonũ, Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines, Quos vltra, citraq; nequit conſiſtere rectum. Et hoc pacto admodũ

inſignis

inſignis dicitur,qui ad iuſtam menſuram,nec vltra, inſi gnis,nulloq́ vitio notatus eſt. Vſitatè autem vtimur in eiuſmodi locutionibus,quibus perfectionem ſignifica mus prępoſitione ad,vt ad amuſſim,ad vnguem,& huic ad modum.

Excellens participium eſt nominaliter ſumptum,ve niens ab excelleo,vel excello. Nam in præterito vſitatū eſt excellui.

Conſueuit,dicitur etiam conſuetus ſum: ſicut & in alijs multis,vt docent Grammatici.

Rogationibus, & plebiſcitis &c.

¶Cùm plebis Romana à pluribus, quos ſenatores vo cant,in montem ſacrum,qui ſupra Anienē tribus milib⁹ paſſuum ab vrbe diſtat,ſeceſſiſſet,tribunos ad ſui prote ctionē creauit,et plebiſcita conſtituta ſunt, quæ poſteà, vt omnis diſcordia ſedaretur,lata lege Hortenſia, pro le gibus fuerunt. Rogationes autem dicebantur, quia ſup eis populus rogabatur ,atq; dato aſſenſu, pro lege, quæ ad arbitrium priuatum mutari non potuit, habebantur: quales non ſunt loquendi leges,quas pro aurium con centu variabimus. Plebiſcita Rogationes

Præcepta,& præceptiones idem ſunt, ſed inſtituta, & inſtitutiones(vt docet Valla)differunt. Nam inſtituta ſunt boni mores,qui inſtituunt̄;inſtitutiones autem ſunt præcepta,quibus in aliquā artem inſtituuntur:vt inſtitu tiones Iuſtiniani,quæ ruditer inſtituta vocantur, & inſti tutiones Quintil⁹ & aliorum. Præcepta. Præceptiones.

Statuæ ſunt, quæ cōſtituuntur ex lapide,ligno,ære, aut ſimili materia,ex qua ſeorſum ſtare poſſunt. Statuę.

Picturæ ſunt,quæ in tabulis,aut panno deſcribūtur, nec ſeparantur ab illis. Picturę.

Poëma eſt, quoduis opus poëticum: vt Aeneis Ver giliana. Poëma

Poëſis eſt tota alicuius editio:vt poëſis Vergiliana, omnia eius opera continet. Poëſis

Si fieri poteſt, doctè, & vſitatè dicitur, vbi nunc di⸗ cunt, ſi poſſibile eſt: quem dicendi modũ docti probant. Eſt autem opportuna parentheſis. Nam quî poſſet fieri, vt ſine arte rectè loquaris?

Eruditi dicũtur extra ruditatẽ poſiti, à verbo erudio.

Difficilè, aduerbium hîc eſt. Omne enim nomen neu tri generis comparabile, in aduerbium migrat: ſed vſitatè à ſecunda declinatione exeunt aduerbia in e, vt doctè, pulchrè: et à tertia, in ter: quanquam econtrario ſuauius interdũ fiat, vt firmiter, largiter, ampliter, duriter. Item dulcè, ſua⸗ uè, facilè, &c.

Epitoma Aſcenſianum in ſequentem textum.

QVia varietati ſtudendum eſt, ſequentia præcepta non ſemper, ſed vt plurimùm ſeruabuntur.

Hoc igitur iacto fundamento, perpauca deinceps ſcri bam Andrea amice ſuauiſſime, quæ etſi non ſemper, vt plurimùm tamen his rationibus tibi ſeruanda erũt. Sed iam noſtri inſtituti ita naſcetur exordium.

¶ *Ordo, & declaratio textus.*

Iacere funda menta. ¶Hoc iacto fundamento, hoc facto principio. Iacere enim fundamẽta, incipere eſt. Noſtri inſtituti, noſtri pro

Inſtituere. poſiti. Nam inſtituere interdum proponere ſignificat. Igitur quia varietas multum roboris, & venuſtatis ha⸗ bet, hoc fundamento, quod de varietate eſt, iacto, id eſt poſito, hoc eſt, poſtquã hoc fundamentum de va⸗ riando ſermone poſui, ô Andrea amice, ego ſcribam tibi deinceps perpauca, id eſt valde pauca, quæ etſi, id eſt quãuis, non erunt ſeruanda tibi, id eſt a te ſem⸗ per, tamen erunt ſeruanda tibi, id eſt debẽbunt ſeruari à te, vt plurimũm, id eſt frequentiſſime, his rationibus, quas diximus. Sed exordium noſtri inſtituti, id eſt ince pti, & propoſiti, naſcetur, id eſt orietur, ita, id eſt hoc mo⸗ do, per ſequentia.

¶ *Hoc iacto fundamento, ſunt ablatiui in deſignatio*ne ſequelæ poſiti, qui aliquando ſeptimi caſus, aliquãdo abſolutè poſiti dicuntur. Scies autem quòd iacere fundamentum, eſt alicuius rei principium inſtituere; ſed fundare eſt rem ſtabilire, & ſolidare. Cætera patent. Fundare.

De ſitu ſuppoſiti, verbi, & appoſiti in oratione. Præceptũ. II.

PLerunq; enim qui oratoriæ artis floribus, ac phaleratis, vt aiunt, verbis ſtudent, contrà tritam, vulgatamq; grammaticorum conſuetudinem damnãtes, quod in calce abſolutæ orationis locari conſueuit, id illi potius coaptant initio. Quod omne tibi exemplo erit manifeſtius.

¶ Plerũq; enim. Hoc in loco autor de eleganti partium orationis grammaticalis ſitu meminit. Et quatuor diſtinguitur in partes. In prima, principale proponit præceptum grammaticos carpendo. In ſecunda, perfectæ orationis grammaticalis partes ſupponit exemplificando. In tertia, huic obiectioni reſpondet, An caſus poſt appoſitum grammaticorum more locatus præponi debeat apud oratores, exempla ponendo. In qua principale præceptum concludit. Secunda ibi, Scis plenam orationẽ. Tertia ibi, Sed etſi. Quarta ibi, Appoſitũ autẽ.

Clicthoueana expoſitio ſequitur.

¶ Oratoriæ artis floribus ſtudent, qui eloquentiæ dant operã, oratoria ſuas orationes venuſtate decorare laborãtes. Grammatici verò ſunt, qui ſolam partium orationis in debitis accidentibus conuenientiam quærunt, ſermonis ornatum nihili facientes. Et hi eo quidem ordine dictiones in oratione conſtituunt, quo ad cognoſcendam ſententiam conſtrui debent: vt, primò ponitur ſuppoſitum, ſecundò verbum, & tertiò appoſitum, vt ſitus dictionum reſpondeat ordini conſtructionis. Oratores verò oppoſito penitus ad conſtructionis ordinem ſitu dictiones locant, vt quod vltimo Expõ Clich. Grammatici qui ſunt.

conſtruitur, primo ponunt loco: & quod primo conſtruitur, ponunt in fine.

Ordo, & declaratio textus.

Plerunq; enim &c. Ordo eſt, Enim .i. quia, qui ſtudēt .i. vehementer incumbunt, & diligentem operam adhibent, floribus .i. venuſtati, gratijs, ſalibus, & leporib⁹ oratoriæ artis, ac pro &, hi qui ſtudent verbis (vt aiunt) phaleratis .i. elegantibus, & molliter, pompoſeq; ornatis, contrà .i. econtrario, vel prætereà, damnantes .i. qui damnāt, & vituperant tritam, & vulgatam conſuetudinem grāmaticorum, illi ſupple. coaptant .i. aptè coniungunt, & ſociant, initio .i. principio, & capiti orationis id, quod conſueuit .i. ſolitum eſt, locari in calce .i. fine orationis, abſolutæ .i. quæ numeris oratorijs non conſtat, neq; ordinem, iuncturamq; ſeruat. Quod omne erit manifeſtius .i. manifeſtum, & clarum, tibi exemplo .i. per exemplum ſequentis præcepti.

Plerunq; enim &c. Enim *cauſam dat quare dictum* ſit præcepta non ſemper ſeruanda eſſe, quia oratores plerunq;, ſed non ſemper à grammaticorum conſtructione recedunt. Continuatur ergo cum præcedentibus.

Studere. *Student floribus. Studere eſt alicui rei vehementem* operam impendere. Ideoq; datiuo iungitur, & quādoq; accuſatiuo, ſed minus propriè, quaſi ſit diſco.

Ac phaleratis (vt aiunt) verbis.

Phaleræ. *Phaleræ in plurali numero, dicuntur ornamenta* equorum, qui ſi generoſi ſunt, in phaleris animū extollunt, & generoſius incedūt. Vnde tracta eſt metaphora, vt oratio, quę ornata, & molliter īcedit, phalerata dicat.

De metaphora.

Metaphora. Vt verò de tranſlatione (quam Græci metaphorā vocant) pluſcula dicamus, Quintilia. lib. viij. vbi de ornatu loquitur, Verba, inquit, aut propria ſunt, aut ficta, & trāſlata. Propria, quę quō nata ſunt ſignificāt: Viridis herba, herbā viridem. Vnde hæc à Cicerone natiua vocantur. Tranſlata, ſunt quæ à propria ſignificatione recedentia,

ad cõſimilem,quadã rerũ cõſyderatione habita, migrãt: vt viridis ſenectus,quòd nondũ aridũ,& extinctum hominem effecerit. Hæc ille. Oportet ergo,vt ſit quę iã ſimilitudinis cõſyderatio,vt hoc loco oſtendimus. Cęterùm quia,vt idem Quintilia.ait,nimius fucus vitãdus eſt, cauendumq́ eſt oratori,ne laſciuis, & quaſi calamiſtratis, picturatiſq́ verbis vtatur,ideo cũ venia quadã vtitur autor noſter illo vocabulo phaleratis, dicens, vt aiunt. De qua particula ſciemus,quòd quoties nouũ, aut nõ ſatis vulgatũ in lingua Latina ponimus vocabulum, debeamus nos munire quibuſdã particulis excuſantibus vocabuli penuriã. Vnde idem Quintilia.in eodem loco: Et ſi quid perículoſius finxiſſe videbimur, quibuſdam remedijs præmuniendũ eſt,vt ita dicam, ſi liceat dicere, quodammodo permitte mihi ſic,vt nunc loquimur, vt hoc verbo vtar, vt aiũt. Vergilius aũt non modò in verborũ, ſed in rerũ quoq; figmentis ſe præmunire ſolet. Quoties enim fabuloſum quid dicturus eſt,præmittit huiuſmodi particulam,vt aiunt,vt fertur,vt perhibent, vt fama eſt, vt dicunt. Pro Grammatica verò ratione ſcies in verbis ad loquelam ſpectantibus,ſi certũ nõ petimus autorem, non oportere ſuppoſitum exprimi,vt ſuo loco dicetur.

Contrà tritam &c. Contrà *hic eſt aduerbium: quia*, vt dicit Seruius, omnis pars orationis dum deſinit eſſe quod eſt,migrat in aduerbiũ. Deſinit aũt contrà eſſe præpoſitio,quia non præponitur caſuali. Non eñ regit illos accuſatiuos tritã,vulgatamq́ cõſuetudinem, quia illi reguntur à dictione damnantes. Ponitur aũt pro eo quod eſt econtrario: vbi caueбis ne dicas, vt inepti, econtra, quia præpoſitiones inter ſe rarò cõponuntur. Tritum autem dicitur à tero. Teritur autem via, quam quotidie calcamus. Et videtur perſtare in trãſlatione, quia oratio phalerata non incedit per viam tritam. Econtra, barbarum eſt.

In calce &c. Calx *eſt poſterior pars pedis*, itaq; pro toto fine ponitur,ſicut frontem pro prima parte poſitam legimus, & caput pro principio, & pedem pro fine: vt

apud Flaccum de arte poeti. Vt nec pes, nec caput vni Reddatur formæ. eſt autem incerti generis.

Exemplo, *regitur à nomine manifeſtius, non quidem* virtute cõparationis, vt ſit manifeſtius exemplo. i. quàm exemplũ, ſed virtute inſtrumenti: vt ſit exemplo. i. per exemplum. Quin ipſa dictio manifeſtius ponitur pro ea, quæ eſt manifeſtũ. Hoc autem caput non ita diuiſum eſt apud Auguſtinũ: ſed quia voluimus quædam grammaticalia de duplici conſtructione ad autorem addere, ideo diuiſimus, & epitoma vltimo loco poſuimus, quod huiuſmodi eſt,

Epitoma Aſcenſianum.

GRammaticus dum literaliter, & orator dum venuſtè partes orationis conſtruunt, contrarijs ferè vtuntur ſitibus.

Præceptũ hoc generale eſt, per quod omnia ferè, quæ de ſitu partium orationis præcipi ſolent, habentur: ſed vt amplius notificetur, paulò altius de duplici cõſtructione repetemus, præmiſſis his verſiculis.

Aſcenſius de duplici conſtructione.

Si vis ſermonem coniungere grammaticalem,
Dictio quàm poterit ſit proxima quæq; regenti.
Qua regitur parte, oppoſita ſex iunxeris arte,
Quæſtio, latio, iuncta negatio, ſciſſio ſi ſit,
Et ſi ſermonem componere vis numeratum.
Nam quod præponit, vel iungit grammaticorum
Iunctura, hoc ſubdit, vel ſcindit rhetoricorum.

Aduertendũ pro his verſibus in primis eſt oratorem, & grammaticos diuerſimodè conſtructionem accipere. Grãmaticos dico recentiores, qui dum orationis partes iuxta regimina, & determinationes mutuas ordinant, ſe conſtruere dicũt, cũ tamen potius deſtruant, ac reſoluãt. Orator autem, qui cõſtruendo decus, ornamentum, atq; formoſitatem partibus addit, propriè conſtruit: quia res

Grãmaticus deſtruere, cõſtruere dicitur orator.

tunc cõſtruitur, quando venuſtatem accipit, quã per reſolutionem deperdit. Reſolutio enim fit in partes materiales, in quas quia Grãmatici dum ſe conſtruere dicunt, orationem digerunt, potius ſe deſtruere dicerent. Eſt tamen (vt dixi) duplex conſtructio, formæ videlicet, quã orator partibus adhibet: & materiæ, quã Grãmatici colligendo partes iuxta regimina, & determinationes conſtructionem vocãt. Quæ quia ad regimina diſcernenda, & ſententias intelligẽdas, rudibus multũ cõfert, à nobis diligentius explicabit̃, ſed prius illos verſus expoſuero.

Ordo, ſeu conſtructio dictorum verſuum.

Si vis coniungere.i.conſtruere, ſermonem grãmaticalem.i.literalem, quæq;.i.quælibet dictio ſit proxima regenti ex ea parte, qua regitur, quàm.i.quantũ poterit fieri: quod addit̃, quia ſæpe vnius determinabilis ſunt multa determinantia, & tũc nõ poteſt fieri vt omnia ſint proxima regenti.i.determinabili. Sed tu iunxeris.i.conſtruxeris melius, oppoſita.i.contraria arte, ſi ſit quæſtio.i. dictio quæſitiua obliqui caſus, quæ ſemper (licet à poſteriori parte regatur) præconſtruitur: vt, quem vides? Similiter & dictio infinitè, & determinatè poſita: vt, Neſcio quem videas. Itẽ ſi ſit latio.i.relatio, hoc eſt dictio relatiua obliqui caſus, quæ etiã ante rectorem ſuũ cõſtruitur cũ tota ſua determinatione, poſt antecedens quidẽ, ſed ſæpe ante verbũ antecedentis: vt, Ieſus Chriſtus, quem Iudæi crucifixerunt, reſurrexit. Eſt præterea de relatiuis & alia regula. Quia enim (vt ait Grammaticus) pronomina extra demõſtrationem, & relationem poſita, caſſa ſunt, & vana, hoc eſt nullius certæ rei ſignificatiua, ideo nũq̃ relatiuũ in cõſtructione ponetur ſine antecedente. Quapropter quoties relatiuũ, & antecedẽs ab eodem regente regunt̃, licet antecedẽs à poſteriori parte regat̃, ab interiori tamen cõſtruitur, vt relatiuũ habeat locũ intrandi cõſtructionem. Exemplũ: vt, trahit ſua quemq; voluptas, Cõſtruitur ſic, Quẽq; ſua voluptas trahit. Et illud, Patrem ſequit̃ ſua proles: ſic cõſtruit̃, Patrẽ ſua proles ſe-

quitur. Tertiò mutatur ordo cõſtruendi,ſi ſit iuncta ne gatio,hoc eſt, ſi dictio includat negationem,tũc tamen melius fieret diuiſio dictionis compoſitę, & vtraq; pars in ſuũ locũ inferretur:vt,neminem vidi doctiorẽ te:reſol uitur,neminem.i.nõ hominem,& tunc conſtruitur, non vidi hoiem &c. Item quartò mutaĩ ordo,ſi ſit ſciſſio.i. diuiſio,quia totũ,hoc eſt diuiſum,licet à dictione ſtante pro partib⁹ regatur,ante eam tñ cõſtruiĩ, vt hoc modo: Sonorum alius vox,alius non vox.Eſt & alius modus mutandę conſtructionis,logicis magis,quàm grammati cis notus,ad ſeruandã veritatem enũciationis:vt, regem vidi.ſi veritatem ſeruare vis,cõſtructionem ne mutaue ris.Item tu iunxeris oppoſita arte partes orationis, ſi vis cõponere ſermonem numeratũ.i.numeris oratorijs con ſtitutum.Nam hoc quod iũctura.i.cõſtructio grãmatico rum præponit,vel iungit.i.cõiunctũ cõſtruit,iunctura re thoricorũ ſubdit.i.poſtponit, vel ſcindit.i.diuiſum con ſtruit.His itaq; viſis repetã theſim,hoc eſt generalem illã poſitionem,quam in epitomate poſui, & inferã multas ſequelas,quæ corollaria,ſeu conſecutoria vocantur.

Alia grãma ticus, alia o rator cõſtru ctiõe vtitur.

Theſis,ſeu poſitio generalis.

Grammaticus,& Orrator,vt plurimũm,cõtrarijs cõ ſtructionibus vtuntur.Quæ tamen exordiendi vim ha bent,apud vtrunq; in capite orationis ponuntur.

¶Qualia ſunt,quum, quia, dũ, donec, quoniãquidem, quandoquidem,etſi,tametſi,ꝙꝙ, ꝙuis,licet, & ſimilia. Enim etiã apud grãmaticam conſtructionem pręponiĩ, licet in dicendo ſubiũctiui ſit ordinis,& ideo ſolet reſol ui in quia:vt,pleruncq; enim qui oratoriæ artis &c. con ſtruitur ſic,Enim pro quia &c,Ex hac regula inferri poſ ſunt multa conſecutoria,quæ quoniam aliquando àlle gabo,per numeros diſtinguam.

Orator addit.

¶Dictiones, tum,quum,ſi,& ſimiles,quas vulgò in ca pite orationis ponunt,tu aliquo præpoſito venuſti⁹ po

nas: vt, Omnes quũ valemus, recta ęgrotis cõſilia dam⁹. Tu ſi hîc eſſes, aliter ſentires. Ad ſtudia literarum ſi incubuiſſes, maiorem laudem fuiſſes aſſecutus.

Grammaticus infert primò.

¶A vocatiuo igitur caſu, ad quem ſermo futurus dirigetur, nullo præmiſſo, niſi fortè aduerbio vocandi, orationis ordinẽ ſumes: vt, O Marce fili q̃q̃ oportet te audientem Cratippum annum, & id Athenis, abundare præceptis, & inſtitutis philoſophiæ &c.

Orator correſpondet primò.

¶Vocatiuũ igitur, tametſi apud grammaticũ primũ locũ efflagitat, nunc tertio, nunc quarto loco, nunc etiã remotiore à principio pones: vt Cicero, Quanq̃ te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idq́ Athenis, abundare oportet preceptis, inſtitutiſq́ philoſophię. Idẽ, Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Vergili. Huc ades ô Melibœe &c.

Grammaticus ſecundò.

¶Poſt vocatiuum, atq; eius determinationem immediatè verbum, ſi quod habet, ſubiungitur: vt, Tityre paſce capellas dum redeo: via eſt breuis.

Orator ſecundò.

¶Inter vocatiuum, & eius verbum ſæpe quid interponitur: vt Ver. Tityre dũ redeo, breuis eſt via, paſce capellas. Item, O formoſe puer nimiũm ne crede colori.

Grammaticus tertiò.

¶Si vocatiuus non reddit ſuppoſitum, poſt ipſum, atq; eius determinationem ponemus noĩatiuum ſuppoſitalem, atq; eius determinantiã cũ verbo immediatè ſequente: & interdũ loco vtriuſq; verbũ imperſonale: vt, O Melibœe deus nobis hæc otia fecit. Exemplum ſecundi: vt illud Ciceronis, Quanq̃ te Marce fili &c.

Orator tertiò.

¶Inter ſuppoſitum, & verbum multa ſæpe interponuntur, aut per parẽtheſim plena oratio, aut obliqui⁹ à verbo

recti,vt videbimus apud Auguſtinum in ſequente capi-te,vbi pro hac regula diſces epitoma. Exemplũ de pa-rentheſi,vt primo Ænei.Æneas(neq; enim patrius con-ſiſtere mentem Paſſus amor)rapidum ad naues præmit-tit Achatem &c.quod vtriuſq; exemplum eſt.

De Parentheſi.

Parentheſis. Eſt autem parentheſis, elegans interpoſitio alicuius ſententiæ ad pathos, affectionemq; ſignificandam: qua remota,ſermo maneret integer.quale eſſet ſi diceres, Æ-neas rapidũ ad naues præmittit Achatem. Exempla plu ra videbis in capitulo ſequenti apud Auguſtinum.

Grammaticus quartò.

Omne determinans (quantùm fieri poteſt)ponetur proximũ ſuo determinabili.Ideoq; licet poſt vocatiuum debeat poni noĩatiuus,poſt nominatiuũ verbũ, poſt ver bum obliqu⁹,ſi quem regit, tñ ante nominatiuũ ponetur determinatio vocatiui,& ante verbum determinatio no minatiui,& ante obliquũ determinatio verbi, vt aduer-bium,aut præpoſitio cum ſuo caſuali. Exempla patebũt in ſequentibus.Sed poteris tale vnum commune effin-gere.Dulcis Ieſu ſeruator mundi,nos miſeri peccatores, quos redemiſti tuo precioſo ſanguine, imploramus ſup-pliciter per merita genitricis tuæ, in omni tribulatione tuum auxilium. Vbi ſine determinationibus ordo eſſet, Ieſu,nos imploramus tuum auxilium.

Orator quartò.

Omne determinans(ſi congruè,& venuſtè fieri po-teſt)ante ſuum determinabile locabitur.Ideoq; illa,quæ grammaticus poſuit, conuerſo ordine ponemus:vt,tuũ auxilium imploramus Chriſte,&c.Exempla patent.

Grammaticus quintò.

Adiectiuum nominale,& pronominale, vt multi vo-lunt, ponetur immediatè poſt ſuum ſubſtantiuum. Vel (vt alij) conſtruetur ante ſubſtantiuum,& coniunctim cũ eo. Participiale autem poſt ipſum,& diuiſim. Magis tamen conſonat grammatico, quia adiectiuum deter-

minat ſubſtantiuum, vt poſtponatur, præcipuè quando obliquum regit: vt hic, Puer timidus flagelli: non rectè dici videretur, Timidus puer flagelli. Parũ autem refert, an dicas in conſtruendo, Equus meus, an Meus equus: & Equus albus, an Albus equus. Id autem indubitatũ eſt, adiectiuum immediatè ſubſtantiuo coniungi in grãmatica conſtructione, in quo differt ab oratoria.

Orator quintò.

Adiectiuum nominale, vel pronominale, venuſtè frequenter ante ſubſtantiuum ponitur, ſed aliquo interiecto: nunc obliquo à ſubſtantiuo recto: vt, multa viri virtus: et ſi adiectiuum obliquum regat, poteſt vtrunq; ſequi: vt, vir multa virtute præditus. Nunc autem interiecta dictione regente: vt, multæ vir virtutis, huius lõgitudo viri. Nunc pronomine: vt, ſumma illius modeſtia, tuã ipſius animam. Nũc verbo: vt, ſummam referebat gratiam. Nunc aduerbio: vt, in virum tandem peritiſſimum euades. Nunc participio: vt, fortem miſeratus iniquam. Nunc coniunctione: vt, ne vnum quidem diem. Nunc præpoſitione ſola: vt, maximis in rebus, hanc ob rem. Nunc præpoſitione cum caſu: vt, ſumma in parentes pietas. Nunc interiectione: vt, quas, malùm, nugas occipis? Nauibus, infandùm, amiſſis, &c.

Grammaticus ſextò.

Omnis igitur obliquus determinans ponitur iuxta ſuum determinabile ab ea parte, qua regitur, ſeruato ordine caſuum, ita quòd datiuus ante accuſatiuum, & accuſatiuus ante ablatiuum conſtruatur: vt, vir excellentis virtutis dedit mihi dono decem aureos amore dei.

Orator ſextò.

Obliquus igitur determinans, vt plurimùm, præcedit ſuum determinabile. Genitiuus: vt, multæ prudentiæ viro. Datiuus: vt, quid tibi vis? Accuſatiu⁹: vt in prædicto exemplo: & ibi, Aurea mala decem miſi. Ablatiuus: vt, multa virtute præditus.

Grammaticus ſeptimò.

Relatiua tamen,quia ſemper poſt antecedentia conſtruuntur,ſuum rectorem ſæpe præcedunt,antecedenſq́ obliqui caſus præconſtrui cogunt:vt,patrem quē vides, ſua proles ſequitur.Nunc aūt(vt aiunt grammatici)relatiuum,& antecedens,ab vno verbo ſemel poſito, & ab eadem parte reguntur.Vnde verſus, Præcedens,& qui, binis verbis volo iungi: Diuerſis verbum, vel detur eis geminatum.

Orator ſeptimò.

Relatiuum venuſtè ante ſuum antecedens grammaticale ponitur,nonnunq̃ ſubaudito antecedente, venuſtiſſime autem antecedente in eodem caſu,& ab eadem dictione,cōtra grammaticorū morem,recto. Exemplum vbi præponitur relatiuū:vt,quem magis te diligā habeo neminem.Exemplū vbi ſubauditur antecedens,quod fit quoties antecedens generale ſufficeret: vt, quos diligo caſtigo,ſubaudi eos,vel homines. Quinetiam præcipuè apud Maronem relatiuū ſubauditur:vt.1.Æne. Vrbs antiqua fuit,Tyrij tenuere coloni.ſubaudi quā. Et iterum, Eſt in ſeceſſu longo locus,inſula portum Efficit obiectu laterū.ſubaudi quem. Iterumq́,Eſt locus,Heſperiā Graij cognomine dicunt. ſubaudi quam per elegantiam, vel quem grammaticè,vt ſuo loco dicemus.Exemplum vbi relatiuū,& antecedens in eodem caſu ab eodem reguntur:vt,in quo libro de virtute agitur,pręclarus eſt.Quas credis eſſe has non ſunt veræ nuptiæ.De his quoq; ſuo loco latius.

Grammaticus octauò.

Quæſitiua,& negatiua obliqui caſus ante ſuū rectorem conſtruentur.Exempla patuerunt.

Orator octauò.

Quæſitiua Negatiua

Quæſitiua nonnunq́ remotius à principio: Negatiua autem,præcipuè ſigna, in extremo loco venuſtè ponuntur. De quæſitiuis vide totum dialogum Donati. Partes orationis quot ſunt?Nomen quid eſt? Qualitas

nominis in quo eſt? De negatiuis apud doctos pluri‑ma ſunt exempla: vt, quem magis te diligam ſcio nemi‑nem. Patre tuo doctius eſt nihil.

Grammaticus nono.

Verba infinitiui modi poſt verba finiti modi, ſine quibus infinita poni non poſſunt, immediatè con‑ſtrues: vt, nunquam ceſſabo te amare. Nunquam defatigabor inſeruire tibi. Verba infinitiua.

Orator nono.

Verbum infinitum ante ſuum finitum venuſtius ſæpe ponitur: ſine quo expreſſo, præcipuè apud hiſtoriogra‑phos, ſæpenumero reperitur, ſed (vt aiunt) pro præteri‑to imperfecto indicatiui. Cæterùm multa infinitiua in re excuntia continuè, orationem claudunt, maxime lugu‑brem, tamen verbo non iungantur. Exemplum, vbi infi‑nitiuum verbum præcedit: vt, ego te commendare non ceſſabo. Vbi pro finito ponitur, vel verbum finitum ſub‑auditur: vt. 2. Æne. Hinc ſemper Vlyſſes Criminibus ter‑rere nouis, & quærere conſcius arma. Vbi quidam ſub‑audire volunt, cœpit. Alij exponũt quærere. i. quærebat: & terrere. i. terrebat. Exemplum tertij, vbi multa infiniti‑ua verba clauſulam terminant: vt apud Liuium libro pri‑mo, Tarquinius circumire, prehenſare minorũ maxime gentiũ patres, admonere paterni beneficij, ac pro eo gra‑tiam repetere, allicere donis iuuenes, tum de ſe ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis cre‑ſcere &c.

Grammaticus decimo.

Certum autem eſt, verba finita inter ſuppoſitum & obliquum ſolere poni: vt, timor arguit degeneres. Verba finita

Orator decimo.

Quando perfectam locutionem, quæ tribus conſtat partibus, ſuppoſito, verbo, & obliquo conſtruis, hic erit ordo, vt obliquus in principio, ſuppoſitum in medio, & verbum in fine ponatur. Nam (vt ait Sulpitius Verula‑ Sulpitius Verulanus

nus)frequenter ſenſum verbo claudere,ſi cõpoſitio pa‐tiatur, eſt optimum:ſi offendet,alibi,ſed conſpicuè, col‐locetur. Imperatiuus quoq;, & præteritum, futurumq́ ſubiunctiui ſonant in fine. Exemplum primi: vt, dege‐neres animos timor arguit. De hoc erit ſequens capi‐tulum apud Auguſtinum. Exemplum ſecundi, vbi ver‐bo orationem claudimus, vt idem quod iam dedi‐mus. Sulpitiana autem verba alibi exponemus. Sed ſi moræ impatiens es ſic habeto: Optimum eſt claude‐re ſenſum, id eſt ſententiam, frequenter verbo, ſi com‐poſitio, id eſt decens conſtructio patiatur. Si autem compoſitio talis offendet, id eſt lædet aures, & non congruet, ponendo verbum in fine, tunc verbum po‐netur alibi, id eſt alio loco, ſed collocetur conſpicuè, id eſt eminenter. Exemplum de imperatiuo: vt, coniux mea hæres eſto. Tu me, vt facis, ama. De præterito ſub‐iunctiui, Nõ poſſem verbis conſequi, quàm gratũ mihi feceris. De futuro, Si eo beneficio me donabis, non in‐gratum offenderis.

Grammaticus vndecimò.

¶Aduerbia iuxta ſua verba ponantur, ſunt enim ver‐borum adiectiua: ideoq́ præpoſitiones cum ſuo caſua‐li, item nomina pro aduerbijs loci, aut temporis poſi‐ta, continuè poſt verba conſtrui ſolent. Exempla ſunt: Seruias libentiſſime deo. Conſecutus es in philoſo‐phia magna laudem. Studuiſti Athenis treis annos. Vel, Studuiſti treis annos Athenis. Aduerbia verbis adhę‐rent aptiſſime, paſſim tamen poni poſſunt, vbicunq; me‐lius congruerint.

Gerundia Participia. Supina.

De participijs dictum eſt, vbi de adiectiuis diximus. Habent enim verborum conſtructionem. Nam gerun‐dia, participia, & ſupina inuẽta ſunt, vt plures actus vni ſuppoſito ſine coniunctione media tribuantur: vt vir bo‐nus vitia fugiens, virtutem amplexando, beatitudinem cõſequetur. Habet enim ſic participium primum locum, gerundium ſecundum, & verbum tertium.

Grammaticus duodecimò.

¶Coniunctiones copulatiuæ, & diſiunctiuæ, etiam ſi præpoſitiui, aut ſubiunctiui ordinis in loquendo fuerint, conſtruendo tamen in medio conſtruuntur, ſed in &, aut in vel, & an, reſolui ſolent. Enim, quoq;, autem, verò, ſubiunctiui ſunt ordinis in loquendo, ſed conſtruendo ſolemus præponere, reſoluentes enim in quia: quoq;, in etiam: autem, & verò, in ſed: vt, id enim verum eſt, tu autem ignoras. Conſtruitur, enim pro quia: quia id eſt verum: autem pro ſed: ſed tu ignoras. & ſic de alijs. Quæ autem ſint ſubiunctiui, quæ præpoſitiui, quæ communis ordinis, ſi non didiciſti in grammatica hæc, diſces ex Sulpitio Verulano, cuius ſunt verba, quæ maioribus elementis ſcripta conſpicis, vt noſtris, quę minoribus ſcribuntur, declarare poſſim. Coniunctiones, Copulatiuę, Diſiunctiuę, præpoſitiui, aut ſubiũctiui ordinis.

Orator duodecimò.

Sunt nonnullæ particulæ, quæ niſi proprijs locis ponantur, fœdant orationem, quare hæ ſemper ſunt præponendæ, at, aſt, ſed, aut, ac, vel, nec, neq;, cæterùm, enim, uero, verùm, ſi, ſin, quin, quatenus, ſeu, ſiue, ni, niſi. Ex his nullam in maioribus principijs, non aliunde dependentibus, collocabis, præter at. In indignatione: aut, vel, ſeu, ſiue, & ni.

¶Quia dixerat Sulpitius ſuperſtitioſum eſſe pro præceptis de ſitu verborum obſeruandis, ſemper eodem vti partium ſitu, ne in omnibus dictionibus ſitum pro arbitrio variari putes, dicit, Sunt nonnullæ particulæ &c. Illæ autem particulæ, coniunctiones ſunt. Ideoq; qui accidentia partiũ poſuere, vt Donatus, Priſcianus, atq; alij, ſolis coniunctionibus ordinem dedere. In eis enim ſolis certus ſeruabit ordo, & ſitus. Quæ ad elegantiã harũ particularum pertinent, videbis apud Vallam, & apud noſtras additiunculas poſt Sulpitium, vbi de compoſitione Sulpitius

loquemur. Nunc autem de duplici conſtructione dun-taxat dicemus. At ponitur in principio ſecundæ clau-ſulæ, vt in fine tertij Ænei. dicitur de Ænea: Factoq; hîc fi ne quieuit. Et ſequitur in principio. iiij. Æneid'. At regina graui. Ponunt ergo at, aſt, ſed, in contentionibus, & con-trarijs ſentētijs. Neq; tam dictiones, quàm orationes co pulant. Non ergo dices, Petrus at Paulus: ſed vel, Petrus atq; Paulus: vel, Petrus & Paulus &c. Aſt apud poëtas duntaxat reperies ſequente vocali: producēdæ enim ſui gratia ſuſcepit s literā: vt. j. Ænei. Aſt egò quæ diuûm in-cedo regina, &c. Quando autem coniunctiones dicun-tur præpoſitiuę, non intelligas eas in toto principio de-bere poni, ſed quando geminantur ante ſingulas partes, quas coniungunt: & quando ſemel duntaxat ponũtur, ante ſecundam partem coniunctam. Geminātur autem vt plurimùm aut, vel, nec, neq;, ſeu, ſiue. Vbi ſcies quòd q̃uis aut, & vel: nec, & neq;: ſeu, & ſiue, idem ſignifi-cant, tamē venuſtius extra carmen eaſdem geminaueris, quàm alteram ſine altera poſueris. Item, vt in regulis La tinitatis dicemus, Quando duo regentia vni caſui, duo adiectiua vni ſubſtantiuo, aut duo verba vni ſuppoſito congruunt, poſſumus præponere illum caſum, illud ſub-ſtantiuũ, & ſuppoſitũ. Exemplũ de caſu: vt, Tu mihi neq; nocuiſti vnq̃, neq; profuiſti. quod meli⁹ videt dici quàm ſic, Tu neq; nocuiſti mihi, neq; profuiſti. Corrupta tamē illa, vt nec pro neq;, ſeu pro ſiue, vident ſecundo loco cũ integris poſſe poni. vt ſic, Tu neq; ſtudes nec negociaris. Omnino autem duriter aut, &, vel, altera pro altera po-nerentur, geminari enim volunt: vt, nulla virgo eſt dicen da corrupto vel animo, vel corpore: nō tamen, corrupto aut animo, vel corpore. Sed nimis longus ſio.

Poſtponuntur q;, ne, ve, quidem, quoq;, autem, verò, enim: et amant apponi poſt primam dictionem clauſu-læ dependentis. Præſertim autem enim, & vero, quæ ali bi niſi poſt ſecundam non collocantur, vt cæteræ, q; & quoq;, poſt illam dictionem quam, &, præcederet, locari

volunt

volunt: & ne, ve, poſt eam, quam an, & vel.

¶Poſtponuntur, inquit Sulpitius, q;, ve, ne, &c. Vbi ſcies, quòd coniunctio, &, ſemper quidem in medio cõiunctorũ poni vult: vt, ſoror & coniux: ſed etiam in principio poni poteſt: vt, & ſoror, & coniux: q;, ve, ne, poſt vtrunq; cõiunctum ſemper quidem ponentur: vt, hominum deorumꝙ: ſed in medio quoq; poni poſſunt: vt, hominumꝙ, deorumꝙ. Inepta autem, & barbara omnino locutio eſt, quoties, &, tantùm in principio, & q;, ve, ne, tantùm in medio ponuntur: vt, & ſoror coniux. Dant duo bos, impos, cõpos, cuſtoſꝙ, ſacerdos. Deberet enim dici cuſtoſꝙ, ſacerdoſꝙ. Vnde Vergilius, vt Latinitatem ſeruaret, ſæpe hypermetrum verſum fecit, in quo ſyllaba, q;, abundat, quã tamen vocalis in principio ſequentis verſus poſita perimit. Vnde illud in primo Æneid. Iactamur doceas, ignari hominumꝙ, locorũꝙ Erramus. Et illud in. ij. Quem non incuſaui amens hominumꝙ, deorũꝙ? Aut quid &c. Et illud in quarto: Omnia Mercurio ſimilis, vocemꝙ, coloremꝙ, Et crines flauos &c. Vergilius

Amant, dicit Sulpitius, poni dictæ particulæ poſt primam dictionem clauſulæ: vt, tu quoq;, hic autem, ego verò, is enim. Tú ne ille Æneas &c. q;, & ve, poſt vtrunq; coniunctum ponuntur: vt, Quis tibi tum, Dido, cernenti talia ſenſus? Quotúe dabas gemitus? Quidem poſt particulam ne, & dictionem, in qua ſignificatur vehementia excluſionis, ſæpe ponitur: vt, ne vnum quidem diem in termiſimus. Item q;, & quoq;, volunt locari, dicit, poſt illam dictionem, quã præcederet cõiunctio, &. Vbi ſcies, quòd quoq;, et coniunctio &, idem ſignificant, ſi & capiatur pro etiam. Exemplum igitur: vt, Tu quoq; littoribus noſtris Æneia nutrix Æternum moriens nomen Caieta dediſti, Et tu littoribus. Item, Dij, homineſꝙ volũt, dij, & homines volunt. Ne, & ve, volunt poni poſt eam dictionẽ, quã præcederent an, & vel: vt, tú ne, an Petrus hoc fecit? An tu, an Petr⁹ hoc fecit? Tu feciſti, Petrús ve, Tu feciſti, vel Petrus. Sulpitius

Reliquæ coniunctiones ferè omnes præponi,ſuppo-
niq́ poſſunt:vt et,ergo, ideo,igitur. Exemplum: vt, hoc igitur iacto fundamento.Vel, igitur hoc fundamento iacto.Hoc ergo verum eſt.Hoc id eo dictũ eſt.Et quis hoc neget eſſe fictum?Quis & hoc fictum eſſe neget?&c.

Sed ex his aptæ ſunt primis initijs,Quoniã,Quum, Quamuis,Etſi.Quãq̃,Licet,Quòd,Vt,Si.

¶Exempla omnium ferè apud Ciceronem lectitando inuenies.Nam & librorum capita ferè ab illis dictionibus inſtituũtur:vt,Quuãq̃ te Marce fili,&c. Licet tamẽ apud ipſum in ea ſignificatione quæ eſt,quãuis, non offendes.Addit Valla tamen quòd hęc quatuor,etſi,q̃q̃, q̃uis,& licet,eiuſdem ſignificationis ſunt,aliquid in vtẽdo diſcriminis habentia. Nam maior quædam dignitas data eſt primis duobus, quæ ſemper aſciſcunt ſibi indicatiuum, duntaxat in principio ſtatim orationum, epiſtolarum, librorum. Alia duo in hoc loco rarò, in cæteris omnia indifferenter,ſed frequenter ſubiunctiuũ poſtulant, nonnunq̃ tamen & indicatiuum. Hæc & alia Valleñ.quorum ſententiam paucis habeto. Etſi, & q̃q̃,in capite magnarum rerum ponuntur,habẽtq́ poſt ſe tunc maxime verbum indicatiui modi:quãdo in alio loco ponuntur,prꝫterquàm in principio,etiam alterius modi verbum admittunt.Sed q̃uis,& licet,rarò in principijs magnarũ rerũ ponuntur: & quia in capitibus minorum reperiuntur,ſæpe cõiunctiuum,nonnũq̃ & indicatiuum poſtulãt,ſimulq́ ſemper cõmerciũ huius dictionis tñ deſyderant,ſine qua,etſi,q̃q̃,tametſi.licitè ponuntur,præcipuè per modũ interrogandi.Exẽpla dabit Val. li.ij.c.58.Sed nos Sulpitiana verba perſequimur.

Valla.

In minorum initiorum ad aliud dependentium frõte,Quocirca,Quapropter,Quãobrem,& Quare conſtituemus:Ergo,& Igitur in breuioribus concluſionibus: Itaq́;,vt plurimum,in maioribus.

¶Ordo eſt; Nos cõſtituemus in frõte,id eſt prima parte

initiorum minorum dependentium ad aliud, has particulas, Quocirca, &c. Exempla horũ apud doctos vbiq; reperies, ſed hoc vnum tibi ſat ſit: Apud omnes doctos harum rerũ plurima ſunt exempla, quocirca, vel quapropter, vel quãobrem, illis ſuperſedeo. Item nos conſtituemus, id eſt locabimus in concluſionibus breuiorib⁹ ergo, & igit: in maiorib⁹, Itaq;. Exẽpla legendo offendes.

Quin præponitur, vt Num &c.

¶Quin tribus modis accipitur, aliquando pro eo quod eſt quinetiã. Ver. in Æene. Quin aſpera Iuno, Quæ mare nunc, terraſq; metu, cœlũq; fatigat, Conſilia in melius referet. Item pro cur non. Videtur enim compoſitum à quî pro quare, & ne pro non: vt ſit, quare non. Vnde illud Ciceronis pro Rabirio, Quin cõpeſcis iſtam vocem indicem ſtultitiæ? &c. Et his duobus modis ſemper præponitur. Tertiò, eſt quòd non: vel potius, vt non: & tunc ſicut dictio, vt, ſubiunctiuum deſyderat: vt. iij. Ænei. Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti, Quin vatẽ inſanam aſpicias. Et hoc modo principiũ quidem ſuæ, ſed non totius conſtructionis conſtituit. Num interrogatiuè ponitur, ſed ferè negatiuam reſpõſionem deſyderat, ſicut ab eo compoſitum, nunquid. Quin. Vergilius. Num.

Vtiq; poſtponitur. Sin nunquã dicitur, niſi Si præceſſerit, aut fuerit ſubintellectum. Significat enim idem quod hoc complexũ, ſed ſi: vt apud Terentium, Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Sin. Terentius.

Ita pro valde poſtponitur. Ita.

¶Vt, Hæc non ita difficillima ſunt. Terentius, Non ita diſſimili ſunt argumento.

Quia, non ponitur ante ſed: dicimus enim, Sed quia.

Nonuero, Neq; autem, Age autem, Sanè autem, Iam autem, Enim autem, & Ac autem, non dicas concinnè.

¶Dicendum enim eſt, Non autem, neq; verò, agè verò, ſanè verò, iam verò, enimuerò, ac verò Addit Valla, tũ verò, non tum autem, dicendum. Scies autem quòd ſi

illud non,poſtpoſueris,conſtituetur vtiq; cum verò.Vnde ſi dicas,Vnum nutrire poſſum,duos verò nõ.Vel ſic, vnum nutrire poſſum,non autem duos.Vel ſic, vnũ nutrire poſſum,duos non poſſum.Vbi ſcies,quòd ſi verbũ idem repetiueris,non decere verò,vel autem poni. Ineptum enim,& ſuperfluum eſſet, vnum nutrire poſſum, duos verò non poſſum.ſed alterum,vel illud verò, vel illud poſſum,omittas.

Poſt non,& nec,enim apponas:non tamen dixeris, Ne enim:&,ne verò.Dices ergo,Nõ enim:vel,neq; eñ. Neq; verò:vel,nec verò:non,ne verò.

Neq;,non ponitur ante nam:nec equidem,ante atq;. Dicimus enim,Nam neq;,Atq; equidem.

Tum,& Et geminianus, quando partes ſunt pares: vt,vir tum doctus,tum modeſtus.Vel ſic, & doctus,& modeſtus:quod idẽ eſt,acſi dixeris, Nõ minus doctus, quàm modeſtus,neq; non econtrario: vel, eſt vir æqualiter doctus,& modeſtus.& ita in ſimilibus.

Quando verò diſpares,præponimus cũ,& ſequitur tum,indicans aliquid maius,aut generalius.Vt, cùm in ea re diuitijs valet,tum virtute in reliquis. hoc eſt, cùm verum,& cõcedendum ſit,quòd in ea re diuitijs valeat, tum nõ eſt ambigendum, immo magis credendũ, quòd in reliquis reb[9] valeatvirtute.Et hęc de cõiunctionibus.

Grammaticus tertiodecimò.

Dictiones autem quæcunq; fuerint,propter ſonoritatem,aut concentum,nunq̃ à naturali ordine in cõſtruendo mouebuntur:quocirca dices,quiſq; duodecimus,tenus titulo,vſq; ad titulum,verſus Hiſpaniam.

Orator tertiodecimò.

Dictiones igitur venuſtatis gratia ſæpe à rudi illa,atq; materiali cõſtructione recedunt,maxime quas diximus cõiunctiones,quibus addi poſſunt quiſq;.quod dum ſuperlatiuis,numeralibus ordinis,& aliis cohæret,poſtponitur:vt,optimus quiſq;,non quiſq; optimus: decimus quiſq;,non quiſq; decimus.Simile eſt de quibuſdã præ

poſitionibus, de quibus ſequens eſt ſecutorium, ſiue ſequela oratoris.

Grammaticus quartodecimò.

Præpoſitiones poſt verba, vel participia, & ante ſua caſualia continuè conſtrui volunt: vt, vado ad patrem, ſum apud filium.

Orator quartodecimò.

Præpoſitiones ſæpe per anaſtrophen poſt caſuale ponuntur, ſæpe inter partes eius interſerunt. Vnde Verſus ſemper poſtponitur: vt, Italiã verſus, Hiſpaniam verſus, Romam verſus, quoquo verſus, vel quoquo verſum iret &c. Tenus frequentiſſime poſtponitur: vt, capulotenus, crurum tenus, aurium tenus. Item vſq; non rarò: vt, huc vſq;, Italiam vſq;. Similiter & contra, præter, inter, vltra, citra, extra, & ſimiles: vt, Italiam contra, hæc præter, hæc inter. Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines, Quos vltra, citraq; nequit cõſiſtere rectum. Iliacos intra muros peccatur, & extra. Item cum: vt, quicũ. i. cũ quo, vel cũ qua: nobiſcum, vobiſcum, mecũ, tecum, ſecũ, quibuſcũ. In medio autem caſualis ponuntur præpoſitiones, præcipuè monoſyllabæ, quando caſualem complectuntur ex adiectiuo, & ſubſtantiuo: vt, qua de re, quã ob rem, hac in re, hanc ob rem. Multas ad res, omni ex numero, multis è viris, &c. Sæpe item obliquus à caſuali rectus interponitur nõ ſine venuſtate: vt, pro eius viri modeſtia, ex tanta rerum multitudine. Ad verborum explanationem &c.

Verſus.

Tenus.

Grammaticus quintodecimò.

De interiectionibus, quæ pauciſſimæ ſunt, nihil dictum oportet, quàm quòd eum locum vtrobiq; ſortiuntur, quem animi affectio ipſis concedit: quæ verò caſum regunt, ante illum conſtrui volunt.

Vt, proh deûm, atq; hominũ fidem. Proh ſupreme Iupiter, Ah virgo infelix. Heu ſtirpem inuiſam, Hei mihi miſero, Væ tibi cauſidice.

Orator quintodecimò.

Proprium autem eſt interiectionis interijci, vnde & nomen ſumpſit:vt, Nauibus, infandùm, amiſſis vnius iram.Quid,malùm,mihi bone vir dicis?

Grammaticus ſextodecimò.

In cõſtructione grãmaticali nihil imperfectũ relinquetur,ſed omnes eclipſes, & apoſiopeſes.i. reticentiæ, ſupplebuntur.Exemplũ de eclipſi:vt,Talia per Latiũ. ſubaudi gerebant.Hæc Venus.ſubaudi dixit.Exemplũ de reticentia:vt.1.Æneí. iratus Neptunus inquit, Quos ego. ſubaudi vehementius caſtigabo,vel quid ſimile. De his autem conſules locos autorum,quoties occurrunt,quid ſubaudiendum reliquerint.

Orator ſextodecimò.

Quoties neq; obſcuritas,neq; ariditas orationis pareretur,oportet ſuperfluũ demere,& decorũ ſeruare.Vnde patheticæ.i.affectionũ oratiões abruptæ legunt,de qua re lati⁹ dicem⁹ ĩ regulis dignitatis,ſeu venuſtatis loq̃ndi.

Grammaticus decimoſeptimò.

Nullum itaq; reſpectiuũ ſine termino ſuo proprié cõſtruitur.Et ſi poſitũ reperiat,in abſolutũ reſoluetur:vnde nullũ adiectiuũ ſine ſubſtantiuo,nullũ cõparatiuum ſine termino.i.ablatiuo exceſſus,nullũ relatiuum ſine antecedente,nullũ demonſtratiuum ſine re demõſtrata, nullũ verbũ infinitũ ſine finito,nullum aduerbiũ ſimilitudinis ſine ſimilibus,nullã cõiunctionem ſine cõiunctis, nullã præpoſitionem ſine caſuali conſtrues. In alijs quoq; dictionibus,quæ ſe mutuò reſpiciunt,alterã ſine altera,aut aliam ſine alia non pones: & ſi poſitas inueneris, tacitas ſupplebis.Vnde nõ ſolùm,nõ tantùm,nõ modò,volunt poſt ſe verùmetiã,ſed etiã,vel ſed quoq;,aut quid ſimile: quod,dũtaxat,nõ admittit.Etſi,tametſi,q̃uis,q̃q̃,& licet,volunt poſt ſe tamen. Reperiuntur aũt illa ſuperiora trãſſumptiué poſita,vt videbimus in ſequẽ.quòd ſi proprié ponentur,ſupplenda ſemper erunt,quę ſubiicentur.

Orator decimoſeptimò.

Sæpe igitur multa in ſubauditione ſunt,quæ ſi expreſſeris,decorem,& venuſtatem oratiõis abſtuleris.Quorũ illud eſt,quod dixi,ſic loquendum eſſe,Vnũ nutrire poſſum,duos verò non:vel,non aũt duos:& non ſic, duos autem non poſſum:ſed omiſſo autem,& ſed, duos non poſſum.Pronomina etiã pro noĩbus, non cũ nominib⁹ poni volunt.Itaq; cõſtruendo dices,Filios quos diligo, caſtigo.Non,filios,quos filios.Poteris etiã antecedens ſubticere:vt,quos diligo,caſtigo.Sed de his aliâs.

Grammaticus decimooctauò.

Si verò aut reſpectiua,aut alia translatiuè ponantur, in propria,pro quibus ponuntur,reſoluenda ſunt:vt cõparatiua ſine exceſſo in abſoluta,& cætera deriuatiua ꝓ primitiuis poſita in ipſa primitiua, verba infinita in ſua finita, præſertim præteriti imperfecti indicatiui modi. Adiectiuũ neutri generis in ſubſtantiuũ generale.Reſoluitur aũt trib⁹ modis,nunc per ens,ſeu res: vt, deus creauit oĩa.i.oẽs res.Nũc per abſtracta, pro quib⁹ ponit̃:vt præſcius veri.i.veritatis.ſeruãtiſſimus æqui.i. æquitatis. Nũc in dictionẽ pars,qñ eſt regimen partitionis:vt,quid hoĩs.i.quæ pars hoĩs:ideoq; cõtemptus ſignificat̃ in eiuſmodi locutiõe,aliudq; exprimit̃ per hãc,quis homo &c.

Orator decimooctauò.

Sæpe venuſtatis gratiâ verba transferunt̃, vt dicemus in regulis venuſtæ Latinitatis.Vnde etiã Flaccus in arte poëtica:Dixeris egregiè notum ſi callida verbum Reddiderit iunctura nouum. Flaccus

Grammaticus decimononò.

Quando ſuppoſitũ ſubticetur,exprimendũ eſt:& qñ obliquí eſt caſus,in rectũ reſoluetur. Exemplũ primi:vt, iubemus,ſubaudi nos.vt aiunt,ſubaudi hoĩes.Exemplũ ſecũdi:vt quoties accuſatiuus à parte anteriori regit̃ ab infinitiuo,reſoluet̃ in ntĩ,& verbũ infinitũ in ſuũ finitũ præcedente, vt,quòd, quin, ne, aut ſimili particula: vt, Notũ eſt deum creaſſe omnia. id eſt,quòd deus omnia creauit. Non dubito magiſtrum venire.i. quin magiſter

veniat. Velim magiſtrum venire.i.vt magiſter veniat. Timeo magiſtrum venire.i.ne magiſter veniat:vel, timeo magiſter veniat. Itē duo ablatiui in deſignatione ſequelæ poſiti,reſoluuntur in ſuppoſitum, & appoſitum præcedentibus particulis,cùm,quia, dum,donec,vel,ſi, aut ſimili:vt, ſole lucente dies eſt.i. dum ſol lucet. Ablatiui autem ab imperſonalibus à parte poſteriore recti,ſimiliter & accuſatiui ab illis imperſonalib⁹ pœnitet,& tædet, &c.duriuſculè in nominatiuum reſoluūtur:ſic, Male ſeruitur à ſeruo, Seruus male ſeruit. Tædet animam meam vitæ meę, Anima afficitur tædio vitæ meæ. Hæc autem, quæ de grammatica conſtructione dicta ſunt,non ita intelligas,quòd grammaticū ita loqui putes,ſed quòd qui grammaticaliter partes ordinant,eū ferè,quem diximus habeant conſtruendi modum.

Orator decimonono

¶Sæpe ſermonem de recto in obliquum vertes, contra grammaticorū,quem modò dixi,morè. Itē pro eo quod eſt,volo vt ad me venias: dixeris, velim ad me venias, omiſſis illis particulis,vt,& quòd. Vel per infinitiuū, velim te ad me venire. Item pro eo quod eſt, Poſtq̄ audiuero ſermonem,veniam ad te: vrbanius dixeris, Audito ſermone ad te veniam. De qua re in libello noſtro de Latinitate ex dignitate loquendi,videbis.

Grammaticus vicesimo.

¶Quæ de cōſtructione,atq; ſitu partiū orationis à grāmatico præcipiuntur,quantùm fieri poteſt, vbiq; ſeruabuntur. Dico quantùm fieri poteſt, quia qn̄ plures ſunt vnius determinationes,tunc quę magis intrinſecè determinant,magis vicinum habebunt locum, vt ſatis patuit de adiectiuis,& aduerbijs.

Orator vicesimo.

¶Quæcunq; de ſitu, atq; locatione partium orationis præcipiuntur,pro aurium iudicio variari poſſunt, præter ea,quæ de coniunctionum,'verſus,quiſq;, tenus, & quorundam aliorum ordine dicta ſunt. Vt autem horū

quædam manifeſtiora ſint, addamus & alia venuſti ordinis præcepta.

Io. Badij Aſcen. ſecundum de venuſto ordine præceptum.

Non ſolum quo ordine, ſed etiã qui cum quælibet diſtio locanda ſit, ſummopere attendendum eſt.

¶Nam in multis, ſi contra conſuetudinem feceris, non ſolùm Latinus, ſed ne grammaticus quidem cenſeberis, cuius rei varia ſunt exempla.

Primum exemplum.

Omnis cum poſitiuo, aut comparatiuo, nunquã cũ ſuperlatiuo: Quiſq; econtrario cũ ſuperlatiuo, ſiue in eodẽ, ſiue in diuerſo caſu: aut cũ numerali ordinis, & dictione Quotus: nunquã cum poſitiuo, niſi ſuperlatiuus in vſu non ſit, neq; cum comparatiuo rectè ponitur. Omnis Quiſq; Quotus

¶Vt, omnes boni omnia meliora optimis quibuſq; deſtinant. Quotus enim quiſq; aliter cenſeat faciundum? q.d. rariſſimus. Quia verò quiſq; genitiuum pluralem in vſu non habet, dicemus pro optimorum quorunq;, optimi cuiuſq;. Exemplum de numerali: vt, milleſimus quiſq; miles dictus, quaſi vnus è mille, quotuſcunq; ſit, non is tantùm, qui milleſimus ordine. & ita in reliquis. Exemplum de carente ſuperlatiuo, vt apud Salluſtium, Nam ſtrenuus quiſq; aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus diſceſſerat. Vbi Valla mallet dicere ſtrenuiſſimus quiſq;. Item vnuſquiſq;, & ſingularis quiſq;: nam ſingulariſſimus negat Valla dici. Valla

Secundum exemplum.

Vt, & ita, conſimiles gradus poſtulant: & ideo ſi dictio quiſq; interueniat, vtriq; ſuperlatiuus addẽdus eſt. Poſſunt autẽ ambo ſuperlatiui eſſe nominales: vt Quintilia. Quod vt longè optimum, ita difficillimum. Et iterum, Non vt quicq; primum dicendum, ita primum oc Quintili.

currit. Aut ambo aduerbiales: vt Cicero, Vt enim quiſq; optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varioſq; euentus orationis, expectationemq; hominum pertimeſcit. Et iterum, Vt quiſq; animi magnitudine maxime excellit, ita vult princeps omniũ, vel potius ſolus eſſe. Aut alter nominalis, alter aduerbialis: vt idem de oratore, Vt quiſq; optime Græcè ſciret, ita eſſe nequiſſimum.

Tertium exemplum.

Cum ſuperlatiuo non ponemus dictionem vim ſuperlatiui habentem.

Cuiuſmodi ſunt, in primis, præter cęteros, apprimè, per, valde, ſanèquàm, oppidò, perq;: quæ omnes poſitiuo congruunt: vt apprimè doctus, perq; eruditus, oppidò abundans: quaſi quod ſatis ſit oppido. Inde enim tractum eſt.

Quartum exemplum.

Quia ablatiuus comparatiuo proprius eſt, omnia aduerbia in ò comparatiuo, & eius virtutem habenti, cuiuſmodi ſunt ſuperlatiua, Secus, Alter, Alius, Poſt, Ante, Pręſto, Malo, Antecedo, Antecello, Excello, vel Excelleo, & ſimilia quadrant: quibus etiam Longè congruit.

Vt multò melior, multò omnium optimus, longè præſtantiſſimus, longè aliter, multò ſecus &c.

Quintum exemplum.

Aduerbium in vm, vt tantùm, quantùm, modicùm, parum, nihil, & nihilum, ſatis, & tantundem, poſitiuis coniungenda ſunt.

Vt parum peritus, ac tantundem probus.

Sextum exemplum.

Longè, facilè, & nimirùm, etiam ſuperlatiuo, & eius vim habenti cungruunt. Vt longè reuerendus, nam reuerendiſſimus non dicitur: facilè princeps, nimirùm præſtans, aut præſtantiſſimus

Septimum exemplum.

*Dictio quàm, accepta pro eo quod eſt quantùm, poſi*tiuo cohæret: & id quidem figuratè quodammodo, vbi aut per admirationem, aut per dubitationem loquimur. Vt, O quàm glorifica luce coruſcas. Q̃ iucundum putas, ſeruire deo? Neſcis quàm ſuaue ſit iugum domini.

*Accepta verò pro quantò, licet rarò, comparatiuo cõ*gruit. Vt Vergilius, Q̃ magis illa fremens, et triſtibus effera flammis, &c. Vergilius

*Sed accepta pro valde, quod frequentiſsime ſit, ſu*perlatiuo iungitur, etiam cum principali verbo, & ſine figura. Vt, Vir quàm doctiſſimus quàmoptime dixit. Nõ dices tamen, Vir omnium quàmdoctiſſimus, ſicut nec omnium valde doctus.

Octauum exemplum.

Reperitur tamen quàm, pro eo quod eſt quantùm, cum ſuperlatiuo intercedente, verbo poſſum, queo, valeo, aut conſimili. Vt, dicam, quàm breuiſſime potero. vbi tamen malim dicere, vt breuiſſime potero.

Accepta autem qro valde, tunc neceſſariò poſitiuo iungitur, quando annexam habet dictionem, vim ſuperlatiuam habentem. Vt, perquàm, oppidoquàm, ſanequàm &c. Curtius autem libro. 4. dixit, Beſſum quoꝙ Bactrianorum ducem, perquàm maximo poſſet exercitu coactum, ad ſe deſcendere fecit. Sed illud propter verbum, poſſet, fortè excuſatur. Si quis igitur cõparatiuum, & ſuperlatiuum huius poſitiui perdoctus, aut perquàm doctus poſtulet, dicetur nõ perdoctior, ſed multò doctior, & longè doctiſſimus. Curtius

Nonum exemplum.

Comparandi aduerbia, quando exceſſum connotãt, comparatiuum vitant: quando autem comparationem, non refugiunt.

Vt, ego tam te doctior ſum, quàm tu me fortior.

Decimum exemplum.

Vt, & ita, & pro eis tam, & quàm accepta, etiã ſuperlatiuis hærent. Verbi gratia, vt caſtiſſime, ita honeſtiſſime diceris vixiſſe. Varro lib. 1. de canibus loquens, Quo pauciſſimos relinques, tam optimi in alendo fient. Et Cato in re ruſtica. c. 65. Quo acerbiſſima olea erit, & oleum facies, tam oleum optimum erit.

Varro

Cato

Vndecimum exemplum.

Si poſt quiſq; ponatur, aut ſubintelligatur etiã, non abſurdè cõparatiuo iungat, nec vnuſquiſq; ſuperlatiuo. Vt Valerius Maximus libro. 2. ca. 3. Erit eò etiam obſcurior, quò quiſq; deterior. Item lib. 4. ca. 3. Cenſu par vnicuiq; pauperrimo. ſubaudi etiam, vt ſit, vnicuiq; etiã pauperrimo. Mancinellus de quàm dictione hæc, & alia in Vallam affert, vbi plenius de ea re diſſeruimus:

Valerius

Tertiũ præceptum

Iodoci Ba. Aſcenſij Tertiũ de venuſto ordine præceptũ.

IVncturæ quoq; (quæ eſt apta vocabulorum ſtructura, & collocatio ſine offenſione) ſummopere ſtudendum eſt, in qua literarum, ſyllabarumq; lenitatem, & aſperitatem attendimus. Nam in ordine dictiones ſingulæ, & coniunctæ conſyderantur non ferè à ſono, ſed à ſignificato. Porrò dicendum eſt potius aſperè, quàm impropriè.

Primum exemplum.

In iiunctura cauendum eſt creber vocabulorum, eorundẽ præſertim, concurſus, ſiue hiatus: vt, vaccæ æneæ amœniſsime impendebant.

Secundum exemplum.

Vitanda quoq; eſt aſperitas, quanq̃ vt arida, & ſubamara inter tenuia, & ſuauia guſtu, ſic aſperitas modica, & hiatus, inter ſuauia, & iucunda delectant. Aſperitatem quoq; facit m conſonans illiſa vocali.

Tertium exemplum.

*Vitanda eſt eiuſdem literæ, ſyllabæ, aut dictionis ni*mia, moleſtaq́; aſſiduitas. Vt, O Tite tute Tati tãta tyranne tuliſti. Item, Nam cuius rationis ratio non conſtat, ei rationi ratio non eſt fidem adhibere.

Quartum exemplum.

*Præterea mala eſt iunctura, quæ cacocephaton .i. ma*lum ſonum parit: vt, Numerum cum nauibus æquat.

Videndum autem eſt, ne vltima ſyllaba prioris verbi, ſit prima ſequentis. Et ne duæ, aut plures ſyllabæ priorem ſenſum terminent.

Vt apud Ciceronem, O fortunatam natam me conſule Romã. Et in epiſtolis, Res mihi inuiſæ viſæ ſunt Bru- Cicero
te. Et apud Vergi. Sola mihi tales caſus Caſſandra cane- Vergilius
bat. Et, Dorica caſtra. Et, Sale ſaxa ſonabant. Et, Sentis periuria gentis.

Quintum exemplum.

Similiter cadẽtia, vel deſinẽtia, & codẽ mõ declinata rarò iũgẽda ſunt: vt, optimorũ, fortunatorũq́ ĩperatorũ.

Sextum exemplum.

Monoſyllaba quoq;, ſi plura ſint, male concurrunt: duram enim compoſitionem faciunt. Quinetiam conſonantes aſperiores in iunctura rixantur. Multa quoq; breuia offendunt, & è diuerſo longa continuata tardãt orationem. Veruntamen nulla certa lex dari poteſt, ſed pro aurium iudicio, & dicendorum qualitate variãdus eſt ſtylus: peior autem eſt affectata diligentia, quàm ſimplex negligentia.

Exempla inuentu facillima ſunt. S litera ſibilũ parit, & R, rictũ: vt, Iã ſatis terris niuis, atq; diræ Grãdinis miſit pater, & rubenti Dextera ſacras iaculatꝰ arces Terruit orbẽ.i. Car. vbi Hora. rem depingere videt literarũ ſono.

Quartum præceptum eiuſdem.

IN ordine quoq; (quæ prima pars compoſitionis eſt) tam in ſingulis, quàm in cõiũctis verbis, ne quid perperàm locetur, ſumma cautio eſt.

Primum exemplum.

In ſingulis cauẽdum eſt, ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiungatur infirmius: vt ſacrilego, fur. Nam augeri, & inſurgere ſententiæ debent.

Secundum exemplum.

Si ordinem naturæ ſequemur, prius viros, quàm fœminas: ortum, quàm occaſum: deos, quàm homines dixerimus. Genera ſpeciebus, cõmunia proprijs, remota proximis antepoſuerimus.

Tertium exemplum.

Cauebimus autẽ ne ordo pariat ambiguitatem. Vt, Dico te Pyrrhe Romanos vincere poſſe.

Quartum exemplum.

Vitanda eſt etiam deformis verborum traiectio. Vt, Has res ô Luci ad te ſcriptas miſimus Æli.

Quintum exemplum.

Vitabitur ad hoc longa, & obſcura trãſgreſſio. Vt, ne exequias quidẽ vnus inter miſerrimos viderẽ meas.

Sextum exemplum.

Longa præterea verborum continuatio, quam vnus ſpiritus enunciare nõ poſſit, euitabitur. Qualẽ Valla cenſet in principio maioris operis Priſciani.

Septimum exemplum.

Cauẽdũ inſup ne ꝑmutato ordine ꝗd ſupuacuũ fiat.

Salluſtius ¶Vnde Salluſtius dicẽs, In tugurio mulieris ancillæ, bene addidit ancillæ, male additurꝰ mulieris, ſi ancillæ præmiſiſſet. Omnis ſiquidem ancilla mulier, ſed non omnis mulier continuò ancilla eſt. Similiter fratres gemini, rectè dicuntur; ineptè, gemini fratres.

Octauum exemplum.

Si quo ordine res geſtæ ſunt narrẽtur, apertã reddet
narrationem: ſed multò iucundiſſimũ eſt, in metaphoris
quoq; rerũ gerendarum ordinem conſpicere. Sicut in illo
Quintiliani, Duxit me ſimilis ætas, vicerũt officia, cœpit Quintilian⁹.
fides, amantẽ odiſſe nõ potui. Primùm ſiquidẽ ducimur:
déinde, vincimur: tũ capimur: & demũ ſic labaſcit nobis
animus, vt amplius odiſſe, nõ poſſimus. Hæc hactenus.
Nunc ad Auguſtinum noſtrum redibimus.

Epitoma Aſcenſianum.

Plena oratio tribus conſtat, ſuppoſito, verbo, & obli
quo: quorum hic plerũq; erit ordo, vt obliquus in princi
pio, ſuppoſitũ in medio, verbũ in fine locet. Et ſiqd poſt
obliquũ tanq̃ eius determinationem grammaticus loca
re conſueuit, id orator in prima fronte non raro ponit.

SCis plenã orationẽ cõſtare tribus partibus, quod ſup Cõtinuatio
poſitũ (vt eorũ ipſorũ vocabulis vtar) quod verbũ, ij. præcepti
quod appoſitũ vocãt. Dicũt igitur grãmatici: Scipio Auguſti.
Aphricanus deleuit Carthaginem. Ornatioris verò elo-
quij hoíes cõuerſo potius vtũtur ordine: Carthaginẽ Sci
pio Aphricanus deleuit. Illi, M.T. Cicero vtitur familia
riter P. Lẽtulo: nos verò, P. Lentulo M.T. Cicero fami-
liariter vtitur. Quibus planè exemplis patere arbitror,
appoſitum primũ in oratione, ſuppoſitum medium, no-
uiſſimum verò locum verbum tenere. Sed & ſi quid pro
grammaticorũ more poſt appoſitum ſitum erit, id initio
orationis poni ſolet: cuius rei exempla ſubnectam: Scipio
Aemilianus euertit Numantiam vrbem opulẽtiſſimam
Hiſpaniæ. Hiſpaniæ opulentiſſimam vrbem Numan-
tiam Scipio Aemilianus euertit. Nõ ignoras multa eſſe
genera epiſtolarũ. Epiſtolarũ genera multa eſſe nõ igno
ras. Lycurgus cõdidit ſanctiſſimas leges Lacedæmonijs,

*Lacedæmonijs ſanctiſſimas leges Lycurgus condidit.
multaq́; conſimili ratione. Appoſitum igitur plerunq;
principio ponitur, ſuppoſitum medio, fine verbum: vt,
Arcopagum Solon Salaminus primùm conſtituit. vbi
grammatici dicunt, Solon primus conſtituit Areopa-
gum. Cæterùm diuerſis ordinibus, & locis locandæ ſunt
partes pro aurium iudicio: quod quidem ſolo vſu
comparatur.*

¶ Ad huius clariorem cognitionem noſcere dignũ eſt,
quòd oratio abſoluta, ſiue plena eſt, quæ perfectam con
tinet ſentẽtiam. Et illa ex tribus potiſſimùm cõponitur,
Suppoſitum ſcilicet ſuppoſito, verbo, & appoſito. Suppoſitum eſt no
Verbum minatiuus ante verbum rectus. Verbum autem hîc in
Appoſitum propoſito, eſt verbum perſonale finiti modi. Appoſitum
eſt caſus poſt verbum rectus. Debet ergo ſm oratorum
leges primo loco appoſitum poni, ſecundo ſuppoſitum,
& tertio verbum: vt vbi grammaticus dicit, Gloria comi
tatur virtutem: potius dicendum eſt, virtutem gloria co-
mitatur. Studeant autem pro viribus adoleſcentes, ver-
bum principale in fine orationis ponere. Nil eñ illa gra-
tius eſt oratione, in qua verbum principale vltimum ſor-
titur locum: vt, Te ſanum eſſe (quod profectò mihi fuit
iucundiſſimum) ex tuis literis intellexi. Quòd ſi quid in
cõſtructione ſequatur appoſitum, vt genitiuus ab eo re-
ctus, aut quilibet alius obliquus, debet in oratione præ-
poni appoſito, vt quod conſtructione vltimum eſt, ſit pri
mum ſitu, et ẽ diuerſo, Vt grãmaticus dicit. Labor emol-
lit ingenij obtuſitatem: orator verò dicit, Ingenij obtuſi
tatem labor emollit. Similiter grammaticus dicit, Diligen
tia ſuperat grauiſſimam difficultatem cuiuſq; rei. Orator
verò dicit, Grauiſſimam cuiuſq; rei difficultatem diligen
Scipio aphri tia ſuperat. Duo fuerunt Scipiones virtute admodum
cannus inſignes. Prior Aphricanus cognominatus, eo quòd in
Scipio Æmili ſecundo bello Punico Annibale tandem deuicto, Car-
anus. thaginem Aphricæ vrbem celeberrimam in Romanorũ
poteſtatem

poteſtatem redegerit. Poſterior, Æmilianus cognominatus eſt, à Scipione Aphricano adoptatus. Hic in tertio bello Punico Carthaginem ſubuertit. Numantiam Hiſpaniæ vrbem fame diutius afflictam cepit, vt narrat Lucius Florus libro.ij.epitomatum de bello Numantino. Lycurgus (de quo autor ponit exemplum) fuit Lacedæmoniorum princeps clariſſimus, qui vt conditis à ſe legibus æternitatem daret, patriam ſpōte reliquit, & in Creta perpetuum egit exilium. Moriens iuſſit ne ſua oſſa Lacedæmona referrentur, vt non crederent Lacedęmonij ſe iuramento ſolutos eſſe, quo recedens Lycurgus eos aſtrinxerat, vt eius ſcilicet leges ſeruarent, donec reuerteretur. De quo latius tractat Iuſtinus libro ij.epitomatum. Lacedęmon, onis, vel Lacedæmonia, iæ, eſt vrbs Laconiæ, quæ etiam Sparta, tæ, vel Sparte, es, vocatur. Inde Lacedæmonius, & Spartanus nomina adiectiua. Solon fuit vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, patria Salaminus: vnde Salamin, inis: vel Salamus: vel Salamina, næ, eſt inſula in Euboico mari, contra Athenas ſita, vrbem habens ſui nominis, ex qua Solon oriundus Salaminus dictus eſt. Hic Athenienſibus leges dedit, & Areopagum inſtituit. Areopagus, Latinè Martis vicus dicitur. Nam vicus erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, in quo exactiſſimum de arduis rebus agebatur iudicium. Inde areopagitæ, iudices, qui in Areopago iudicabant. Hinc diuus Dionyſius Areopagita cognominatus eſt. Phalera phaleræ (licet frequentius pluraliter dicatur) equorum eſt ornamentum. Vergilius, Primus equûm phaleris inſignem victor habeto. Inde phaleratus, phaleris ornatus. Transfertur autem hoc nomē ad alia rerum, vt orationis, ornamenta. Inde phalerata verba dicuntur ornata, & ſplendida.

Lycurgus

Lacedęmon

Solon

Salaminus.

Salamin.

Salamus.

Salamina.

Areopagus

Areopagita.

Phalera.

Vergilius.

Ordo, & explanatio textus.

¶Tu adoleſcens lector, ſcis, id eſt ſcire debes, orationē plenam, id eſt perfectam, conſtare, id eſt confici tribus

Expo. Iodo. Clichtho.

Lacedæmonijs ſanctiſſimas leges Lycurgus condidit. multaq; conſimili ratione. Appoſitum igitur plerunq; principio ponitur, ſuppoſitum medio, fine verbum: vt, Areopagum Solon Salaminus primùm conſtituit. vbi grammatici dicunt, Solon primus conſtituit Areopagum. Cæterùm diuerſis ordinibus, & locis locandæ ſunt partes pro aurium iudicio: quod quidem ſolo vſu comparatur.

¶ Ad huius clariorem cognitionem noſcere dignũ eſt, quòd oratio abſoluta, ſiue plena eſt, quæ perfectam continet ſententiam. Et illa ex tribus potiſſimùm cõponitur, ſcilicet ſuppoſito, verbo, & appoſito. Suppoſitum eſt nominatiuus ante verbum rectus. Verbum autem hîc in propoſito, eſt verbum perſonale finiti modi. Appoſitum eſt caſus poſt verbum rectus. Debet ergo ſm oratorum leges primo loco appoſitum poni, ſecundo ſuppoſitum, & tertio verbum: vt vbi grammaticus dicit, Gloria comitatur virtutem: potius dicendum eſt, virtutem gloria comitatur. Studeant autem pro viribus adoleſcentes, verbum principale in fine orationis ponere. Nil eñ illa gratius eſt oratione, in qua verbum principale vltimum ſortitur locum: vt, Te ſanum eſſe (quod profectò mihi fuit iucundiſſimum) ex tuis literis intellexi. Quòd ſi quid in cõſtructione ſequatur appoſitum, vt genitiuus ab eo rectus, aut quilibet alius obliquus, debet in oratione præponi appoſito, vt quod conſtructione vltimum eſt, ſit primum ſitu, et ê diuerſo, Vt grãmaticus dicit. Labor emollit ingenij obtuſitatem: orator verò dicit, Ingenij obtuſitatem labor emollit. Similiter grammaticus dicit, Diligentia ſuperat grauiſſimam difficultatem cuiuſq; rei. Orator verò dicit, Grauiſſimam cuiuſq; rei difficultatem diligentia ſuperat. Duo fuerunt Scipiones virtute admodum inſignes. Prior Aphricanus cognominatus, eo quòd in ſecundo bello Punico Annibale tandem deuicto, Carthaginem Aphricæ vrbem celeberrimam in Romanorũ poteſtatem

Suppoſitum

Verbum

Appoſitum

Scipio aphricanus

Scipio Æmilianus.

poteſtatem redegerit. Poſterior, Æmilianus cognomi-
natus eſt, à Scipione Aphricano adoptatus. Hic in ter-
tio bello Punico Carthaginem ſubuertit. Numantiam
Hiſpaniæ vrbem fame diutius afflictam cepit, vt narrat
Lucius Florus libro.ij.epitomatum de bello Numanti- Lycurgus
no. Lycurgus (de quo autor ponit exemplum) fuit
Lacedæmoniorum princeps clariſſimus; qui vt condi-
tis à ſe legibus æternitatem daret, patriam ſpõte reliquit,
& in Creta perpetuum egit exilium. Moriens iuſſit ne
ſua oſſa Lacedæmona referrentur, vt non crederent La-
cedęmonij ſe iuramento ſolutos eſſe, quo recedens Ly-
curgus eos aſtrinxerat, vt eius ſcilicet leges ſeruarent,
donec reuerteretur. De quo latius tractat Iuſtinus libro
ij.epitomatum. Lacedęmon, onis, vel Lacedæmonia, Lacedęmon
æ, eſt vrbs Laconiæ, quæ etiam Sparta, tæ, vel Spar-
te, es, vocatur. Inde Lacedæmonius, & Spartanus no- Solon
mina adiectiua. Solon fuit vnus ex ſeptem ſapienti- Salaminus.
bus Græciæ, patria Salaminus: vnde Salamin, inis: vel Salamin.
Salamus: vel Salamina, næ, eſt inſula in Euboico mari, Salamus.
contra Athenas ſita, vrbem habens ſui nominis, ex qua Salamina.
Solon oriundus Salaminus dictus eſt. Hic Athenienſi- Areopagus
bus leges dedit, & Areopagum inſtituit. Areopa- Areopagita.
gus, Latinè Martis vicus dicitur. Nam vicus erat Athe-
nis, à templo Martis ſic cognominatus, in quo exactiſſi-
mum de arduis rebus agebatur iudicium. Inde areopa-
gitæ, iudices, qui in Areopago iudicabant. Hinc diuus
Dionyſius Areopagita cognominatus eſt. Phalera Phalera.
phaleræ (licet frequentius pluraliter dicatur) equo-
rum eſt ornamentum. Vergilius, Primus equûm pha- Vergilius.
leris inſignem victor habeto. Inde phaleratus, phale-
ris ornatus. Tranſfertur autem hoc nomẽ ad alia rerum,
vt orationis, ornamenta. Inde phalerata verba dicuntur
ornata, & ſplendida.

Ordo, & explanatio textus.

¶Tu adoleſcens lector, ſcis, id eſt ſcire debes, orationẽ Expo. Iodo.
plenam, id eſt perfectam, conſtare, id eſt confici tribus Clichtho.

partibus,quod,vt vtar vocabulis eorum ipſorum(qui
Suppoſitum partibus orationis talia nomina dederunt)ipſi gram-
Verbum. matici ſup.ſuppoſitum vocant, quod verbum vocant,
Appoſitum. quod appoſitum vocant.Grammatici igitur dicunt,Sci
pio Aphricanus deleuit Carthaginem, verò pro ſed,ho
mines ornatioris eloquij,id eſt,qui ornatius loquuntur,
quàm ipſi mere grammatici, hoc eſt oratores, vtuntur
potius ordine conuerſo,dicendo ſup.Carthaginem Sci
pio Aphricanus deleuit. Illi, id eſt grammatici ſup. di-
cunt ſic,Marcus Tullius &c.verò pro ſed,nos,qui orna
tius loqui volumus,dicimus ſupple ſic,Publio Lentulo
&c.Reliquorum ordo facillime patebit attentis regulis
de grammaticali conſtructione. Ideoq; in ſequentibus
non niſi obſcuriora ad ordinem repetemus, ſed voca-
bulorum rerumq; vim referemus.

Tribus partibus,quod ſuppoſitum &c. dabitur re-
gula à nobis,qua pręcipitur,quòd quãdo relatiuum po
nitur inter duo,quorum ſequens eſt proprium alicuius
rei,vt frequenter fit,mediante verbo ſubſtantiuo,aut vo
catiuo, tunc ſequenti, non præcedenti conformabitur.
Non dicit ergo,Tribus partibus, quas ſuppoſitum, ſed
quod &c.

Quod appoſitum vocant.

Appoſitum. ¶Appoſitum à grammaticis recentioribus creditur eſſe
verbum,ſed melius dixeris illud appoſitũ,quod oratio-
ni de ſuppoſito,& verbo apponitur:hoc eſt nomen obli
quum.Et pro obliquo capitur hîc.

De *proprijs nominibus.*

¶Propriorum nominum quatuor ſunt ſpecies, præno-
Prænomen. men, nomen, cognomen, & agnomen. Prænomen eſt,
quod præponitur nomini, differentię,vel amicitiæ cau-
ſa: vt Quintus, Aulus, Titus, &c. Videtur enim eſſe
quiddam feſtiuitatis, atq; blanditiarum in prænomini-
Horatius bus.Vnde Horatius in Sermonibus, Gaudent præno-
Nomen. mine molles Auriculæ.Nomen,eſt propriè vniuſcuiuſq;
Cognomen. ſuum;vt Cęcilius. Cognomen,eſt cognationis, & fami-

lix nomen: vt Scipio. Dicti autem ſunt Scipiones à ſcipione, id eſt baculo, cui primus huiuſmodi cognominis incumbere ſueuit. Apud Plautum (ne fide careat quod dixi ſcipionem baculum ſignificare) pro eo ſignificato reperies. Agnomen eſt, quod ab aliquo euentu imponitur: vt Numidicus ei, qui Numidiam deleuit. Torquatus ei, qui torquem detraxit collo cuiuſdam Galli, quem ſingulari certamine vicerat. Aphricanus, qui Carthaginem in Aphrica deleuit. Siquidem ad hunc locum pertineret hiſtorias recẽſere, & vocabula declarare, dicerem quot Scipiones, & qui olim claruerunt, ſed nimiùm vagarer. Publius Lentulus is eſt, ad quem Cicero epiſtolas dedit. Agnomen.

*Nouiſſimum locum, id eſt vltimum, quia res nouiſ*ſimæ, hoc eſt recẽtiſſimę, vltimæ vt plurimùm factę ſunt. Ciceronem tamen negant nouiſſimum, pro eo quod eſt vltimum, id eſt ſupremum poſuiſſe.

Si quid erit ſitum, id eſt poſitum, poſt appoſitum. i. vt dixi, poſt obliquum.

Lacedæmonij populi ſunt Lacæni, ſeu Spartani, ex Lacedæmone ciuitate nobili in Sparta regione. Vnde ſcies quòd populi dicuntur Lacedæmonij, non Lacedæmones. Ciuitas aut autem hæc Lacedæmõ. Vnde & Lacęnus deriuatur. Sed ad alia aliquando accedendum eſt. Lacedæmonius. Lacedæmõ

Epitoma Aſcenſianum.

Aduerbia paſſim vbiuis, ſi modò conguerint, locari poſſunt, ſed iuxta verbum frequenter poni deſiderant.

De aduerbiorum ſitu.

Præceptum III.

IAm verò de aduerbijs (quæ ſunt veluti adiectiua verborum) dici poteſt, vbiuis loci ponenda eſſe, vbi demum aptius congruere viſa fuerint, modò in principio, modò in fine, modò interiecta inter vtrunq;: qua in re diligenti vtendum eſt conſilio. Sed pro

pe verbum frequentius peruenuſtam reddunt oratio-nem:ut, Fabius Maximus ante alios fortiter,atq; ani-moſè pugnauit. C. Lælius Scipione familiariſsime vte-batur. Clementiſſimus Cæſar humiliter ignoſcebat. Nunc verò ad reliqua.

¶ Iam verò &c. Hîc autor de aduerbiorum ſitu agit, & tres ſcinditur in partes. In prima, præceptionem tradit. In ſecunda, eam exemplis confirmat. In tertia, continua-tionem ſequentis ſubiungit præcepti. Secũda ibi, Vt Fa-bius. Tertia ibi, Nunc verò.

Expoſi. Iod. Clichtho.

Expoſitio Iodoci Clichthouei.

¶ Aduerbia vocantur adiectiua verborum, quia deter-minant ſignificationem verborum, quibus ſunt adiecta: vt nomina adiectiua ſuorum ſubſtantiuorũ. Poſſunt au-tem aduerbia poni pro ſcribentis arbitrio, vbi aptior eo-rum locus viſus fuerit: ſed maximam afferunt orationi venuſtatem, quãdo ſtant iuxta verbum, quod determi-nant. Omnis enim determinatio prope ſuum determina-bile locari petit: vt, Me tua beneficentia benigniter ſub-leuaſti. Ille me hoſpitio humaniter ſuſcepit. Aduerbia ta-men ſuſpenſiua, quæ vno verbo nõ ſunt contenta, vt cõ-pletam faciant ſententiã, ſed duas ſaltem requirũt oratio-nes, qualia ſunt, quũ primùm, vbi primùm, quando pri-mùm, poſteaq̃, ſimul ac, ſimul atq;, donec, dum, in princi-pio debent poni: vt, Quum primùm te ſanũ eſſe percepi, nõ mediocriter gauiſus ſum. Sed de iſtis non datur hoc præceptum, quin potius de aduerbijs qualitatis, quæ in-differenter in oratione ponũtur: vt, Iuſſa tua exequar di-ligenter. Inter verbum autem, & aduerbium ſequens ele-ganter ponitur iſta coniunctio, & quidem: vt, Tuo deſy-derio ſatiſfaciam, & quidem libentiſſime. Vbiuis loci. i. in quocunq; loco placet, vt in principio, medio, vel fine. Interiecta, interpoſita: ab inter, & iacio venit. Inde inter-iectio nomen verbale, interpoſitio.

Ordo, atq; explanatio textus.

¶ Iam verò. Ordo eſt, Verò pro ſed, poteſt iam dici de aduerbijs (quæ ſunt veluti adiectiua verborum) ea ,ſup. locanda eſſe paſſim. i. quaſi per ſingulos paſſus, vbiuis loci. i. vbilibet, vel vbiq; locorum, demũ. i. præcipuè in eo loco, vbi. i. in quo, ipſa aduerbia fuerint viſa cõgruere. i. congruè, & concinnè poſſe poni. Modò. i. alíquando, in principio, modò. i. alíquando interiecta inter vtrũq;, hoc eſt inter principium, & finem, quod eſt in medio. Qua in re, hoc eſt, in quo ſitu aduerbiorum, vtendum eſt. i. oportet vti diligenti conſilio. Sed aduerbia ſup. reddunt. i. efficiunt frequentius orationem peruenuſtam. i. valde politam, ſi ponantur iuxta verbũ, vt Fabius &c. Nunc verò ad reliqua, ſupple pergamus, vel procedamus.

Aduerbium dicitur, quia ad, id eſt ſecundũ, vel iuxta verbum ponitur. Ad enim capit̃ pro eo quod eſt apud, vel iuxta, vel ſecundum alíquãdo: vt, Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis. Aduerbium

Paßim, eſt quaſi per ſingulos paſſus, ſicut viritim per ſingulos viros: membratim, per ſingula membra: tributim, per ſingulas tribus: generatim, per ſingula genera. Paſſus autem, eſt quantùm panduntur. i. extenduntur pedes, vel crura ambulantis. Itaq; paſſim non eſt idem quod vbiq;. Vbiq; enim eſt in omni loco, abſq; interuallo: vt in prato vbiq; poſſunt eſſe gramina, ſed nõ paſcuntur vbiq; boues, quia interuallum ſemper eſt: ideoq; dices paſſim boues vagari. Paſſim.

Peruenuſtam orationem reddunt.

¶ Peruenuſtus eſt valde pulcher: quia, per, præpoſitio poſitiuos, quibus præponitur, auget. ſignificat enim aut valde, aut perfectè. Venus autem eſt ſydus, & dea amoris, & pulchritudinis. Et per metonymiam, ipſa pulchritudo, & decentia formæ. Vnde Horatius: de arte poëtica: Ordinis hæc virtus eſt, & Venus. id eſt decentia, & pulchritudo. Inde venuſtus, a, um, pulcher, decens: & quod vulgò dicunt, gratioſus.

Reddere aliquando eſt efficere. *Tractumq́; eſt ab* operarijs, qui vbi quod faciendum acceperunt, effecerunt, reddunt. Vt ſi pictori tabulam pingendam locaueris, is vbi eam depinxerit, reddit depictam.

Fabius Maximus, Vide Liuium. *Caius Lælius*, vide etiam Valerium Maxi. Numerãtur autem Caius Lælius, & Scipio, inter paria amicorum apud Romanos. Scias autem in hmõi prænominibus, nõ ſolere ſcribi niſi vnum, aut duo elementa. Vnde C. ponitur pro eo quod eſt Caius. L. Lucius. A. Aulus. T. Titus. Cn. Cneus. Sed te nõ fugiat C literam proferri nonnunq̃ ſicut G. Vnde ſcribimus Caius, & proferimus Gaius. Lycurgus, & dicimus Lygurgus. Amurca, & dicimus amurga. Cneus, & proferimus Gneus &c.

Cæſar *Clementiſſimus Cæſar. de Iulio Cæſare hoc dicitur,* qui primus in familia Cæſarum perpetuum imperiũ obtinuit: Quiq̃ (vt Plinius dicit) vſq; ad pœnitudinem clemens fuit. Nam ab his, quibus pepercit, interemptus eſt. Dicta autem eſt familia Cæſarũ (vt plurimi volunt) à cædendo: quia primus eius cognominis cæſo, & ſecto matris ventre editus eſt. Clemens dicitur quaſi colens men- Clemens tem. i. pius, & facilis, non citò iraſcens. Sunt ergo exẽpla hæc ex hiſtorijs Romanis ſumpta. ſed ad alia vocamur.

De præpoſitionum, & integrarum plerũq; orationum inter adiectiuum, & ſubſtantiuum interiectione. Præceptum IIII.

PRæpoſitiones perpulchrè inter ſubſtantiua, atq; adiectiua nomina interijciuntur: vt, feraci in agro, ornatiſſimo in loco, maximas ad res, hanc ob cauſam, iuſtis de cauſis: aliaq́; huiuſmodi complura. Nec *præpoſitiones ſolùm, ſed alia præterea. Eiuſmodi* nunc *exempla: Maxima in republica diligentia, magna in parentes pietas, incredibilis in omneis ciues obſeruantia, ſumma in hoſtes liberalitas.*

¶Præpoſitiones. Impræſentiarum Au. de monoſyllabę ſitu præpoſitionis præceptionem dat:et bifariè partitur. Primò, ſæpe dictū ait exemplificādo. Secundò, præpoſitionem ſuo cum caſuali inter adiectiuum, & ſubſtantiuum pulchrè locari demonſtrat, exemplis probando. Secundum ibi, Nec præpoſitiones.

Declaratio Clichthouei.

¶Hoc præceptum duas habet partes. Prima, quū ſubſtantiuum eſt caſuale alicuius prępoſitionis, illa præpoſitio eleganter inter adiectiuū, & ſubſtantiuum ſuū caſuale ponitur: vt, Noſtris in ædibus, media in vrbe. Secūda pars eſt, Inter adiectiuū, & ſubſtantiuū elegāter ponitur præpoſitio cū ſuo caſuali: vt, Summus in parentes amor habendus: eſt, qui multa in filios beneficia contulerunt. Caſuale autem præpoſitionis eſt accuſatiuus, & ablatiuus, ad prepoſitionem poſitus, qui & caſus præpoſitionis dicitur. Expoſi. Io. Clich tho.

Epitoma require vbi capita ſunt, Orator quinto, & Orator decimoquarto. Ordo quoq;, & explanatio textus patent. Dictum autem eſt præpoſitiones monoſyllabas inter partes caſualis poni, quoties adiectiuum, & ſubſtantiuum complectitur. Compluria, & complura, vtrunq; legitur non rarò. Non dicas autem, complurima, ſed q̄plurima: nec quàmplura, ſed complura, vel cōpluria, & complures.

In parentes. i. erga parentes.

¶Nam contra, præpoſitio, ſemper hoſtilitatem: erga denotat amicitiam: in verò, vtrunq;. vt hîc, beneuolentiam, alibi inimicitiam: vt, in adulterum, & deſertorem.

Obſeruantia, & obſeruatio (vt docet Valla) differūt. Obſeruātia.

¶Obſeruantia enim venit ab obſeruo, ſeu ab eius participio, pro ea ſignificatione, quæ eſt non ſpeculantis modò, & cuſtodientis, ſed admirantis, venerantiſq; & id tantùm in homines, non in res, quoties quem vel virtute, vel dignitate ſuſpicimus, & colimus. Eſt ergo obſeruantia veneratio quædam, & honoris exhibitio.

Obſeruatio autem venit ab eodem verbo, pro ea ſignificatione, quę eſt cuſtodire oculis, animoq́ in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio, tacitoq́ prætereat: vt, obſerua tranſeuntes. Teren. Obſerua Dauum quid agat, &c. Eſt ergo obſeruatio diligens cuſtodia. Vnde illos, quos fratres de obſeruantia vocãt, melius obſeruationem, quàm obſeruantiam ſuum inſtitutũ (inquit Valla) nominarẽt. Rectè autem hîc ponitur.

De interiectione genitiuorum inter duos nominatiuos, & contrà. *Præceptum.* V.

ATq; etiam pulcherrimum inter duos caſus, putã duos nominatiuos, aliquid cõtinuè ponitur: vt, omnia reipublicæ iura, conſtantes militũ animi, magna ſceleratorũ hominum flagitia. Econuerſo etiam cõſtituta, ac tranſpoſita oratio plurimùm exornat: vt, huius claritudo viri, huius Quirites autoritate loci.

¶Atq; etiã &c. Hoc in loco Aug. de ornato genitiui recti ſitu inter adiectiuũ, ſubſtantiuũq́, in quocunq; ponantur caſu inſtitutionẽ aſſignat. Et duas habet particulas, In prima, ſępe dictũ agit, exornando. In ſecunda, dictionem regentem (in quocũq; fuerit caſu) venuſtè inter adiectiuũ, & ſubſtãtiuum in genitiuo poſita locari docet. Secunda ibi, Econuerſo etiam.

Expo. Iodo. Clichthoue. *Gloſſa Clichthoueana.*

¶Hoc etiã præceptũ duas habet partes. Prima eſt, genitiuus elegãter ponit̃ inter adiectiuũ, & ſubſtantiuũ, à quo regit̃: ſiue illa in nominatiuo, ſiue altero quocunq; caſu ponant̃: vt, firma amoris conſtantia nulla aduerſitate frãgitur. Egregia Romanorum virtus vbiq; prędicatur. Secunda pars eſt, Inter adiectiuũ, & ſubſtãtiuũ in genitiuo poſita, elegãter ponit̃ dictio regẽs illius ſubſtantiui, ſiue in nominatiuo, ſiue quocunq; altero caſu poſita: vt, hæc ſunt noſtri monumẽta laboris. hoc munus eſt ſynceri pignus amoris. Ex his autem duobus præceptis facilè haberi poteſt, quòd inter adiectiuum, & ſubſtantiuum ali

quid venuſtè ponitur, aliquando nomen, aliquãdo pro-
nomen, aliquando verbum, aliquando aduerbium, & ſic de alijs partibus orationis: vt, Tuę quidem voluntati morem geram. Vera ſemper amicorum dilectio in aduerſitate probatur. Magnum profectò laborem pro te cœpi. Et quod hîc de adiectiuo dicitur, etiam intelligendum eſt de demonſtratiuo pronomine, quod vim quandã adiectiui obtinet: vt, Ea de re certi nihil habeo. Tuus ille ſingularis in me amor mihi profectò eſt gratiſſimus.
Quirites, Romani à Romulo (qui Quirinus dictus. Quirites
eſt) nuncupati ſunt Ouidius, Vos vrbe virum prohi- Ouidius
bete Quirites. Vergilius, Remo cum fratre Quirinus Vergilius
Iura dabunt.

Aſcenſius.

¶ Quirites ſunt Romani dicti, vt ait Ouidiꝰ, Siue quòd Aſcenſius
haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis: Seu quia Romanis iunxerat illa Cures. Pro hoc autem ſignificato tantùm pluraliter declinatur. Oratores autem quoties à populo Romano aut opem, aut gratiam, aut veniam, aut aliud quoduis exorare voluerunt, Quirites compellabant. Vnde tractum eſt verbum Quiritari: quod, vt ait Donatus, eſt Quirites conclamare. Quando ergo ad populum Romanum ſermo eſt, compellantur Quirites.

Epitomata in textu ſunt duo.

Venuſtè plerunq; præponitur adiectiuum nomen ſubſtantiuo. Item, *Magni refert quo loco quæq; dictio ſita ſit.*

De adiectiuorum ſitu. Præceptum. VI.

VEnuſtè etiam plerunq; præcedit adiectiuum nomen ſubſtantiuũ: vt, tua dignitas, optima virtus, diuinũ ingeniũ, exquiſita doctrina. Magni enim refert quo loco quæq; dictio ſita ſit, quod teſtatur Boethius in ſuis cõmẽtarijs, quos in Ariſtotelis librũ cõſcripſit, vbi & Ciceronis, & Vergilij ponit exẽpla. Boëthij

autem ipſius hæc verba ſunt: Etenim quantùm ad compoſitionem orationis ſpectat, maximùm differt quo verba, & nomina prædicationis ſuæ ordine proferantur. Multùm enim intereſt in eo, quod ait Cicero, Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna ſeruauit, ita dixiſſe vt dictũ eſt, an ita, Ad hanc te amentiam peperit natura, exercuit voluntas, ſeruauit fortuna. Sic enim minor eſt ſententiæ magnitudo, minuſq; in ea lucet id, quod ſi ſic componatur, eminet, & ſeſe vel nolentibus hominum auribus, animiſq; patefacit. Rurſus cùm dicit Vergilius, Paciq; imponere morem: potuiſſet ſeruaſſe metrum, ſi ita dixiſſet, Moremq; imponere paci. ſed eſt debilior ſonus, nec eo ictu verſus tam præclarè, vt nunc, compoſitus diceretur. quod idem non eſt apud dialecticos. Hæc Boëthius. Nunc ad reliqua.

¶Venuſtè etiam. Hac in parte Autor de ſitu tum adiectiui, tum ſubſtantiui in oratione eleganti præcipit, & quatuor diſtinguitur in partes. In prima, dictum facit. In ſecunda, illud exemplis probat. In tertia, notabile de congruo partium ſitu generale ſubiungit. In quarto, alias ſe daturum præceptiones proponit. Secunda ibi, Vt tua. Tertia ibi, Magni enim. Quarta ibi, Nunc ad reliqua.

Gloſſa Clichthouei.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Cùm triplex ſit adiectiuum, nominale, vt clarus: pronominale, vt tuus: participiale, vt ſpectatus: hoc præceptum commune eſt omnibus adiectiuis. ſ. quòd elegantius adiectiuũ præcedit ſubſtantiuum: vt, clarũ ingeniũ, tuus animus, ſpectata fides. Subiungitur ab autore documentum ad omnia præcepta cõmune, quòd magna eſt differentia quo loco vnaquæq; dictio in oratione ponatur, quandoquidem ſua cuiq; dictioni loca congrua ſunt, quibus mutatis, oratio nõ eam præ ſe fert venuſtatem, quã haberet ſi omnia debito cõſtarent ordine, quod recto quidem auriũ iudicio cognoſci poterit. Sicut enim

in ædificio conſtruendo lapides nõ temere ponuntur in muro,ſed hi aptè primo,hi medio,& hi poſtremo accõmodantur loco: ſic in Latina oratione aliquæ dictiones aptè præponuntur,aliquæ interponũtur,& aliquæ poſtponuntur.Quod confirmat autor diui Seuerini Boëthij autoritate,qui in principio quinti libri ſecundæ editionis in librũ de interpretatione,ſiue perihermenias Ariſtotelis,Ciceronis in oratione ſoluta ponit exemplum,ſumptum ex oratione eius in Catilinam,& Vergilij etiam in carmine affert teſtimonium ex.6.Ænei. Hæc verba imperſonalia intereſt,& refert,pro differt,eleganter ponuntur cũ aduerbijs quantitatis paulùm, parum, aliquantulùm,multùm plurimùm.Teren.Paululùm intereſſe cẽſes, ex animo hæc omnia,vt fert natura, facias, an de induſtria.Sic quod vulgariter dicunt,eſt totum idem, nihil eſt ad dicendum,elegantius dicitur,nihil refert:vel,nihil intereſt.Ponuntur etiam venuſtè cũ genitiuis magni, parui,maximi,minimi,multi,plurimi:vt,magni intereſt,parui refert:quod vel ſola textus cõpoſitione eſt manifeſtũ. Dialectica,cæ:vel dialectice,ces,cum i Latino, & c ante t ſcribi debet:ſcientia eſt veri, falſiq; indagatrix, quæ & logica dicitur.Inde dialecticus adiectiuũ ſignificat dialecticæ peritum. Intereſt

*Ordo ſatis patet. Nihil eſt quod dubites,niſi quo pa*cto maius illis exemplis pondus ineſt, ſi priori ordine, quàm ſi poſteriore conſtruantur.Quod quantùm ad ſonoritatem ſpectat, aures peritorum facilè percipiſcunt. Quantùm verò ad ſententiam hoc ſatis ſit dixiſſe, totam vim dicendi ſæpe in id,quod præponitur,retorquemus. Itaq; qñ Cicero dicit,ad hanc te amentiam natura peperit &c.videtur dicere,totum ſtudium naturæ fuiſſe,vt te amentem pareret.Et cùm Vergilius inquit,Paciq; imponere morem.Virtus emphatica eſt in dictione,paci: quia non tanti facit,quòd morem populus Romanus imponat,quanti quòd paci: ideoq; ait,paciq; imponere morẽ. Alias rationes ſibi quiſq; conijcere poteſt.

Commentarius,& hoc commentarium dicitur.

Commentarius. ¶ Scies autem multa adiectiua,ſi ad ſatis apertum ſubſtantiuum maſcu.generis referantur,in maſculino poſſe poni:quæ ſi abſolutè ponantur,in neutro genere plena eſſent.Cùm ergo dico cõmentarium,natale,molare,&c. nihil addendum eſt,Cùmverò dico commentarius,ſubauditur liber, vel autor ipſe:natalis,ſubauditur dies.Vergi.Meus eſt natalis Iola.Molaris,dens,vel lapis.Septem ber,vel Aprilis,menſis &c.

De negatiuæ dictionis ſitu. Præceptũ. VII.

NEgatiua dictio aptè in calce orationis ponitur: vt præſtantiorem te vidi nemmẽ.Scipione clariorem in bellicis laudibus inuenies neminem. Tua erga me beneuolentia, tuo in me animo gratius eſt nihil.Qui te ardentius amet,habes neminem.

Negatiua dictio. Negatiua dictio eſt,quæ in ſe negationem includit: per quam,cum dictione affirmatiua explicatur. vt nihil,non aliquid:nunq̃,non vnq̃:nuſq̃,non vſq̃.Et eleganter in fine orationis ponitur:vt,quem te magis amem, habeo profectò neminem.Tuis literis mihi iucundius eſt nihil. Tui immemor ero nunq̃.Qui tui ſit amantior, inuenies nuſq̃.Similiter Omnis(quę dictio affirmatiua eſt vniuerſalis)cum ſuis cõdeclineis eleganter in fine ponitur:vt, Terentius. Tuam virtutem mirantur omnes.Teren.Neſcio an quæ mihi dixit,ſint vera omnia.

Epitoma in textu eſt:ſcilicet, Negatiua dictio apertè in calce orationis ponitur.

¶ Cætera autem patent.Dictũ em̃ eſt calcẽ pro extremo fine poni,ſicut ecõtrario frontẽ pro primo principio. Potes aũt ad hũc locũ addere hæc ex Sulpitio Verulano.

Superlatiua, & aduerbia longiora habent in fine clauſulæ gratiam:negatiuæ dictiones, vt nullus, nemo: affirmatiuæ,vt omnis. Et inſigne aliquod adiectiuum conſpicuè collocatur in fine.

¶ Vt, Vergilio clariorem inter poëtas inuenies nemi-nem. Idem factitant, omnes. Sunt hæc, quæ dicis, egre-gia. Hæc Sulpitius.

Epitome.

Poſſeßor ante poſſeßionem venuſtè ponitur.

De poſſeßoris ante poſſeßionem ſitu. *Præceptum. VIII.*

SEd & poſſeßor ante poſſeßionem: vt, optimi viri diuitiæ, præſtantis viri virtus, prudentiſſimi homi-nis conſilium.

¶ Sed & poſſeſſor &c. Autor hic de ſitu & poſſeſſoris, & poſſeſſionis elegāti in oratione meminit. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt optimi.

Interpretatio Clichtoueana,

¶ Poſſeſſor, eſt nomen ſignificans rem poſſidentem. Poſ-ſeſſio, eſt nomen ſignificans rem poſſeſſam. In oratione autem Latina eleganter poſſeſſor ante poſſeſſionem po-nitur: vt, regis imperiū, patris autoritas, animi conſtātia, viri dignitas. Immo genitiuus omnis elegantius ſuo re-genti præponitur, quæcunq; etiam fuerit genitiui ad no-minatiuum habitudo: vt, literarum ſtudioſus, virtutis amator. Et hoc ex eo venit, quia quælibet dictio recta venuſtius præponitur ſuæ dictioni regenti: vt, qui virtu-tem colit, magna quidem laude dignus eſt. Cauſa huius eſt, quia, vt patuit, omnis obliquus venuſtè ante dictio-nem à qua regitur, ponitur: quod præcipuè de genitiuo hîc prçcipitur, & de ablatiuo à comparatiuo recto apud Sulpitiū. Vnde rectius dices, Scipione clarius nihil eſt: quàm, nihil eſt clarius Scipione. Et hæc de dictionū ſitu: de ordine pauca quidem, ſed aurea præcepta vide apud Sulpitium. In textu, ne te fugiat, ſubauditur, ponet, vel locabitur: vt ſit, Sed & poſſeſſor locabitur ſup, &c. Expoſi. Io. Clichtho.

Epitoma Aſcenſianum.

Pulchrè pro gerundijs vtimur frequenter gerūdiuis

nominibus in eo caſu, in quo gerundium poneretur, more cæterorum adiectiuorum in genere, & numero conformatis. Immo per omnes caſus reperiri poſſunt.

De vſu gerundiuorum nominum pro gerundijs, *Præceptum* IX.

Quid verò pulchrius, quàm ſi pro gerundijs, quæ appellant, vtamur gerũdiuis nominibus? Ac tritum eſt Priſciani exemplum, Veni cauſa amandi virtutem, veni amandæ virtutis cauſa: gratia gerendi bella, gerendorum bellorum gratia: ad amplexandã virtutem, magis quàm ad amplexandũ virtutẽ. Quæ vna præceptio optima eſt, crebraq́; eius apud Marcum Tullium, aliosq́; eloquẽtes viros fuit obſeruatio.

Quid verò de venuſto gerundiuorum vſu nominum apud oratores vſitatam præceptionem tradit, tria faciendo. Primò, ſæpe dictum agit. Secundò, exemplis probat. Tertio, hoc præceptum ab eloquentibus vſurpatum viris concludit. Secundum ibi, Ac tritum. Tertium ibi, Quæ vna.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. Gerundium ¶ Gerundium eſt verbum participiale, quod in di, vel in do, vel in dum terminatur, ſine certa generis, & numeri determinatione. Et regit talem caſum, qualem verbum à quo deſcendit. Sed gerundiuum eſt nomen adiectiuum, à gerundio formatum, eiuſdem cum eo ſignificationis, et declinatur per tria genera, & per omnes caſus in vtroq; numero, nec aliquem regit caſum poſt ſe, ſed pro ſuo ſubſtantiuo requirit caſum ſui gerundij ſecum in omnibus accidentibus conuenientem. Caſum gerundij voco obliquum à gerundio rectum: vt, non eſt mihi otium narrandi hanc rem. ibi, narrandi gerundium eſt. Non eſt mihi ocium huius rei narrandæ, ibi nomen gerundiuum eſt. Vult ergo hoc præ

ceptum, quòd loco orationis de gerundio, elegantius vtimur de gerundiuo. Sed vt facilè ſciant omnes vnam orationem in alteram conuertere, ſummopere obſeruandum eſt, quòd gerundiuum in eodem caſu maneat, in quo fuit gerundium, & caſus gerundij in eodem ponatur caſu cum gerũdiuo, ſi prius alterius caſus fuerit: caſus autem gerundij eiuſdem maneat generis, & numeri, cuius ante fuit, & gerundiuum nomen ei in genere & numero conformetur. Debet enim obliquus ille ſubſtantiuus gerundiuo ſuo adiectiuo in caſu accõmodari, & gerundiuum debet ſui ſubſtantiui genus, & numerum ſequi, vt ſic in tribus, genere, numero, & caſu conueniant: vt, homo natus eſt ad comparandum virtutem: ſic elegãtius dicitur, homo natus eſt ad comparandam virtutem. In ſcribendo epiſtolas opus eſt arte: ſic melius, In ſcribendis epiſtolis opus eſt arte. Et eo pacto varia poſſunt formari exempla pro generum, numerorum, & caſuum diuerſitate. Tritum, vulgatum, conſuetum, vſitatum, & frequenter vſurpatum, nomen eſt comparationem recipiens. De nominatiuo tamen rarius eſt exemplum: vt, anni voluendi taciti nos edunt. De genitiuo frequẽtiſſimum: vt, tui videndi cupidus ſum. Vt verò in libello noſtro dicemus, Valla oſtendit quoties relatiuum interceſſerit, de neceſſitudine gerundium, non gerundiuũ nomen poni: vt, Hic dies attulit nobis initium dicendi, quæ vellem: non autem, dicendorũ eorũ quæ vellẽ. De datiuo: vt, vaco colendis agris. De accuſatiuo: vt, ſum idoneus ad colendos agros. De vocatiuo rarũ, aut nullum eſt. De ablatiuo: occupatus ſum in agro colendo. Quomodo autem gerũdijs, & qnomodo gerũdiuis vti oporteat, ſuo loco dicemus,

Ordo, & explanatio textus.

¶Verò. i. ſed, qđ pulchrius, ſubaudi dici poteſt, quàm ſi vtamur pro gerundijs, quæ grammatici ità appellant, nominibus gerundiuis, id eſt more gerundiorum ferè ſignificantibus. Dicunt eñi gerundiua nomina, eo quòd

gerundiorum more quandam adminiſtrationem rerum ſine tempore ſignificant, quãobrem participia non ſunt. Notabis autem quòd in primo capitulo diximus autorẽ eſſe præceptorum ſuorum obſeruantiſſimũ. Multa enim varietate (quã pręcipuam oratoris virtutem putat) exordia ſumit. Sunt autem familiares huiuſmodi interrogationes. Quid verò pulchrius? Quid hoc, nònne pulcherrimum? Præceptio (vt dixi) & præceptum idem ſunt.

Epitoma Aſcenſij.

Relatiuum quod cum antecedẽte in genere, in numero, & perſona conformari ſolet, quoties inter duo ſubſtãtiua ponitur, quorum ſequens eſt alicuius rei proprium, Latinè cum illo ſequenti conſtrui vult: quòd ſi appellatiuum fuerit, poterit cum alterutro conformari, nunc cum antecedente, nunc cum conſequente,

De *congruentia nominis relatiui plerunq; cum conſequente.* Præceptum. X.

NVnc autem multa conficiam, quæ ſi diligenter aduerteris, haud parum ornatus Latino *conducent eloquio. Sed id mihi in primis animaduertendum videtur, vt cùm tria fuerint, antecedens, conſequens, & eorum medium relatiuum nomen, ſi ſit id conſequens vel hominis, vel rei cuiuſpiam proprium nomẽ, relatiuum conſequenti ſemper congruat, alioqui nõ Latina oratio fit, ſed à doctiſſimorum hominum conſuetudine longè aliena. Aliâs poteſt cum alterutro conuenire, ſi non conſequatur proprium nomen: quam rem facilè exempla declarant, & priſcorum autoritates complures. M. Cicero primo Tuſculanarum quæſtionum: Studio ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur. Et ſexto de re publica: Concilia, cœtuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellãtur. Atq; iterum, Ex illis ſempiternis ignibus,*

bus,quæ vos ſydera,& ſtellas nũcupatis. Salluſtij quoq; illud tritum eſt: Eſt locus in carcere, quod Tullianũ appellatur.Innumerabilia in vetuſtis codicibus id genus inuenies. Nec id eſt grammaticæ artis vitium, quod quidam ignari literarum arbitrantur.Sed & nos aliquid exemplorum afferamus. Præclarum eſt Ciceronis opus,qui Cato Maior dicitur. Nam quod Cato Maior dicitur, non Latinè profertur.Conſimiliter:Vrbis viſceribus conſulendum eſt,qui ſunt ciues.Perditi viri ex vrbibus pellẽdi ſunt,quæ eſt ciuitatum pernicies, & ſentina dedecoris.Plerũq; igitur relatiuum nomen cum eo concors eſt,quod ſequitur.

¶Nunc autem &c.Hoc in pręcepto autor & venuſtam relatiui conformitatem cum ſequenti ſubſtantiuo, & vſitatam apud oratores demonſtrat. Et quatuor diſtribuitur in partes.In prima, dicta dicendis continuat. In ſecũda,præceptionem bimembrem ponit.In tertia, eã exemplis confirmat.In quarta,principale concludit pręceptũ. Secunda ibi, Sed id mihi. Tertia ibi, Quã rem. Quarta ibi,Plerunq; igitur.

Clichthoueana interpretatio.

¶Antecedens,eſt nomen ſubſtantiuum, præcedens relatiuum.Conſequens,nomen ſubſtantiuum,ſequens relatiuum.Nomen relatiuum eſt,hoc relatiuum qui,quæ, quod:in quo quidẽ potius,quàm in alijs relatiuis, hæc regula ſeruata conſpicitur. Et huius præcepti duæ ſunt partes. Prima eſt,Si relatiuum ponatur inter duo nomina ſubſtantiua diuerſorum generum, aut numerorum,& ſequens nomen ſubſtantiuum fuerit proprium nomen alicuius rei,ſic quòd per verbum vocatiuum ibidem poſitum ſignificetur alicuius rei denominatio,tunc relatiuum debet ſemper conuenire cum ſequenti,& nõ cum præcedenti ſubſtantiuo. Quòd ſi conuenerit cum præcedenti,oratio non erit Latina;vt,eſt vrbs in Gallia, Expo.Clich.

quod Lugdunum appellatur. & non, quæ. Eſt flumen apud Parhiſios,qui Secana dicitur:& nõ,quod Sequana dicitur. Nec debet illud ſubſtantiuum ſequens eſſe ſemper propriæ qualitatis, ſed ſufficit quòd alicuius rei nomen exprimere ſignificetur,q̃uis etiam appellatiuum ſit,vt ſatis declarant exempla textus. Nec eſt in iſtis orationibus aliquod vitium contra grammaticæ præceptiones,immo plurimũ ornatus. Secunda pars eſt,Si relatiuum ponitur inter duo nomina ſubſtantiua diuerſorũ generum,aut numerorum,& ſequens non ſit nomẽ proprium alicuius rei,ſic quòd ibi non ponatur verbum vocatiuum,tunc poteſt illud relatiuum conuenire cum præcedente,vel cum ſequente:vt,fugiendum eſt ocium,quę omnium malorum eſt mater.vel,quod omnium malorũ eſt mater. Vergilius,Nec partem poſuere ſuis,quæ maxima turba eſt. Pernices,exitium,euerſio, deſtructio.Inde pernicioſus,noxius, & exitialis. Sentina, locus in naui,ad quem vndiq; defluunt ſordes,& aqua ipſius nauis.Tranſfertur autem ad omnem illuuiem,& malorum congeriem:& ſic tranſlatitiè viri perditi,& mali dicuntur Sentina dedecoris. hoc eſt,cumulus vitiorum, & omnis infamiæ.

Vergilius

Pernicies

Sentina

Aſcenſius.

Frequenter autẽ ſequenti conformatur mediante verbo ſubſtãtiuo,aut vocatiuo, vt videre eſt in exemplis text⁹. De hac regula,quam Seruius grammaticus in primum Ænei.collegit,ſuo loco latius dicemus.Nunc mixtim de ordine,& expoſitione textus.

Ordo, & explanatio textus.

¶Nunc autem &c.Aũt,verò,&,ſed,ſæpe ſunt cõtinuatiuę particulæ.Ordo eſt:Autem pro ſed,ego cõficiam.i. cõſtituã multa,quę ſi aduerteris.i.cõſyderaueris diligenter,conducent.i.conferent, & addent eloquio Latino, haud parum.i,multùm,ornatus.i,exornatiõis, & dignitatis, ſeu ornamẽti.Eſt autem dictio ornatus genitiui caſus.Sed id,quod ſequitur,videtur mihi animaduertẽdũ,

ſup.eſſe.i.debere animaduerti,& conſyderari in primis i.primùm,& præcipuè,vt quum fuerint tria, ſup.conſtructibilia,antecedens,& cõſequens,& nomẽ relatiuũ, medium eorum,id eſt poſitum inter antecedens, & conſequens,ſi id cõſequẽs ſit proprium hominis, vel alterius cuiuſpiam rei,tunc nomen relatiuum congruat,id eſt cõformetur ſemper conſequenti. Alioqui oratio nõ fit Latina,ſed longè aliena.i.abhorrens à cõſuetudine doctiſſimorum hominũ. Aliâs.i.alio tempore,hoc eſt,ſi non cõſequatur propriũ nomen,tunc relatiuum poteſt cõuenire cũ alterutro.i.tam cũ antecedente, quàm cũ conſequẽte:quã rem,ſcilicet relatiuũ debere cõſequenti cõgruere, quoties alicuius proprium eſt,exempla, & complures.i. valde multæ autoritates, priſcorum, id eſt, veterum declarant. Vnde Cicero in primo libro, ſubaudi quæſtionum Tuſculanarum: Studio ſapiẽtiæ, quæ philoſophia dicitur,&c. Reliqua per ſe patent, ſed tamen vocabula quædam exequar. Cicero.

Conciliũ à cõciendo,ſeu cõcitando,ſeu conuocãdo dicitur,per c ſcriptum:ſed per ſ cõſiliũ à cõſulo deducit.

Concilia,cœtuſq; hominum iure ſociati.

¶Neutrum cõcipitur à maſculino, aut certè tertium cõformatur viciniori.

Ciuitates ſunt vbicunq; ſunt ciues.

¶Itaq; concilia,& cœtus,id eſt cõuenticula hominum, dicuntur ciuitates. Vrbs autem,oppidũ,ædificia,& mœnia concernit. Quocirca ſi propriè loqui vis, non dices ciuitatem incenſam,ſed vrbem:nec vrbem fame confici, immo ciuitatem.

Quæ vos ſydera,& ſtellas nuncupatis.

¶Non dixit quos, quia voluit conformare ſequentibus propter verbum vocandi. Vbi tamen ſcies,ad neutrum genus trãſlatam eſſe locutionem:quia,vt alibi dicemus, ſi ſubſtantiua ſignificent res non animatas, adiectiua, & relatiua poſſunt poni in neutro genere cuiuſcunq; generis illa fuerint; vt, Arcum, & calamos, quæ vidiſti

Macrobius Valla donata puero,fregiſti.Macrobius in Somnium Scipionis,vbi hoc Ciceronis exemplum enarrat, ponit differentiam inter ſydus,& ſtellã,quam Valla libro ſexto improbat.Concedit tamen Valla de congerie multarũ ſtellarum,quæ ſignum aliquod,vt Arietem,aut Taurũ conficiunt,ſydus dici,non ſtellam.

Tullianum,eſt proprium nomen illius loci in carcere. Et non eſt adiectiuum poſſeſſiuum à Tullio, ſicut eſt cũm dicitur,Tullianum opus,Tulliana oratio.

Nec id,inquit,eſt vitium artis grammaticæ,quod videlicet id vitiũ eſſe,quod quidam ignari literarum.i. Latinitatis,& artis grammaticæ putãt.Sunt enim qui quoties in locutione venuſtatis,aut dignitatis aliquid eſt, dicant locutionem non eſſe(vt eorũ verba repetam) ſimpliciter congruam,ſed figuratiuè:aut non eſſe propriam, ſed impedimentalem.Quibus fruſtra de elegantijs aliquid præcipitur,quia de ipſis actum eſt.Nunq̃ enim ab erroribus reuocari poterunt.

Id genus, vſitatè, & venuſtè ponitur pro eo quod eſt,eius generis.Vrbis viſceribus conſulendum eſt.i. cõſilio proſpiciendum.

Conſulo. ¶Conſulo enim cum datiuo ſæpe accipitur non pro eo quod eſt,conſilium do,ſed pro eo quod eſt, conſilio, & diligentia proſpicio,& ſalutem procuro:vt,Conſule honori tuo,Conſule rebus tuis.Plerunq; igitur &c.Hoc ex arte facit.Nam vbi diffuſius diximus,poſſumus per epilogum,& epitoma pondus ſententiarum repetere.

Epitoma Aſcenſianum.

Quoties relatiuum ſuo antecedenti præconſtruitur, ſic vt vtrunq; ab vno,& ab eadem parte regi videatur, eiuſdem erunt caſus.

De congruentia in caſu ex tribus eorum duorũ,quæ proximius iunguntur.

Præceptum. XI.

ILlud quoq; ſpectandum eſt,Nam cùm tria exiſtant, quorum vnum relatiuum ſit nomen,frequentiſsime eorum duo in eiuſdem caſus exitu conueniunt. Nam (vt exempli cauſa dicam aliquid)ſi quis hũc ſermonem protulerit,Liber,in quo de virtute agitur,præclarus eſt: rectius,atq; ornatius dixerit,In quo libro de virtute agitur,præclarus eſt.Concordant namq; eodem caſu ex tribus duo illa,quæ maiori vicinitate iuncta ſunt. Aliud iterum exemplum huiuſcemodi ſit:Quas miſiſti literas ad me,iucundæ fuerunt,Sermonem quem vos audiſtis, non eſt meus,Quam exiſtimas Demoſthenis orationẽ, Æſchinis eſt.Atq; huius ſermonis crebrum inuenire poteris apud veteres vſum.M.T.Officiorum primo:Quorum autem officiorum præcepta traduntur,ea q̄q̄ pertineãt ad finem bonorum. Vergilius Maro in Æneide, Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Terentius in Andria, Poſthac quas faciet de integro comœdias ſpectandæ, an exigendæ ſint vobis prius. Idem, Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Idem, Quas credis eſſe has nõ ſunt veræ nuptiæ. Atq; eiuſmodi ſermo plurimũ exornat.

¶Illud quoq; &c.De venuſta conformitate tum relatiui,tum antecedentis autor hîc precipit. Et tres ſcinditur in partes.In prima,regulam exhibet.In ſecunda,eã exemplis probat.In tertia,huius vſurpationem præceptionis percommendat.Secunda ibi, Nam vt exempli. Tertia ibi,Atq; eiuſmodi.

Expoſitio Clichthoueana. Expoſt.Io. Clichtho.

¶Cùm tria in oratione fuerint,primò antecedens in nominatiuo poſitũ:ſecundò relatiuum in obliquo: & tertiò verbum,vel adiectiuũ,cuius illud antecedens eſt ſuppoſitum,vel ſubſtantiuũ:vt,Liber, quem mihi miſiſti,eſt mendoſus:elegantius mutatur antecedens in eundem caſum cum relatiuo, q̄uis videatur diſconuenire cum

adiectiuo,vel verbo ſequente.Nullū enim eſt in tali orationum genere grammaticæ vitium,immo maximus ornatus.Vt,quem mihi miſiſti librum eſt mendoſus. Ouidius,

Ouidius Cecidere manu quas legerat herbas. Et poteſt in oratione eleganti antecedens præponi relatiuo, ſicut & poſtponi,dummodo cum illo in caſu concordet. Nam q́uis diuerſus dictionum ſitus variat elegantiam, non tamen congruitatem. Ergo, vt exempla textus apertè oſtendunt,non minus congruè dicitur,Literas quas ad me dediſti fuerunt gratiſſimę.quàm,Quas ad me dediſti literas fuerunt gratiſſimæ.Teren.in Eunucho,Eunuchū quem dediſti nobis,quas turbas fecit?Veruntamen maior eſt orationis elegantia, quando antecedens poſtponitur relatiuo:& hinc frequentius ab autoribus antecedens poſtpoſitum inuenitur. Siquidem elegantius hoc relatiuum qui,ſuū antecedens in ſitu præcedit: vt, Præclara eſt(quam omnes laudāt)amicitia. Magna eſt(qua in te afficior) beneuolentia. Quòd ſi quis voluerit aliquod exemplum huius præcepti grammaticaliter conſtruere,non debet ſumere exordium ab antecedente obliquo,ſed ſubaudire antecedens in recto,quod ſit ſuppoſitum verbi,aut ſubſtantiuum adiectiui poſtpoſiti, deinde antecedens obliquum coniunctim cum relatiuo connectere. vt, Quas ad te literas dedi, mea manu ſcriptæ

Demoſthenes. ſunt.ſic ritè ordinatur,literæ(quod ſubaudiri debet)ſcriptæ ſunt mea manu, quas literas ad te dedi. Demoſthe-

Æſchines. nes Gręcorum fuit orator clariſſimus,& Æſchines etiam orator fuit inſignis Demoſtheni inimic9.Hi cùm ambo in cauſa Cteſiphontis contenderent,Æſchines accuſando, & Demoſthenes defendendo, vicit Demoſthenes. Cuius cùm oratio(vt diuus teſtat Hieronymus in prologo Bibliorum)legeretur coram Æſchine, tunc Rhodi exulante,quā orationem Demoſthenes in eum habuerat,mirantibus cunctis,atq; laudātibus,ſuſpirans Aeſchines ait,Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſonantem?De bis planius locutus eſt Quintilianus libro. vij.de inſtitutione oratoria,& decimo.

Aſcenſius.

Dico in argumẽtis,quoties relatiuũ præconſtruitur, quia ſi antecedens præconſtruatur.à diuerſis verbis, aut ab vno bis poſito,regi deſyderarent.Si diuerſitatis cauſam percunctaris,duo te ſcire oportet: Alterũ quòd(vt dictum eſt)relatiuum venuſtè in principio orationis locatur.Alterũ,quòd iuxta præcepta grammaticorum relatiuum,& relatũ,nunꝙ ab eodem regente,ſemel dũtaxat poſito,& ab eadem parte reguntur.Ideoq; vt plurimùm in diuerſis caſibus ponuntur.Veruntamen quia dum relatiuum cũ ſuo verbo antecedenti præconſtruitur,vtrũq; ab eodem regi videtur,ideo Latinè loquẽtes in eodem caſu poſuerunt.Videtur enim tũc antecedens in eodem caſu ſtatim ſubijci,vt relatiuũ habeat quod referat: attamen idẽ antecedens tacitè repeti in ſuo rectore intelligit̃. Tacitè dico, expreſſum eñ nõ oportet, qñquidem generale eſt,Quoties duobus vnũ duntaxat datur tertiũ,tunc illud ad vtrũq; reſpõdet,licet alterũ expreſſè,alterũ tacitè reſpiciat: vt hîc,In quo libro de virtutibꝰ agit̃, præclarus eſt.duo ſunt verba,agit̃,& eſt:quorũ alterũ videlicet agitur,relatiuũ reſpicit,alterũ videlicet eſt,antecedens deſyderat:ſed quia illud cũ relatiuo datũ eſt rectori ipſius relatiui,ſatis eſt ipſum cũ ſuo verbo tacitè conformari. Veruntamen non ineptè repetit̃:vt ſi dicas, In quo libro de virtutibꝰ agit̃,is liber præclarus eſt.Qualia exẽpla apud Ciceronem ſunt quàmplurima,quæ apud Lauren.Vallã cõperies,vbi & à nobis explicata ſunt.Vt verò ad interrogatum tandem reſpondeã,ratio diuerſitatis eſt:Quando relatiuum cũ ſuo verbo antecedenti præconſtruitur, tũc ambo ab eodem regi videntur,& ideo ſunt eiuſdem caſus:ſed quando antecedens præcedit,tũc relatiuũ cum ſuo verbo videtur per parentheſim,aut per modũ determinationis inſertũ,& antecedens directè reſpicit ſuũ rectorem,ideoq; cũ eo conformari deſyderat. Proinde incongruè dixeris.Libro in quo de virtute agitur, præclarus eſt.Dicendũ eñ eſt ſic, Liber, in quo de virtute agi-

tur, &c. Si verò petis quare oratores relatiuum præconſtruunt, dicam quia id venuſtius fit, propterea quia contra tritam, & vulgatam grammaticorum cõſtructionem. Item quare antecedens immediatè, aut certè paulòpòſt ſequitur: nempe quòd ſine eo relatiuum nihil repræſentaret. Item quare in eodem caſu: nempe quia ab eodem regi videtur, quòd ſi à diuerſis viderent regi, in diuerſo caſu poneretur, vt fieret, ſi ante relatiuum poneretur, aut iuxta ſuum verbũ. Exemplum primi: vt, Liber in quo de virtute agitur, præclarus eſt. Exemplũ ſecundi: vt, In quo de virtutibus agitur, preclarus eſt liber. In quibus quidẽ exemplis non rectè dixeris, libro. Duo enim deſyderãtur ad hoc, vt rectè relatiuum ab eodem regatur. Alterũ, vt relatiuum prͤponatur: alterum, vt antecedens à rectore relatiui videatur regi. Et certè tunc quoq; ab eo regitur. Nam, vt dixi, in rectore antecedentis ſubintelligitur antecedens repeti, aut expreſſè repetitur. Argutius ergo L. Valla de hac regula ſentit, quàm Auguſtinus noſter, qui etiam exempla ponit, in quibus antecedens præconſtructum ab rectore relatiui gubernabatur, quæ certè non ſunt tam venuſta, neq; tam congrua, neq; tam Latina. Quãobrem Seruius, & Donatus, principes illi grammaticorum, dicunt in illo Vergiliano, Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt, aliam eſſe conſtructionem. Cùm enim ait Vergilius, Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? Vrbem quem ſtatuo? veſtra eſt, ſubducite naues. Ordo eſt, Vultis conſidere mecum pariter his regnis? Vultis vrbem quam ſtatuo? ea ſup. veſtra eſt, &c. Et cùm dicit Teren. Eunuchum, quem dediſti nobis? quas turbas fecit? Ordo eſt, quem, id eſt qualem Eunuchum, dediſti nobis? quas, id eſt quales turbas ipſe, ſubaudi, fecit? quod rudius diceretur, ſicut & illud, Sermonẽ quem audiſtis non eſt meus. ſed maluit interpres Latinè, quàm Græcè transferre.

Laurentius Valla. Vergilius. Terentius.

Ordo, & declaratio textus.

Illud quoq;, id eſt etiam illud, quod ſequitur, eſt ſpe

ctādum.i.oportet ſpectari,& cognoſci.Nam cùm,id eſt quando tria exiſtant,quorum trium vnum eſt nomen relatiuum,& ſecundum,ſubaudi,eius antecedens,& tertium dictio regens:tūc duo eorum, videlicet relatiuum, & antecedens conueniunt frequentiſſime in exitu eiuſdē caſus,hoc eſt,ſunt in eodem caſu, & ab eodem regūtur. Nam(vt dicam aliquid cauſa exempli) ſiquis,id eſt ſi aliquis protulerit hunc ſermonem,Liber in quo de virtute agitur,præclarus eſt,dicitur ſup.is ſermo rectius, atq; ornatius ſic, In quo libro de virtute agitur præclarus eſt. Namq; illa duo, id eſt relatiuum,& antecedens,vt quo & libro,ex tribus concordant in eodem caſu, quæ duo ſunt iūcta maiori.i.magna vicinitate,ſic quòd ambo ab eodem,& ab eadem parte regi videantur.Aliud iterum exemplum,&c.Cætera clara ſunt.

Epitoma Aſcenſij.

Per, acceptum pro valde,pulchrè poſitiuis: & nonnunq̄ verbis in componendo præponitur.

Additio Aſcenſiana.

Quinetiam omnes dictiones vim quandam ſuperlationis importantes, poſitiuo,non ſuperlatiuo,iungi volunt:cuiuſmodi ſunt,per, perq̄, oppidò, oppidoq̄,ſanè, ſaneq̄,admodum,admodumq̄,nimis,nimiſquàm,valde, apprimè in primis,mirū in modū,ſummopere, maximopere, magnopere,impendiò.Item multùm, parum, modicùm,minimùm, & minime (quorum prius ſuperlatiuam,poſterius negatiuam vim habet) præcipuè, præter cæteros, ante alios, in paucis, cum paucis. inter paucos,ſuper omnes. Additio.

De auxeſi poſitiuorum cum per.

Præceptum XII.

ID quoq; digniſſimum eſt annotatu, vi cùm poſitiua exaugere velimus nomina,vt his,per,præpoſitum ac-

Cicero *cedat. Cicero in epiſtola ad Curionem, Cui & charus æquè ſis, & periucundus. Idem de oratore primo, Per*
Terentius *beati, Quinte frater, illi videri ſolent. Terentius in Eunu cho, Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia. Nam pergratum valde gratum ſignificat, & in oratione lepi dè, per, ſonat.*

¶Id quoq;. Impræſentiarũ autor de poſitiuorum augmento tam in appoſitione, quàm in compoſitione diffe rit. Et duo facit, Primò præcipit, Secundò exemplificat. Secundum ibi, Cicero in &c.

Clichthouei Explanatio.

Expoſ. Io. Clichtho. ¶Exaugere poſitiuũ, eſt vocem poſitiui retinendo, maiorem ſignificãtiæ vim alicuius additione exprimere. Et id dupliciter fit: Primò per compoſitionem huius dictio nis, per, pro valde cũ poſitiuo: vt, Literæ tuæ mihi per gratæ fuerunt, etiã periucundæ. Comparatiuis autem, & ſuperlatiuis nunq̃ debet adiungi, per: vt, non dicendum eſt pergratior, neq; pergratiſſimus. Veruntamen aliquæ dictiones poſitiui gradus non recipiunt, per, in compoſitione, ſed loco eius hanc præpoſitionem, præ: vt, præclarus, præclarior, præclariſſimus: præcelſus, præpotens, prægrandis, prædurus, Secundò augetur ſignificatio po ſitiui, additione aduerbiorum ſignificantiũ valde, & hoc ſine compoſitione, qualia ſunt, admodũ, mirũ in modũ, maiorem in modum, apprime, in primis, ſanè, egregiè, vt ſequentia præcepta apertius declarabunt. Auxeſis, augmentum, crementum, incrementum idem.

*Poſitorum in epitomate nonnulla ſuperlatiuis iun*cta leguntur. Vt, inter paucos doctiſſimus, ante alios optimus: ſed raræ ſunt tamen locutiones. In illo autem Vergiliano, Petit ante alios pulcherrimus oẽs Turnus &c. ordo poteſt eſſe, Turnus pulcherrimus petit ante omnes alios. i. præcipuè. Dixi, per, etiam verbis coniungi, quod non eſt dubiũ, ſi accipiatur in ſignificatione ea, qua perficit actum verbi. Vnde dicimus, perfero, peruigilo, per

diſco,perlego.Vel pro eo,quod eſt,per medium:vt per-fluo,perluceo.Verùm etiã pro valde verbis præponitur: vt perplacet.i. valde placet, perq́; placet.i. valde placet, peruelim.i. valde velim &c. Nõ dices ergo,perdoctiſſimus,aut peroptime,ſicur ignari,nec omnes optimi, ſed pro eo dicitur optimus quiſq;.Sunt qui vetant apprimè, in primis,quæ media longa proferuntur, verbis iungi. Nam apprimè placet,non probant. Iunguntur em̃ ſolis nominibus,vt apprimè vtile,in primis bonum. Ordo eſt facilis.Id quoq;,id eſt etiam,id eſt digniſſimum annotatu,id eſt vt annotetur,vt quum,id eſt quando,velimus exaugere poſitiua nomina,id eſt quando velimus ſignificationem poſitiuorũ accipere cum quodã augmento, vt per,id eſt hoc vocabulũ per,accedat,id eſt adijciatur, his,videlicet poſitiuis nominibus præpoſitũ. Dicit per præpoſitum,in neutro genere,quia(vt dicũt)omnis dictio materialiter poſita eſt neutri generis.Cætera patent. In vltimo autem verbo dubitari licet,an illud perſonat, ſit vna dictio ſub hoc ordine.Nam pergratum ſignificat valde gratum,& perſonat.i.valde ſonat, & eminentiam quandam in ſonando habet(ſic enim exemplaria multa habent)an verò duę dictiones, quod potius dixero, vt ſit,per,id eſt illa dictio per,ſonat lepidè in oratione. Ordo tex.

Epitome,& additio Aſcenſij.

Superlatiuis congruunt omnes ablatiui aduerbialiter poſiti:vt,multò,paulò,modicò.Item,longè,quiſq;,facilè,& quàm pro valde acceptum,ſi non præponatur ei dictio poſitiuum efflagitans.

De ſuperlatiuis cum multò,longè,& quàm. Præceptum. XIII.

AT ſuperlatiuis multò,longè,& quàm, aduerbia præponimus:id quod ſæpenumero perpulchrũ videri ſolet:vt,lõgè amãtiſsimus veſtri,multò omniũ fortunatiſſimus.Et,ago tibi quàm maxias gratias.

¶At ſuperlatiuis &c.Hoc in loco autor ſuperlatiui incrementum tam in appoſitione,quàm in compoſitione elucidat.Et duo tangit.Primò præceptionem. Secundò eius exempla.Secundum ibi,Vt longè amantiſſimus.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſ.Io. Clichtho. ¶Superlatiuus bifariam augeri poteſt. Primò per compoſitionē aduerbij quàm, pro valde:vt,Literæ tuæ fuerunt mihi quàmgratiſſimæ. Aut additione aduerbiorū multò,& longè ſine cōpoſitione:vt,Sum tibi omniū longè chariſſimus.Virtus eſt multò omnium digniſſima.De Quàm huius autem aduerbij Quàm ordinatione, quinq; notādæ ſunt regulæ.Prima eſt,Quàm pro valde, non adiungitur poſitiuis,niſi præcedant quædam aduerbia, ſexto & quadrageſimo præcepto declaranda:vt nō dicimus, quàmiucundus eſt mihi tuus aduentus. Secūda, Quàm pro valde ſuperlatiuis venuſtè adiungitur:vt, quàmplurima in me beneficia contuliſti:& non,complurima.E diuerſo cōplura dicimus,& nō quàmplura.Tertia,Quàm pro quantùm,poſitiuis, & verbis pulchrè præponitur: vt,quàmbeatus forem,ſi mihi tecū viuere liceret. quàm gauderem,ſi te ſanum eſſe intelligerem. Quarta,Quàm pro quantū,nunq̄ iungitur ſuperlatiuis, niſi ſequantur hæc verba, poſſum, valeo, queo: vt, faciam hoc quàm optime potero.Terentius in Eunucho, Niſi vt te redimas captum quàm queas minimo.Quinta,Neq; quàm pro valde,neq; quàm pro quantùm comparatiuis adiungi poteſt:vt non rectè dicimus,Hæc mihi eſt res quàm gratior:neq;,faciam quàm melius potero:ſed bene,faciā quantò melius potero. Secundò augetur ſuperlatiuus adiectione iſtorū aduerbiorū longè,& multò:vt,Cicero eſt longè omniū eloquentiſſimus.Hector eſt Troianorū multò fortiſſimus.Et quicquid his tribus præceptis de augendis gradibus comparationis dicitur, æquè de Quintilianꝰ aduerbijs,vt de nominibus, intelligitur.Quintilianus libro decimo de inſtitutione oratoria:Ita ſe res habet, curandum eſt,vt quàm optime dicamus,dicendum tamen

pro facultate. Dices ergo, multò doctiſſimus: nõ, multùm doctiſſimus: ſed, multũ doctus. Item longè doctiſſimus. Item optimus quiſq;: poſtponi enim vult Quiſq;. Quod etiam additur numeralibus ordinem ſignificantibus: vt, decimus quiſq;.i. vnus ex ſingulis decem, quotuſcunq; is ſit. Item facilè doctiſſimus. Sunt dictiones, quæ quia ſuperlatiuam vim habent, etiam facilè ſibi aſſociant: vt, facilè princeps, facilè præcipuus, facilè ſecũdus. i. haud dubie: quaſi ſit, facilè creditur, vel habetur princeps, &c. Iungitur etiã ſuperlatiuo Quàm pro valde acceptum. Idem enim eſt quàm cũ ſuperlatiuo, & valde, vel per, cum poſitiuo: vt, vir quàm optimus. i. valde bonus. Dico ſignanter pro valde acceptũ, quia ſi accipiatur pro quantùm, quomodo accipi ſolet, quoties admiratiuè, quæſitiuè, ironicè, aut quouis alio modo figuratè loquimur, tũc poſitiuo addhæret: vt, Neſcis quàm bonus ſim. Vel ſic, Scis quàm bonus ſim? Vel ſic, O quàm bonus eſt deus. Et generaliter, vbicunq; bene congrueret dictio quantùm, ibi quàm datur poſitiuo: & vbi dictio valde, ibi ſuperlatiuo. Quando ergo ſimpliciter volo dicere, aliquem eſſe valde bonum, dicã, Hic vir quàm optimus eſt. Aduertes aũt, quòd quia complexum ex quàm & ſuperlatiuo valet id, quod valde cũ poſitiuo, ideo nõ regit genitiuum ſuperlatiui: vt non dices, Vergilius eſt poëta omniũ quàm doctiſſimus: quia non dicimus, Vergilius eſt poëta omnium valde doctus: ſatis enim eſt dixiſſe, Vergilius eſt poëta quàm doctiſſimus. Vel ſine dictione quàm, Vergilius eſt poëtarum Latinorum doctiſſimus. Et licet quàm pro eo quod eſt quantùm, non adhæret ſuperlatiuo, poteſt tamen in ea ſignificatione habere ſuperlatiuum mediante verbo poſſum, aut ſimili, cuiuſmodi ſunt queo, & valeo: tunc enim verbũ potius, quàm ſuperlatiuum determinat: vt, veniam ad te quàm citiſſime potero. Senſus enim eſt, veniam ad te citiſſime, quantùm quidem potero. Scies præterea aliud eſſe, veniam ad te quàm primùm: &, veniã ad te vt primùm fecero. Nam vt, vbi, & cum, iuncta ſuperlatiuo duo verba

efflagitant: vt, veniam ad te vt primùm potero: id eſt, primùm vbi dabitur facultas veniendi ad te, veniam. Sed veniam ad te quàmprimùm. eſt, veniam ad te valte citò. Dixi in epitomate Quàm iungi ſuperlatiuo, ſi non præcedat dictio poſitiuum efflagitans: vt perquàm, oppidoquàm, ſanequàm, nimiſquàm, admodumquàm, &c. quę vſitatiſſime iungũtur poſitiuo: vt, perquàm doctus: quod idem eſt quod quàm doctiſſimus: ſed tñ nõ dices perquàm doctiſſimus: nec, quàm doctus. Ordo in textu clarus eſt. At. i. ſed, nos prępoſimus ſuperlatiuis gradibus, tam nominalibus, quàm aduerbialibus iſta aduerbia, multò, longè, & ſimilia.

Aſcenſius.

Additio. *Comparatiuis, & eorum vim habẽtibus, cuiuſmo di ſunt, ſecus, aliter, alius, præſto, præſtãs, excello, excellẽs, coniungi ſolent longè, multò, & cætera in ò: vt, tantò, quantò, eò, quò, paulò, paululò, modicò. Item Omnis.*

¶Vt multò ſecus, longè aliter, longè excellẽs, omnia meliora. Dico oĩa illa in o exeuntia: videntur enim ablatiui caſus, qui cõparatiuo cõgruit. Itaq; non dices, hic vir eſt multò doctus: ſed, multùm doctus. nec, eſt multùm doctior: ſed multò, doctior. Scies quòd eò, & quò, ponunt hîc, eò pro tantò, & quò pro quãtò. vt, quò doctior es, eò grauius peccares. quod eſt, quãtò doctior es, tãtò grauius peccares. Scies pręterea Quàm cõparatiuè acceptũ pro eo, quod eſt quãtò, licet rarius, etiã cõparatiuo iũgi: vt apud Vergilium, Quã magis illa fremens, & triſtibus efFera flammis. Sic etiam dicere potes, Quã tu me es doctior, tanto te ſum ditior. Sed melius dixeris per quãtò, & tantò. Si quis abs te exigat huius poſitiui perdoctus comparatiuum, & ſuperlatiuũ, nõ dices perdoctior, aut perdoctiſſimus (id enim dicere non licet) ſed longè doctior, & longè, vel, quàm doctiſſimus &c.

De comparatiuis cum multò, aut longè.

Præceptum XIIII.

COmparatiuis verò vel multò, vel longè præponi ſolet, vt iuſtitia multò præclarior eſt cæteris virtutibus: &, Socrates lõgè alijs philoſophis ſapiẽtior.

¶Comparatiuis verò &c. Autor hac in litera comparatiuorum auxeſim in appoſitione duntaxat venuſtam exprimit. Et duas habet partes. In prima, inſtituit. In ſecunda, exemplificat. Secunda ibi, Vt iuſtitia.

Clichthoueana declaratio.

¶Comparatiui ſignificatio augetur adiunctione iſtorum aduerbiorum multò, longè. vt, virtus multò eſt dignior opibus, & rebus caducis longè præſtantior. Hæc autem aduerbia poſitiuis non iunguntur: vt non rectè dicamus, longè doctus, multò bonus. E diuerſo valde aduerbium poſitiuis, & verbis adiungitur, non autem comparatiuis, & ſuperlatiuis: vt, valde ſapiens, bene dicimus: non, valde ſapientior: neq;, valde ſapientiſſimus. Præterea multò, & longè iunguntur nominibus, & aduerbijs diuerſitatem ſignificantibus: vt, longè alia mihi mens eſt. Teren. Verùm multò aliter euenire intelligit. Ornatè etiam adduntur verbis excellentiam ſignificantibus, qualia ſunt, præſto, antecello, vinco, ſupero: vt, Cicero longè præſtat cæteris eloquentia. Deniq; iungũtur & iſtis præpoſitionibus ante, poſt, & præ: vt, multò ante te veni, longè poſt te receſſi. Socrates, philoſophi nomen. Expo. Iodo. Clichthoue.

Aſcenſij Epitome.

Ab obliquis Græcis, paucis immutatis, fiunt recti Latini.

De quibuſdam nominibus, quæ à Grecis profecta declinationem mutant. Præceptum XV.

ILlud nequaquã omiſerimus, quoòd cùm nomina quæpiam ſunt profecta à Græcis, tertiæ inflexiõis, & obliquos caſus habentia, qui rectos ſuperant, Latini oratores frequẽtiſſime à caſibus genitiuis illorũ, quibuſdã im-

mutatis,fingunt alium declinationum nomina, & genus ſeruãt:qualia ſunt poëmatum,enthymematum,delphinus,& elephantus,& lampada:quæ à pleriſq; tertia inflexione proferũtur,poëma, enthymema,delphin, elephas, lampas.Hanc tu obſeruationem diligenter mãda memoriæ.

¶Illud necq̃ & c.Hîc autor de venuſta declinationis varietate præceptionem exprimit.Et tres particulas continet. In prima,ſæpe dictum agit.In ſecunda,eam exemplis confirmat.In tertia,nos hortatur ad hanc præceptionem memoriæ mandandam. Secunda ibi,Qualia ſunt. Tertia ibi,Hanc tu.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi.Iod. Clichthouei. ¶Nomina tertiæ declinationis formata à nominibus Græcis,& creſcentia in genitiuo ſingulari, mutantur frequenter à Latinis, eodem ſemper genere manente, in aliam declinationem. Aliquando in primã: vt, æther, eris:æthera,ræ:vt in illo hymno, Quem terra, pontus, æthera colunt,adorant,prædicant,Æthera nominatiuus ſingularis eſt.Lampas,lampadis:lampada,dæ. Aliquando verò in ſecundam declinationem in um: vt,poëmatis:poëmatum,ti.Aulus Gellius, In poëmatis quoq;, & in epiſtolis veterum ſcriptum plurifariam.Et fit hæc formatio alterius declinationis, à genitiuo ſingulari creſcente nominis tertiæ declinationis literarum mutatione:vt genitiui delphinis,mutata i vocali vltimæ ſyllabæ in u, fit delphinus:& huius genitiui elephantis,mutata i poſtremæ ſyllabæ vocali in u, fit elephantus. Vergili. iij. Æneid.Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephãto. Quo fit,vt alterius declinationis nomẽ formatum ſuperet nominatiuum nominis tertiæ declinationis à cuius genitiuo formatur,ſicut & ipſe genitiuus elephantis, elephas autem triſyllabum:& idem nomen à genitiuo formatũ, eſt æquum in ſyllabis genitiuo,à quo formatur:vt genitiuus delphinis tres ſyllabas habet,& etiam nomẽ forma-

Au.Gellius.

tum

tum ab eo delphinus.

Annotationes.

Quinetiam à Barbaris nominatiuis, & interdum à Græcis formari poſſunt Latini.

¶Formantur ergo nominatiui ab obliquis Græcis, ſed totum hoc capitulum autoris deprauatum puto: nam non omnia ab accuſatiuo, immo plurima à genitiuo traducuntur, nec omnia genus ſeruant. Nam ab accuſatiuo hunc caſſida, cuius nominatiuus eſt hic caſſis: & ab accuſatiuo hunc cratera, cuius nominatiuus eſt hic crater, reperiuntur nominatiui, hæc caſſida, huius caſſidæ, & hæc cratera, huius crateræ, quamuis ſæpe crateras in accuſatiuo tertiæ declinationis legamus. Melius ergo in textu legetur, Latini oratores frequentiſſime à caſibus accuſatiuis illorum nihil, & in alijs, quibuſdam immutatis, fingunt aliarum declinationum nomina, nec ſemper genus ſeruant. Formantur igitur recti Latini nũc à genitiuo ſingulari Græco, mutando os in us: vt huius delphinos, elephantos, Arabos, hic delphinus, elephantus, Arabus. Nunc à genitiuo plurali, vt horum poëmatum, hoc poëmatum poëmati. Sed huiuſmodi nominatiui rari ſunt: verùm datiui, & ablatiui plurales, vt dicemus, frequentiſſime formantur ab accuſatiuo ſingulari, nihil ferè immutato: vt hanc lampada, hæc lampada, huius lampadæ: hunc caſſida, hæc caſſida &c. Dixi à barbaris nominatiuis fieri Latinos: vt enim autor eſt Priſcia. & doctiſſime obſeruat vir noſtra tempeſtate in heroico carmine facilè peritiſſimus Baptiſta Mantuanus Carmelita, à nominatiuo hic Iſaac, fit hic Iſaacus. Item à nominatiuo Græco, vt nominatiuo hæc Helene, fit hæc Helena, & cætera.

Conſtructio, & emendatio textus.

¶Ordo autem eſt: Nos nequaquam, id eſt nullo modo, omiſerimus, id eſt velimus omittere, vel debeamus omittere. Vtimur enim illis modis aliquando conceſſiuè:

aliquādo prohibitiuè. Nō ergo omittemus dicere, quòd cùm quæpiā noīa ſunt profecta.i.deducta à Græcis nominibus tertiæ inflexionis, id eſt declinationis, habētib⁹ obliquos caſus, qui ſuperant ſn ſyllabis rectum.i. nominatiuum, Latini oratores fingunt frequentiſſime nomina aliarum declinationum, & hoc dico, accuſatiuis caſibus illorum, id eſt Grȩcorum, quibuſdam immutatis, & ſeruant genus in Latino, quod erat in Græco. Sed quia hoc falſum eſt, lege vt dixi, ſic: Latini oratores fingunt frequentiſſime nomina aliarum declinationum, nec ſemper ſeruant idem genus: vel, & ſi frequenter, non tamen ſemper ſeruant idem genus: fingūt inquā ab accuſatiuis caſibus illorum, id eſt Græcorum nominum, nihil ſupple immutato, & ab alijs caſibus paucis quibuſdam immutatis. Cætera huius textus patent. Quæ verò de declinationibus dicta velim, in opuſculo noſtro patebunt.

Epitoma Aſcenſianum.

Decenter proprietatem in datiuo cum verbo ſum, es, eſt, ponimus, qui quidem datiuus modum habendi denotat.

Vt eleganter oſtendemus quippiam nobis eſſe iucundū, vtile, vel honeſtū: & cætera id genus. Præceptum XVI.

CVm autem volumus oſtendere nobis aliquid iucundum, honeſtum, vtile eſſe, datiuis cum verbo vtimur ſum, es, eſt, ſubſtantiuorum, quorum illa adiectiua ſunt. Nam (ne ab exemplis diſcedam) quid aliud ſignificat, hæc res mihi iucunditati eſt, quàm hæc res eſt mihi iucunda? Itemq́ꝫ, Ipſæ mihi tuæ literæ fuerūt gaudio. quod eſt ad gaudium: vel, gaudium mihi attulerunt. Præclara vrbis ædificia ciuibus decori ſunt. Vitia dedecori ſunt viris. id eſt, dedecus pariunt viris. Deq́ꝫ cæteris conſimili ratione.

¶Cùm autem &c. Hac in litera Aug. de pulchra tum iucundi, tum vtilis, tum honeſti expreſſione inſtituit. Et tria tangit. Primò præceptionem, ſecūdò eius exempla, tertiò concludendo excuſationem ſubiūgit. Secundum ibi, Nam ne. Tertium ibi, Deq; cæteris.

Declaratio Clichthoueana.

¶Cùm nomen adiectiuum ſignificans vtilitatem, vel damnum: honeſtum, vel turpe: delectabile, vel triſte, adiungitur verbo ſubſtantiuo ſum, es, eſt, elegantius mutatur in ſuum ſubſtantiuum datiui caſus: vt, hoc eſt tibi vtile: ſic elegantius, hoc eſt tibi vtilitati. Hæc res eſt mihi damnoſa: ſic venuſtius, hæc res eſt mihi damno. Ouidius, Ouibus ſua lana decori eſt. Siquidem pulcherrime verbum ſubſtantiuum duobus datiuis iungitur. Terentius, Ne hæc res ſibi eſſet infamiæ. Virtus hominibus ſplendori eſt, & ornameto. Ego tibi ſemper ero præſidio, dum iniquitas tibi odio fuerit. Et quod vulgariter dicitur, hoc faciet tibi maximum bonum, ſic rectius dicitur, hoc tibi maximo erit emolumento. Expoſi. Iod. Clichthoue. Ouidius. Terentius.

Cùm enim dico, vitis eſt arboribus, idem eſt ac ſi dicam, arbores habent vitem. Si quæres quomodo declaretur ſecundus datiuus, vt, Sum parentibus decori: Reſpondebitur, decori, id eſt ad decus, & ornamentum. Aduentus tuus fuit voluptati: id eſt ad voluptatem. Turpiter autem dixeris, tu es mihi voluptas, niſi emphaticè, tu mea voluptas, tu gaudium, tu ſpes, tu ſolatium meū, &c. In textu nihil obſcurum eſt. Illud vltimum ſic perficitur, Deq; cæteris dicendum eſt conſimili ratione. id eſt, conſimiliter. Ad hunc enim modū dicimus, Sum tibi cordi. i. delectationi: & quaſi (vt dicūt) ad cor, & placitum tuum. Quod etiam in alijs practicandum.

Aſcenſius.

Afficio latam habet ſignificationem, ſed per ablatiuum ſpecificatur. Eodemq; modo proſequor conſtrui reperitur. Aſcenſ.

¶Vt, proſequor te honore.i.honoro te. proſequor te laude.i.laudo te. Eademq́ ſententia per verbum do, cum duobus datiuis exprimitur: vt idem eſt, Propter modeſtiam tuam afficiendus es honore, propter modeſtiam proſequi te debeo honore: &, modeſtia tibi dãda eſt honori. Nam do tibi hanc rem honori: eſt, te ob eam rem honoro: vel etiam, eam tibi honori eſſe cenſeo. Conſimilem ferè ſignificationẽ habent, beo, dito, accumulo, &c.

Horatius. Horatius: Cœlo muſa beat, &c. Verba textus dilucida ſunt. Neq; tamen te lateat, id eſt non te fugiat, hoc eſt, ſcias tamen. Neq; ſine optimis cauſis &c.

Quæras quæ ſint illæ cauſæ: nempe quòd afficio eſt, affectum, hoc eſt diſpoſitum reddo: quæ ſignificatio etiã diffuſa eſt, donec per ablatiuum ſpecificatur.

De afficio, & afficior. *Præceptum* XVII.

Afficio *VErbum afficio & pulchrum eſt, & latè patet: nã afficio te voluptate, id eſt, tibi voluptatem affero: afficio te honore, id eſt, facio tibi honorem, & te honoro: afficio te laudibus, id eſt, te laudo: afficio te probro, id eſt, vitupero te: afficio te commodis, id eſt, tibi cõmoda facio: afficio cadauera ſepultura, id eſt, cadauera ſepelio: afficio inimicos iniuria, id eſt, facio iniuriam inimicis. Atq; ſimiliter afficior dolore, id eſt, doleo: afficior gaudio, id eſt, gaudeo: afficior verecundia, id eſt, verecũdor. Latiſſima eſt huius verbi vſurpatio. Nec tamen lateat te, Afficere diſponere ſignificare. Hinc eſt Plauti illud, Viua vox magis afficit. Neq; enim ſine optimis cauſis tam lata, tamq; diffuſa ſit eius verbi ſignificatio. Sed de hoc ſatis.*

Plautus

¶Quam ſententiam ſuperiore præcepto per verbum ſubſtantiuum duobus datiuis iunctum autor explicare docuit, nunc docet expimere per hoc verbum afficio, quod ferè ſignificat facio, vel infero; & habet in voce

actiua accuſatiuum cum ablatiuo ſine præpoſitione, in voce autem paſſiua ſolùm ablatiuum. Et debet oratio conſtituta ex hoc verbo afficio, vel afficior, reſolui per verbum ab ablatiuo recto formatum, aut alterum eiuſdem ſignificationis: vt, Literæ tuæ magno me affecerũt gaudio: hoc eſt, gauiſus ſum propter literas tuas. Hic affecit me minis: id eſt, minatus eſt mihi. Sic afficere vulnere, eſt vulnerare. Afficere morte, interficere. Afficere ſupplicio, punire. Magno afficior deſyderio te coràm videndi: hoc eſt, deſidero te videre. Afficior tædio: id eſt, tædet me. Aliquando adiungitur & accuſatiuus mediãte præpoſitione In, ipſi verbo paſſiuo: vt, Pro amore, & beneuolentia, qua in te afficior, hoc quàmlibentiſſime exequar. Dicimus etiam, ille eſt mihi bene affectus, hoc eſt, in me: vel, erga me. Significat præterea afficere idẽ, quod diſponere: vt autor comprobat Plauti teſtimonio. Eandem quoq; Plauti ſententiam, Quintilianus his verbis in ſecundo de inſtitutione oratoria libro innuit, Viua illa (vt dicitur) vox afficit plenius. Itaq; apertè conſtat quòd pro diuerſitate ablatiuorum, afficio diuerſas habet rationes: vt, afficere exilio, eſt mittere in exilium. Cicero in Paradoxis, Quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarint. Quintilian⁹.

Epitoma Aſcenſij.

Quoties duo, aut plura duobus, æqualis ponderis, atq; efficaciæ fuerint, tunc vtriſq;, aut omnibus, Tum, vel, Et, geminatum præponemus. At ſi vnum ex his præponderet, plusq; ad rem efficiat, tunc illi vltimo loco poſito, Tum, dictionem ſubijciemus.

¶Vt enim dictũ eſt prius, ſenſus locutionis huiuſmodi eſt: quum concedamus hoc, quod præpoſuimus, tunc magis concedendum eſt, quod ſubijcimus. Vt ſi volo dicere, veriſimilius eſſe Ciceronem fuiſſe eloquentem, quàm modeſtum, dicam: Cicero vir fuit cùm modeſtus,

tum vir,tum imperator.

¶Non eſt autem &c. Venuſtum harum ſitum particularum Tum, atq; Et, eleganti in oratione hîc autor declarat. Et tres diſtinguitur in partes. In prima, præcipit de Tum. In ſecunda, exornat. In tertia, obiectioni tacitæ reſpondendo idem dicit de Et, eius inſerendo exempla. Secunda ibi, Quod vt liqueat. Tertia ibi, Sed eandem.

Elucidatio Clichthoueana.

¶ Quum duæ proprietates alicui æqualiter attribuendæ ſunt, vt quantùm vnius, tantùm & alterius illi ineſſe ſignificetur, nominibus ſiue adiectiuis, ſiue ſubſtantiuis res illas pares ſignificantibus, Tum geminatum præponi debet: vt ſi quis velit oſtendere tantum eloquentiæ Ciceroni ineſſe, quantum virtutis, ſic dicet: Marcus Cicero tum eloquens, tum ſtudioſus eſt. Vel ſic, M. Cicero tum eloquentia, tum virtute præſtat. Vel ſic, Magna ineſt Ciceroni tum virtus, tum eloquentia. Significatur enim ibi virtutis, & eloquentiæ paritas, per tum vtriq; præpoſitum. Eandem vim habet hæc coniunctio Et geminata ad duo adiectiua, vel ſubſtãtiua, eiſdem æquè attributa: vt, Cato & virtute præditus, & doctrina inſignis eſt. Vel, Cato & probus, & doctus eſt. Themiſtocles inclytus Athenienſium dux, qui Xerxen Perſarũ regem nauali prælio apud Salamina deuicit, & trepida fuga in regnum redire coêgit, vt narrat Iuſtinus libro Epitomatum ſecundo.

Expoſi. Io. Clichtho.

Themiſtocles.

Ordo quorundam verborum textus.

¶Autem pro ſed, non eſt ignorandum, immo oportet nos ſcire, quòd quoties duo, aut plura duobus, quod ſcilicet plura duobus collocari rarò vſuuenit, id eſt rarò cõtingit. Nam vſuuenire, eſt vulgò accidere, ſeu cõtingere. Si ergo duo, aut plura duobus habuerint ſe pariter, id eſt æqualiter, hoc eſt quòd ſint paria in magnitudine, & efficacia ſententiæ, tunc præponemus vtriq; illorum duo-

rum dictionem Tum,quod,id eſt quę res,liqueat,id eſt manifeſta ſit exemplo.Si ſup.par,id eſt ęqualis,doctrina, & virtus eſt in Caio Lęlio,& tanta quoq;,id eſt etiam, eſt ſcientia eius,quanta eius viri probitas,tunc dixerim.i. quilibet dixerit ſplendidè,ac rectè,vt ſequitur.

De Cum,& Tum.

Præceptum. XIX.

QVòd ſi duo contrà nequaquā paria ſunt,ſed alterum minus complectitur,alterum verò magis,ita faciendum eſt,vt quod leuius exiſtit,locemus prius,atq; ei Cum dictionem præponamus:quod autem grauius,validiuſq;, id poſterius poſitum, Tum dictio præcedat.Quod patefaciemus exēplis.C. Lælius amat Scipionem,propterea quòd eum doctum cognouit hominem,& ſemper virum optimū. Quod poſtremum vehementer ad amorem impellit:quare ita oratio eſt inſtituēda:C.Læl.amat Scipionem cùm ob doctrinā eius, tum propter virtutem. Ita virtus in hac beneuolentia plus momenti habet. Atq; idem ita ſi dixerim, Cùm omnes fortunati ſunt,qui bene viuunt, tum perbeati, qui omnia deſerunt,& virtutem ſolam complectuntur. Hos nanq; poſteriores multò beatiores eſſe conſtat,ſi quis ſuperius modò allatam præceptionem intellexerit.hanc Marcus Cicero in primis frequenter vſurpat. Ex quo illud,Quum omnibus conſulendum eſt, tum illis, qui armis poſitis ad imperatoris; fidem confugiūt. Significat enim fugientibus ad imperatores, & ſeſe dedentibus multò magis conſulendum eſſe. Atq; in Catone Maiore mirari ſeſe aiebat Scæuola,M.Catonis cùm cæterarū rerū perfectam ſapientiā,tum quòd nunquam fuerit illi ſenectus grauis. Sed de hac re ſatis.

¶Quum duo eidē attribuunt,nō quidem æqualia, ſed

quorũ vnum maioris eſt mometi, & æſtimationis, quàm alterum, tunc leuius anteponendum eſt, præpoſita ei dictione, Cùm, ſignificante partim: Maius autem, & vehementius poſtponendum eſt, præcedente dictione, Tum, ſignificãte & magis, ſiue & præcipuè: vt, Te mirificè amo quum ob tuam in me humanitatem, tum ob ſingularem vitæ probitatem. Significat illa oratio vitæ probitatẽ efficaciorem eſſe amoris cauſam, quàm humanitatẽ. Præter eà quũ aliquid vniuerſaliter prius explicatur, & deinde ad aliquid particulare oratio cõuertitur, debet vniuerſale adiũcta dictione, Quum, præcedere, & particulare addita dictione, Tum, ſequi. Id exempla textus ex Cicerone ſumpta ſatis declarant: vt, Quum omnes amare debemus, tum eos, qui de nobis benemeriti ſunt. Scæuola cognomẽ Romanorũ, primùm Mutio Romanæ cõſtantiæ viro datũ, qui foculo manũ immiſit, quæ in cæde errauerat, nec Proſenã Hetruſcorũ regẽ interfecerat, ſicut animo conceperat. Inde Scæuola appellatus eſt, ꝙ exuſta dextra manu, ſiniſtra vti cogebatur. Scæuas enim vocant, qui ſiniſtra manu pro dextra vtuntur. Scæuola.

Epitoma Aſcenſianum.

Qualitates, & quantitates rerum, quas proprietates vocant, duobus modis mediante adiectiuo laudis, vel vituperij, ſubiectis, in quibus ſunt, attribui poſſunt. Aut enim adiectiuum illud cum ſubiecto conformatum, eſt dictio recta, & tunc ablatiuum regit proprietatis: ſed id magis poëtarum, aut potius hiſtoriographorum, quàm oratorum eſt. Aut cũ proprietate regitur à nomine ſubiecti, & id vel in genitiuo, quod grammaticè fit: vel in ablatiuo, quod magis oratoriè.

Additiones.

Quando autem totum partem ſuam regit, id quoq; duobus his modis fieri poteſt: ſed & partem in accuſatiuo poëtæ ſæpe locarunt, verùm aut per Græcam quan- Additio.

dam figuram, aut per ſynecdochen, quam Valla oratoribus vitandam ſummopere præcepit.

Vt quempiam laudari, aut vituperari oporteat. Præceptum XX.

IAm verò explicãdum eſt, qua ratione quampiam perſonam aut laudari, aut vituperari oporteat, quod ad decorem ſermonis pertineat. Nam id trifariam poſſe fieri comperimus ex monumentis literarum. Si enim velim oſtendere M. Catonem habere magnam virtutem, eum verbo ſum, es, eſt, ita commodiſſime fiet. Marcus Cato vir eſt magna virtute. Marcus Cato vir eſt magnæ virtutis. Marcus Cato vir eſt magnus virtute. Plato philoſophus fuit præſtans ingenio, vel præſtantis ingenij, vel præſtãti ingenio. Mulier eſt clara moribus, clarorum morum, claris moribus. Vir egregius laude, egregiæ laudis, egregia laude. Sed illud primum magis poëtarum eſt, poſtremum verò ſplendidiſſimum, & perpolitum. Ariſtoteles eſt præſtans ſcientiæ copia, philoſophus exquiſita doctrina, vir acerrimo ingenio. Quod quidem (vt diſertiſſimus Priſcianus inquit) ſignificat Ariſtotelem habentem ſcientiæ copiam, ac qui habeat exquiſitam doctrinam. cæteráq; conſimili ratione. Quod quidem Aulus Gellius conſentire videtur in Noctibus Atticis. Eſt enim velut defectio quædã, ſed ea trita, vſurpatáq; ab eloquẽtiſſimis viris, ac clariſſimis oratoribus: qua & nobis quoq; vtendum ſit.

¶ Iam verò &c, Hoc in præcepto autor de eleganti alicuius perſonæ vel laudatione, vel vituperatione meminit. Et trifariè partitur. In prima, præcipit. In ſecunda, exornat. In tertia, hanc ſoluit obiectionem, An hæc præce

ptione(quum ſit quidam defectus)vti debeamus. Secunda ibi, Si enim. Tertia ibi, Eſt enim.

Elucidatio Clichthouei.

¶Vt aliquem laudemus, aut vituperemus, tria requiruntur. Primò, nomen ſubſtantiuum ſignificans rem laudandam, aut vituperandam. Secundò, alterum nomen ſubſtantiuum ſignificans id, circa quod laus, aut vituperium verſatur. Et illud in obliquo ſequitur nomen adiectiuum, primum autem ſubſtantiuum præcedet in nominatiuo. Tertiò, requiritur nomen adiectiuum laudis, vel vituperij, illis duobus ſubſtantiuis interpoſitum. Primus ergo laudādi modus eſt, ponendo adiectiuum cum primo ſubſtantiuo in nominatiuo, & ſecundum ſubſtantiuum in ablatiuo: vt, Ioannes eſt præclarus indole. Secundus modus eſt, ponendo adiectiuum cum ſecundo ſubſtantiuo in genitiuo: vt, Ioannes eſt præclaræ indolis. Tertius, ponendo adiectiuum cum ſecundo ſubſtantiuo in ablatiuo: vt, Ioannes eſt præclara indole. Et hic poſtremus modus elegantiſſimus eſt, & frequentiſſime ab autoribus vſurpatus. Vergilius, Ceruus erat forma præſtanti. Idem, Et pulchro pectore virgo. Fit autem frequentius hoc præceptum per verbum ſubſtantiuum ſum, es, eſt, & ſignificat habeo, & ponendo primum ſubſtantiuum in nominatiuo: vt, Hic eſt clarus ingenio, clari ingenij, claro ingenio. Attamen per alia verba æquè hoc præceptum ſeruatur, ponendo primum ſubſtantiuum in quolibet caſu: vt, Vidi virum miræ benignitatis, inſignem doctrina, præclaris moribus. Ariſtoteles de Stagyra oppido Græciæ oriundus, Stagyrites dictus eſt, omnium facilè philoſophorum princeps. De quo Quintilianus libro decimo: Quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem. Eius doctrinam iactis grammaticæ fundamentis (moneo) ſtudioſi iuuenes audiant, cum pientiſſime

Expoſi. Io. Clichtho.

Vergilius

Ariſtoteles

Quintilian⁹.

colant,& tanquam literarum parentem ſummum venerentur,magnum ex eius diſciplinis rectè intellectis profectum conſecuturi.

Aſcenſius Dicere ergo potes, *Vir æger pedes:& id per ſynecdochen*,quod loquendi genus orator fugiet.Item vir æger pedibus:& id hiſtoriographi quoq; vſurpant, oratores verò non.Item vir ægrorum pedũ,& id planè grammaticè.Nam puerorum regula eſt, Quando duo ſubſtantiua ad diuerſa pertinentia,ſine coniunctione ſociãtur, ſic quòd alterum alterius ſit determinatiuũ, tunc determinans erit genitiui caſus. Quocirca per genitiuum poteris conuertere locutionem: vt, Vir magnæ virtutis: &, magna virtus viri.Poteris etiam ſine adiectiuis vti genitiuo:vt,Vir pacis.Domus orationis.Quartò dicere potes, Vir ægris pedibus.& id eleganter quidem, & oratoriè. Eſt enim ablatiuus Romanorũ caſus.Quocirca(vt notũ eſt)tam partem,quàm proprietatem in ablatiuo cũ ſuo adiectiuo elegantius ponas: vt, Vir magna prudentia. Vir duro capite. Sunt qui ex Seruio grammatico differentiam excerpant inter ſynecdochen, & Græcam illam figuram.Nam dum adiectiuũ nominale toti conformatum,partẽ in accuſatiuo,vel ablatiuo regit,ſynecdochen vocant:vt,Vir albus faciem.Dũ verò proprietatẽ,Græcã figuram.Regunt enim illo modo accuſatiuum nomina adiectiua,vt dixi.Secundò,quædam verba neutralia,& eorum participia:vt,Frigeo manus.Doleo caput.vbi Latinè,& oratoriè dixeris, Manus mihi frigent: &,Caput mihi dolet.Vel,doleo mortem fratris tui.hoc eſt,moleſtè fero.Tertiò regunt paſſiua,& eorum participia hunc accuſatiuum:vt,Expleri mentem nequit,Fractus membra, Oculos perfuſa nitentes, &c.Textus de ſe patet.

Aſcenſianum Epitoma.

Participia præteriti temporis,ablatiui caſus,cum dictione Opus, & accuſatiui caſus cũ his verbis decet,delectat,oportet,iuuat,expedit,congruit,item volo, curo,ſtudeo,habeo,& ſimilibus,pro infinitiuis verbis apud ora-

tores quoq; ponuntur.

De accuſatiuis, & ablatiuis participiorum locum tenentibus infinitiui verbi.

Præceptum XXI.

AT qui participiorum cùm accuſatiui caſus ſæpe, tum ablatiui locum tenent infinitiui verbi. Hinc Salluſtianũ illud, Nam & priuſquàm incipias conſulto: & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. Et Terentiana Miſis Glycerium alloquens amicam Pamphili: Iamiam, inquit, inuentum tibi curabo, & adductũ tuum Pamphilum. Omnia nanq; illa, conſulto, facto, inuentum, adductum, conſulere, facere, inuenire, adducere deſignant. Verùm frequenter his rationibus ablatiuorũ caſibus vtuntur, accuſatiuorum perrarò. Salluſti. Terentius

¶Atqui participiorum &c. Impræſentiarũ autor venuſtam tangit vſurpationem participiorum præteriti temporis tum accuſatiui caſus, tum ablatiui. Et tria agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Tertiò vter horum vſitatior ſit caſuum apud oratores concludit. Secundũ ibi, Hinc Salluſtianum. Tertium ibi, Verùm frequenter.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Verbum infinitiuum regens accuſatiuum poſt ſe, elegantius mutatur in participium præteriti temporis accuſatiui caſus, eiuſdem generis, & numeri cum accuſatiuo ſubſtantiuo: vt, Hanc rem facere curabo: rectius dicitur, Hanc rem factam curabo. Te exoratum velim vt me adiuues. i. exorare. Et contingit hoc potiſſimũ per hæc verba finiti modi, curò, volo, oportet, habeo. Terẽtius, Adoleſcenti morem geſtum oportuit. i. gerere. Huius rei te præmonitum habui. Cæterùm ſi hoc nomen Opus cum infinitiuo ponatur, mutatur eleganter verbum infinitiuũ in ablatiuum ſingularem participij præteriti temporis in neutro genere ſine ſubſtantiuo poſitum: vt, Quid opus eſt facere? pulchrius dicitur, Quid facto opus eſt? Sic opus Expoſi. Io. Clichtho. Terentius

eſt eſt tacito.pro tacere.Et hoc ſecundum in vſu frequentiori eſt apud autores,quàm primum.

Aſcenſius.

Aſcenſius Laurentius Valla. ¶Nam, vt inquit Laurentius Valla, Oportet legere libros,expedit euoluere autores,vtile eſt cognoſcere plurima,operæprecium eſt habere quos imitemur, neceſſe eſt adhibere vſum, conducibile eſt deſcendere in certamen, & agere cum alijs controuerſias. Vel per paſſiuum,Oportet legi libros,euolui autores, cognoſci plurima,haberi quos imitemur,adhiberi vſum, agitari cum alijs controuerſias. Hunc poſteriorem modum magis ars grammatica probat, illum magis autoritas. Secus in præterito. Nanqꝫ non ita legimus ſæpe, feciſſe hoc

Cicero oportuit.Cicero in Verrem, Tamen id factum non oportuit.Et in eundem,Apollinis ſignum ablatum certè non oportuit.Et alibi, Totam rem illi integram ſeruatam oportuit.Non diſſimile ſanè eſt illud per alterũ verbum (vt volo, loquor) vt idem,Liberis conſultum volumus,etiam ſi poſthumi futuri ſunt. Idem, Percurram tamen breui,vt non minus hominem ipſum, quàm ius

Quintilianꝰ. commune defenſum velitis. Quintilianus,An incidiſſe in ſordidum nomen,non eo contemptũ hominis quem deſtructum volebat,auxiſſe &c.Hæc Valla. Circa quæ aduertẽdũ eſt,quòd imperſonalibus imperſonalia oportunè coniunguntur.Nam vt idem alibi dicit, Verba illa

De v̄bis imperſonalibꝰ. imperſonalia pœnitet,tædet,miſeret,piget,& pudet,imperſonalia ante ſe efflagitãt:vt potius dices,Cœpit te pœnitere:quàm Tu cœpiſti pœnitere,&c.& ideo magis grãmaticè dixeris, Oportet legi librum, quàm oportet legere.Verùm quia imperſonalibus non datur accuſatiuus ex vi tranſitionis (quod tamen Alexander præcipit) ideo Latinè loquentes maluerunt dicere, Oportet legere librum.In præteritis autẽ videtur in vltimis ſubaudiri verbum eſſe.vt,Non ita factum oportuit. ſubaudi eſſe: vt ſit,Non ita factum eſſe oportuit.ſed neqꝫ illud exprimitur,neqꝫ ſemper congruè ſubauditur. Nam de futuro

dicere poſſum, Siquid factũ voles, præcipies. Cęterũ, vt Valla alio loco atteſtaẽ, antiquiores dicebant, Rogatum te velim, rogatos vos velim, pro eo quod eſt rogo, & oro. Et, vt alij præcipiunt, participia verborũ tempus ſibi accommodãt: vt, Rogatũ te volui.i. rogaui. Oratum habui.i. oraui. In futuro autẽ potius vtimur futuro paſſiuo participij. vt, Locaui marmora polienda, &c. poteris tamen dicere, Fratrem tuum rogatum faciam: pro eo qđ eſt, fratrem tuum rogabo. Cæterũm vt hæc Vallę præceptio paucis verbis memoriæ commendetur, ſume tale epitoma. Valla

Verbis imperſonalibus oportet, decet, expedit, & ſimilibus, ſimiliter & verbo volo, melius congruunt in præſenti quidem actiuorum infinitiua, quàm paſſiuorum. In præterito autem èdiuerſo. Epitoma Aſcenſij.

¶Vt melius dixeris, Libros euoluere oportet: quàm, euolui: & contrà, Libros euolutos oportet: quàm, euoluiſſe. & ſic in ſimilibus.

Epitoma Aſcenſianum.

Opus quando indigentiam ſignificat, cum verbo, eſt, aliquãdo ante ſe nominatiuum habere reperitur, ſed poſt ſe datiuum. Aliquando genitiuum, cuius ſit egeſtas: aliquando accuſatiuum: venuſtiſſime autem ablatiuum gubernat.

De hoc nomine Opus cum varijs caſibus.

Præceptum XXII.

ET quoniã de nomine, quod eſt Opus, attulimus mẽtionem, intelligendum eſt, Opus eſt mihi hac re, ſignificare me egere hac re: ſed id varijs caſibus iungi ſolet. Nam etiam opus eſt mihi tua opera, Latinè dicimus: &, tuæ operæ: &, tuam operam: &, tua opera: ſed hoc poſtremũ ornatius eſt, & totum oratorium. Cæteris rationibus poëtæ potius, hiſtoriographiq; vtuntur.

Nos autem quædam præcipimus, vt cognoſcamus à veteribus vſurpata, eiſdemq́; vtamur: quædam verò vt cognoſcamus ſolum. Nam opus eſt mihi hanc rem, nunq̃ orator dicit, ſed hac re.

❡Et quoniam &c. De varia nominis Opus conſtructione poſteriori hîc autor præcipit, & quadripariè diuidit. In prima, dicta dicendis cõtinuando ſæpe dictum agit. In ſecunda, præceptionis rationem dando exempla ponit. In tertia, diſcrimen quum poëtarum, tum oratorum circa harum vſurpationem conſtructionum aſſignat. In quarta, hanc abſoluit obiectionem, Cur tuo in libello acceptiones & poëticas, & hiſtoriographicas (quũ oratoria tradas præcepta) inſeris? Secunda ibi, Nam etiam. Tertia ibi, Sed hoc. Quarta ibi, Nos autem.

Elucidatio Clichthoueana.

Expo. Iodo. Clichtho. ❡Licet hoc nomen Opus cum omnibus caſibus præter vocatiuum inueniatur ab autoribus poſitum, hoc tamẽ non eſt in imitationem trahendum, ſed cum datiuo tamen, & ablatiuo ipſum nomen ordinãdum eſt: vt, Opus eſt mihi tuo conſilio. hoc eſt, egeo tuo conſilio. Vbi barbarè dicunt alij, habeo ad faciendũ de tuo conſilio. Vult autem Diomedes grammaticus Opus non rectè poni cum habeo, vt non rectè dici, Opus habeo: vel, opus habebam, ſed solùm per verbum ſubſtantiuum loquendũ eſſe pręcipit: vt, Opus eſt mihi. Interdum ſolus ablatiuus ponitur ſine datiuo. Terẽtius, Sed quid opus eſt verbis? Aliquãdo loco ablatiui ponitur infinitiuus: vt, Opus eſt benefacere his, qui de nobis benemeriti ſunt. Peropus compoſitum, eandem omnino habet naturam, ſicut ſuũ

Terentius. ſimplex. Terentius in Andria, Sed nunc peropus eſt aut hunc cum ipſa, aut aliquid de illa me aduerſus hunc loqui. Dico Opus quando indigentiam ſignificat, quia ſi ſignificet effectum operationis, tunc nomen eſt declinabile, habens in genitiuo, huius operis, & genitiuum more aliorum ſubſtantiuorũ regit: vt, opus dei, opus Vergilij. Opus verò cuius hîc mentionem facimus, eſt nomen indeclinabile.

indeclinabile. Dico cum verbo eſt, quòd aliquando nominatiuum ante ſe habere reperitur, quia nomen caſum non regit à parte anteriori. Vnde in primo exemplo textus, opera tua in nominatiuo ponuntur, vt ſit constructio, opera tua eſt mihi opus, & tunc Opus ſignificat quaſi neceſſarium: vel reuera, vtile ad opus faciendum. Nam audiui præcipientes dictionem Opus ſemper accuſatiui caſus eſſe, nec mutare ſignificationem, ſed ſubaudiri præpoſitionẽ ad, & nomen vtile, aut neceſſarium, aut expediens. Itaq; exponũt hæc exempla textus: Opus eſt mihi opera tua.i.opera tua eſt mihi neceſſaria ad opus. Opus eſt mihi operæ tuæ.i.vſus operæ tuæ eſt mibi conueniens ad opus. Opus eſt mihi operam tuam.i. operam tuam ad opus faciendum deſydero. Opus eſt mihi opera tua.i.egeo ad faciendum opus opera tua. Si tamẽ huc confugere non volumus, dicemus nominatiuum à verbo eſt regi, vt iam diximus: genitiuum à dictione Opus accepta pro indigentia, vſu, & neceſſitudine: accuſatiuũ quoq;, ſed antiquè. Apud antiquos enim multa, quæ nũc ablatiuũ regunt, accuſatiuum regebant: vt vtor, abutor, potior, indigeo &c. Sed vt in epitomate dictum eſt, Opus venuſtiſſime ablatiuũ gubernabat, q̃uis à genitiuo natura non abhorreat. Sicut autem dicimus, eſt mihi opus beneficio tuo, ita quidam dicũt, habeo opus beneficio tuo. Verbum enim eſt cum datiuo, reſoluitur in verbum habeo. Vnde in euangelio, Dñs his opus habet.

Epitoma Aſcenſianum.

Adiectiuum partitiuũ venuſtè regit ſubſtãtiuum totius integritatis, aut multitudinis in genitiuo. Idemq́; iudicium eſt in ſimilibus dictionibus partitiuis.

De commutatione adiectiui, & ſubſtantiui in voce, genere, & caſu.

Præceptum XXIII.

QVid, illud nónne pulcherrimum eſt? vt quum duo nomina alterum adiectiuum, alterum ſubſtanti-

uum eodem caſus exitu proferri debent(vt ſæpe,creberrimeq́; fit) quodammodo tertiam adiectiui nominis vocẽ, quæ eſt neutra,in vim ſubſtantiui transferamus,& ſubſtantiuum illud prius caſu collocemus genitiuo,quod & frequens eſt eruditis, atq; diſertis viris. Ita quoq; erit exẽplo manifeſtius. Nam cum multam virtutem dicturus ſum,ſi multum virtutis loco eius orationis poſuero, multò protulerim venuſtius. Multum pecuniæ enim ſignificat multam pecuniam: plurimum virium, plurimas vires: quid animi, eſt quis animus: quid rei, quæ res: quid cauſæ, quæ cauſa. Alia quoq; ita puulgata. Sed animaduertendum eſt, quòd ſi genitiuus ille caſus ſingularis fuerit, totam item orationem ſingulariter exponere debemus. Si pluralis, pluraliter. Nãq; (exempli cauſa) multum pecuniæ, eſt multa pecunia ſingulari numero: at cõtrà, multum pecuniarum, ſignificat multas pecunias. Similiſq; eſt aliorum ratio: vt multũ roboris ſingularem, plurimũ virium pluralem quoq; habet ſignificationem. Et aduerbia quoq; nonnulla eandem vim retinent, præſertim verò duo hæc, parum ſapientiæ: id eſt parua ſapientia. ſatis virium: id eſt ſufficientes vires. Et nihil quoq; ſiue nomen, ſiue aduerbium ſit, in eãdem ſæpe obſeruantiam cadit.

¶Quid illud &c. Impræſentiarũ autor de adiectiui in ſubſtantiuũ, & ſubſtantiui in genitiuũ cõmutatione ornata diſſerit, Et quatuor diſtinguitur in partes. In prima, præcipit. In ſecũda, præceptionẽ exemplis confirmat. In tertia, notabile circa genitiui tum ſingularis, tum pluralis expoſitiones iuuat. In quarta, has particulas parum, ſatis, nihil, & ſimiles, pòſt genitiuũ velle oſtendit. Secunda ibi, Quod vt frequens. Tertia ibi, Sed animaduertendum. Quarta ibi, Et aduerbia.

Explanatio Clichthoueana.

¶Cûm adiectiuū,& ſubſtantiuum in eodē caſu ponun Expo.Iodo.
tur,elegantius mutatur adiectiuum in vocem ſubſtanti Clichtho.
uam neutri generis,ſingularis numeri,nominatiui,vel ac
cuſatiui caſus, cuius prius fuit(in illis enim caſibus hæc
præceptio frequentius locum habet)& nomē ſubſtanti
uum mutatur in genitiuū eiuſdē numeri,cuius prius fue
rat:vt,Cato multā habet ſapientiā:ſic pulchrius dicitur,
Cato habet multum ſapientiæ.Sic & in pronominibus
primitiuę ſpeciei.Terē.Sed quid hoc negocij eſt? Id cau Terentius.
ſæ eſt,quod ad te non venerim.hoc eſt,ea cauſa. Simili
ter in aduerbijs,ſat,ſatis, parum,abundè.Ouidius, Con Ouidius
ſilij ſatis eſt in me mihi. Vergi. Nec ſat rationis in armis. Vergilius.
Au.Gel.Hanc vtrāq; declamatiunculam ſuper Alexan Au.Gellius.
dro,& Scipione celebrauerint,quibus abundè ingenij,
& otij,& verborum eſt.Poſtremò in hac dictione Ni
hil,hoc præceptum obſeruatur:vt,Nihil ad me literarū
dediſti.id eſt nullas. et ibi,Nihil eſt nomen ſignificās nō
aliquid.Aliquando Nihil eſt aduerbium: ſignificans ſo
lùm non.Teren.in Andria, Nihil circumitione vſus es. Terentius.
pro non.Ante omnia autem ſeruanda eſt ratio numeri il
lius genitiui,ſecundū quem ſi fuerit ſingularis, tota ora
tio ſingulariter exponetur:vt,plurimum prudentię,ideſt
plurima prudētia. Sin genitiuus pluralis fuerit,tota quo
q; oratio pluraliter exponetur; vt, multum verborum,
multa verba ſignificat.

Declaratio epitomatis.

¶Vt in grammatica præcipitur,quintuplicia genitiuum
partitionis regunt. Primò,omnia ſigna tam affirmatiua,
quàm negatiua, tam vniuerſalia, quàm particularia:vt,
omnis,vter,quilibet,nullus,nemo, nihil,[quidā, quiuis,
aliquis,&c.Sunt qui putāt ſignū,Omnis nō poſſe hūc ca
ſum gubernare, rarū enim inuentū eſt exēplū, niſi dicas,
Omnia rerū.i.oēs res.Interdū tn̄ recti⁹ per genitiuū veri
tatē ſeruaueris,vt ſi vis ſignificare te oēs res tui perdidiſ
ſe, dices verius,oia mei perdidi,quàm oia mea.Nā hæc

duo in veritate conuenire poſſunt, Omnia mea perdidi: &, Aliquid mei nõ perdidi: quia dicendo omnia mea, ſignifico omnes res meas, vel omnia bona extra me poſita: ſed aliquid mei, non rerũ mearũ, ſed mei ipſius perditionem repræſentat. Secundò, nomina comparabilia cuiuſcunq; gradus ſint, nonnunq̃(rarius tamen) poſitiua, ſeu abſoluta: vt apud Plinium, Lanarum nigræ non imbibuut colorem. Comparatiua partitiuè tenta omnia regere genitiuum poſſunt, ſicut & ſuperlatiua: inter quæ hoc diſcriminis, quòd comparatiua inter duo duntaxat, aut duas partes eiuſdem naturæ poni volunt, ſuperlatiua inter plura duobus: vt, Maior Scipionum præſtantiſſimus erat Romanorũ. Dico comparatiua partitiuè tenta, quia comparatiuè ablatiuum efflagitant, aut dictionem Quàm cũ ſimili caſu, & tam inter duo, quàm inter plura, & ea tam eiuſdem naturæ, quàm diuerſæ poni poſſunt: vt, Deus eſt omnibus creatis melior. De horum graduum natura apud Vallam pleniſſime locuti ſumus. Tertiò, omnia numeralia, quæ cardinalia, aut ordinalia dicuntur, aut pro illis vſurpantur: vt, Mille hominum. quod tunc rectè dixeris, quum plures ſunt quàm mille, quia aliter non eſſet partitio, quæ innuitur. Milleſimus hominũ &c. De numeralibus quoq; alibi diximus, præcipuè apud Vallam. Quartò, adiectiua neutri generis tũc maxime ſubſtantiuum in genitiuo regunt, quum partitionem denotant, & contemptum, aut humilitatem important: vt, aliquid monſtri, paruum boni, modicũ eloquentiæ, minus ſapientiæ. Idem quoq; iudicium eſt de pronominibus: vt, hoc mali, illud noui, iſtud turpitudinis. Quintò, aduerbia per dictos modos regunt eũdem genitiuum. Per primum: vt, vbiq; locorum, nuſq̃ gentiũ. Per ſecundum: vt, maxime omnium, minime gentium, primum omniũ. Per tertium: vt, ſemel dierũ &c. Per quartum: vt, eò ſuperbiæ .i. ad eã ſuperbiã, illuc locorũ &c.

Aſcenſiana Epitome.

Quia breuitati nõ obſcuræ ſtudendum eſt, ineptè re

petitur quicquid per ſe intelligitur: ea autem eſt harum particularum, & ,nec, neq;, tum, quum, partim, & ſimilium natura, vt geminatæ, & multiplicatæ, quibus præponuntur, ad id cui poſtponuntur, æqualiter retorqueri ſignificent.

¶ Vnde attendenda eſt Vallę regula libro elegantiarum tertio, quæ talis eſt.

Regula Vallæ.

Quoties poſt vnum adiectiuum, ſuppoſitum, aut obliquum poſueris bis, nec, neq;, & ,tum, quum, aut, vel, partim, aut conſimilem dictionem, cum duobus ſubſtantiuis, verbis, aut regentibus, neceſſe eſt ambo ſubſtantiua, verba, aut regentia illi vni adiectiuo, ſuppoſito, aut obliquo in debitis accidentibus conformari, etiã ſi aliud exprimatur: ſecus incongrua, atq; inepta fuerit locutio. Valla

Vt geminandum eſt epitheton ſequentibus ſubſtantiuis, aut contrà.

Præceptum XXIIII.

QVoniam autem ſingula hic ferè inueſtigamus, id quoq; dignum cognitione eſt, vt quum duo meminerimus nomina ſubſtantiua, quorum vtriq; idem epitheton adijciendum eſt, vt adiectiuum ipſum principio collocemus, & ſequentibus ſubſtantiuis vel Tum geminatum, vel duplicatum Et, præponamus. Exempli verò cauſa afferantur Ciceronis verba: Aphricanus ſingularis & vir, & imperator. quod eſt, Aphricanus ſingularis vir, & ſingularis imperator. Propter magnam & doctoris autoritatem, & verbis. quod eſt, propter magnam autoritatem doctoris, & propter magnam autoritatem vrbis. Præclarus & miles, & ciuis. Illuſtris tum vir, tũ philoſophus. Optimus tum patriæ

propter magnã et doctoris autem et Vrbis

Preclarus miles et ciuis

defenſor,tum gubernator.Iuſtus & rex,& iudex.Cõ ſimiliaq; eodem modo ſe habent. Sed & ſæpenumero contrà,eodem ordine vni ſubſtantiuo præpoſita duo adiectiua,aut plura deſeruiunt. Exempla ſunt, quæ nunc conſtituam.Vir tum bonus,tum temperatus.Imperator & callidus,& fortis.Iudex & integer, & ſolers. Ornamenta ciuitatis tum multa,tum præclara. Alia tu ipſe conieƈta.Nonnunquã & duo ſubſtantiua ita ſe habent, vt alterum vim ſuam vbiq; ſeruet, ac tueatur: alterum quaſi quendam obtineat adieƈtiui nominis locũ, & eius Vergilius *fungatur officio. Quale eſt illud Vergilianum primo Æneidos:Molemq;,& montes inſuper altos Impoſuit. ac ſi dicat,Molem montuoſam impoſuit.Cauendum eſt, ne ab honeſtate,naturaq; diſcedamus. Ac ſi dixerit, cauendum ne à naturali honeſtate diſcedamus. Sed tibi hæc ſatis ſunt.*

¶Quoniam aũt &c.Hoc in capitello concinnum ſitum vnius adieƈtiui reſpeƈtu vel duorum, vel plurium ſubſtantiuorũ(quibus attribui debet)propalat. Et quatuor ſcinditur in partes.In prima,ſæpe diƈtum agit. In ſecunda,de vnius ſubſtantiui eleganti ſitu reſpeƈtu aut duorum,aut pluriũ adieƈtiuorum(quibus attribuitur)diſſerit.In tertia,alterũ duorum ſubſtantiuorũ in oratione poſitorum,diuerſa ſignificantiũ ſuam ſeruare vim,alterũ in vim adieƈtiuã mutari demonſtrat. In quarta, capitulum concludendo ab ampliori ſe excuſat elucidatiõne.Secunda ibi,Sed & ſępenumero.Tertia ibi, Nõnunquã & duo. Quarta ibi,Sed tibi.Item quælibet harum partium poſſet diuidi in regulam,& exempla,quas taceo diuiſiones, tanquã faciles.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Hoc præceptum tres habet partes. Prima, cũm epitheton(hoc eſt adieƈtiuum)ſignificans ſubſtantiui pro

prietatem, duobus ſubſtantiuis adiungitur, non debet illud ad ſingulum illorum repeti: vt non dicendnm eſt, Egregius vir, & egregius imperator. Quando enim vna determinatio duobus determinabilibus, vel idē determinabile duabus determinationibus adiungitur, nō debet illud vnum ad ſingula repeti, ſed ſemel tantū poni. Ergo adiectiuum in principio ponendū eſt, deinde poſtponenda ſubſtantiua, geminato Et, vel Tum, copulata: vt, Egregius & vir, & imperator. Cicero fuit inſignis tum cōſul, tum orator. Secunda pars eſt, cùm duobus adiectiuis idem ſubſtantiuum adiungitur, debet illud ſubſtantiuū præponi, & adiectiua per Et, vel Tum geminata poſtponi: vt, Orator & grauis, & eloquens, Amicus tum bonꝰ, tum fidelis. Et in ſumma, quando duæ dictiones rectæ eandem habent dictionem regentem, debent illæ geminato Tum, vel Et copulatæ, ſuæ dictioni regenti ſemel tantū poſitæ adiungi: vt, Et virtute, & doctrina inſignis. Cicero tum ingenio, tum eloquentia valuit. Tertia pars eſt, cùm in oratione ponuntur adiectiuum, & ſubſtantiuum, a quo quidem adiectiuo poſſit formari ſubſtantiuum diuerſæ ſignificationis à priori ſubſtātiuo, tūc adiectiuum, & ſubſtantiuum potius in duo ſubſtantiua vertenda ſunt, & coniunctione copulatiua connectenda: vt, Adoleſcentum probos mores commendo. ſic elegantius ponitur, Adoleſcentum probitatem, & mores commendo. Vergilius, Pateris libamus, & auro. hoc eſt, pateris aureis. Exemplum de adiectiuo præcedenti: vt, Nulla eſt dicenda virgo, corrupto vel corpore, vel animo. congrua eſt. ſed, corrupto vel corpore, vel mente: incongrua. Itaq; non decet dicere, quòd ſatis ſit epitheton ſemel poni, quia ineptè dixeris, Habes præſtans & ingenium, & formam. Exemplum de ſuppoſito, quod duo verba aptè ſequuntur: vt, Tu neq; id faceres, neq; à rege permittereris. Vbi ineptè: vt, Tu neq; id faceres, neq; rex permitteret. Exemplum de obliquo, quem gemina regentia aptè ſequuntur: vt, Tibi neq; profui, neq; nocui vnquàm. Vbi ineptè: vt, Te neq; iuui, neq; obfui.

Vergilius

Tria aũt concurrere debẽt, priuſq̃ fuerit incongruitas. Primum, vt adiectiuum, ſuppoſitũ, aut obliquus ponatẽ ante illud nec, neq;, &, vel, &c. geminatum. Ideoq; ſi poſt alterum, vel vtrũq; ponatur, vitabitur incõgruitas. Vnde congruẽ dixeris, Ego neq; te iuui, neq; obfui. Neq; tu id faceres, neq; rex permitteret. Non eſt dicenda virgo, vel corpore, vel mente corrupta. Secundũ, quod concurrere debet, eſt vt illæ particulæ geminentur, aut multiplicentẽ, quia ſi ſemel ponantur duntaxat, nulla erit incõgruitas: vt, Corrupto corpore, vel mente, &c. Tertiũ eſt, vt ſit diſcrepantia accidentium congruitatis inter præcedens, & quæ ſequuntur: vt enim rectẽ dixeris, Ego te neq; offendi, neq; iuui. ita ineptẽ, Ego te neq; offendi, neq; profui. Eſt vbi iſta incongruitas minus quidẽ percipitur, ſed nõ minus inepta eſt: vt ſi dicas, Tu hæc oĩa partim ex literis meis diſces, partim te nuncius docebit. quũ dicendũ ſit, partim ex literis meis diſces, partim ex nuncio. Sed hæc pro hac regula ſatis putem: verùm quia cõfuſẽ plures regulæ venuſtatis ſcitu digniſſimę, in hoc opere habentur, volui eas, atq; alias in vnum faciſculum contrahere.

¶ Sequuntur regulæ venuſtatis per Aſcenſium collectæ.

Prima regula venuſtatis eſt:

Aſcenſius *Quoties duo, vel plura conſtructibilia diuerſorum accidentium concurrunt, cõformari vult tertium vel digniori per conceptionem, appoſitionem, aut euocationẽ: vel viciniori, per Zeugma.*

¶ Pro hac regula notandum eſt primò, quòd conſtructibilia hoc loco vocantur, aut duo ſubſtantiua reſpectu adiectiui: aut duo antecedentia reſpectu relatiui: aut duo ſuppoſita reſpectu verbi. Tertium autem eſt adiectiuum reſpectu ſubſtantiuorum, aut relatiuum reſpectu antecedentium, aut verbum reſpectu ſuppoſitorum.

Secundò notandũ eſt accidentia grãmaticalia, quę ad cõgruitatẽ faciunt, quatuor eſſe; Genus reſpectu adiecti-

ui,perſonam reſpectu verbi,numerũ reſpectu vtriuſq;,& caſum reſpectu regentis. Tertiò notandũ eſt dignius conſtructibile dici,quod eſt prioris generis,perſonæ,aut caſus,ſm ordinem,quo ponunt à grammaticis: pluratiuus tamen numerus præpollet.Item maius cõmune minus cõmuni dignius cenſet. Vicinius aũt ex ſitu notum eſt,niſi tertium ponat in medio:& tunc præcedens cenſebitur vicinius. Quartò notandũ,quòd triplex eſt zeugma:A ſuperiori, quando tertium ponitur ante ambo conſtructibilia.Ab inferiori,quãdo ponitur poſt ambo. Et à medio,qñ ponit inter vtraq;. Exemplum primi: vt, Fleuit mater,& liberi eius.Secũdi:vt,Mater,& liberi eius fleuerunt.Tertij:vt,Mater fleuit, & liberi eius. Quintò notãdum eſt ex hac regula multas ſpeciales inferri poſſe, quarum prima eſt.

De appoſitione.

Quoties duo ſubſtantiua diuerſorũ accidentium,ſed ad idẽ pertinẽtia,quorũ alterũ alterius determinatiuum eſt,immediatè ſociantur,cõformandum eſt tertium principaliori,quod ferè magis commune eſt.

¶Vt,Athenæ,ciuitas olim præſtantiſſima. Et,Quanta eſt gula,quæ ſibi totos Ponit apros,animal propter conuiuia natum? vbi ſuũ vtriq; ſubſtantiuo adiectiuum cohæret.Verba autem ferè præcedenti ſubſtantiuo conformantur,ſiue id magis, ſiue minus commune fuerit: vt, Quid meruere boues, animal ſine fraude, doliſq;? Niſi prolixitatem aſpernarer,dicerem appoſitionem aptè fieri aut proprietatis explicãde gratia,aut diſcretionis faciendæ,aut æquiuocationis tollendę,cùm epitheta ponunt: vt, Vergilius poëta optimus. Æmus Thraciæ fluuius. Ida mons in Phygia.Canis ſydus ardentiſſimum. Dicerem prætereà quibus modis ſubſtantiua ad idem pertinentia in numero diſcrepant. Nam in genere ſæpe, in caſu nunq̃.Primò,ſi alterum ſit collectiuum:vt,Ite meę quondam felix pecus,ite capellæ.Secundò,dum minus commune ſingulari caret:vt, Athenæ ciuitas. Tertiò,

dũ duo ſint ſingularia: vt, Caſtor,& Pollux fratres Ge-melli. Sed pergẽdũ eſt nobis, quũ hæc alterius ſint loci.

De euocatione.

Quoties pronominibus primæ, vel ſecundæ perſonæ expreſſæ, aut facilè intelligibili additur tertia eiuſdem rei, tunc verbũ conformabit digniori: & dicit euocatio.

¶Vt, ſum pius Æneas. Qui legitis flores &c.

De conceptione perſonarum.

Quando diuerſæ perſonæ per coniunctionem copulatiuam coniunguntur, verbum plurale digniori conformabitur.

¶Vt, Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis Tuq́;, puerq́; tuus.

De conceptione generum.

Quoties diuerſa genera per coniunctionem copulatiuam copulantur, adiectiuum, & relatiuum digniori conformabitur,

¶Vt, Vir, & mulier probi. Fit etiã implicitè: vt, Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorum eſt, Vbi de Venere, & Cupidine loquitur.

Tertium tamen venuſtius ad neutrũ genus tranſit, quoties res ſunt inanimæ.

¶Vt, Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti. Arcum fregiſti, & calamos, quæ tu peruerſe Menalca, Et cùm vidiſſes puero donata dolebas. Mille ſunt eius rei exempla.

De conceptione numerorum.

Quando duo ſingularia, aut alterum ſingulare, alterum plurale per copulatiuam coniunguntur, tertiũ erit pluralis numeri.

¶Vt, Ioannes, & Petrus currunt. Preceptor, & diſcipuli concinunt.

De conceptione caſuum.

Nominatiuus cum ablatiuo mediante præpoſitione

Cum, cum tertio plurali conſtrui poſſunt.

¶Exemplũ eſt in regula. Similequ volũt illud ſecũdi Æn. Diuellimur īde Iphitus, & Pelias mecũ. Sed aliter loquit Horatiꝰ in arte, Tu q̄d ego, & pp̄ls mecũ deſiderat, audi. Vergilius Horatius.

De zeugmate,

Quando duo, vel plura conſtructibilia diuerſorum accidentium cõcurrunt, conformari poteſt tertium vbi ubi ſitum viciniori.

¶Exemplũ: vt, Cõtriſtatus eſt rex, & omnis Hieroſolyma cũ illo. Hebræi ſunt, & ego. Hîc illiꝰ arma, Hîc currus fuit. Sed de tertio exẽplo ſit ſub alijs verbis hæc regula.

¶ Secunda venuſtatis regula.

Quando plura conſtructibilia præcedunt, tertiũ venuſtè quadrat vltimo. i. verbum debet ſequi vltimũ ſuppoſitum, niſi per ſimilitudinem, aut comparationem loquentes ipſum retorqueamus ad primum.

¶Id eñ tunc principale eſt, & cætera acceſſoria. Exẽplũ de ſimilitudine: vt, Ego ſicut fœnũ arui. non, aruit. De cõparatione: vt, Ego id melius, quàm tu, facerem: nõ, faceres. Sed repetenda eſt, quæ præpoſita eſt regula.

Tertia regula venuſtatis.

Quãdo plura ſubſtantiua rerũ inanimatarũ coniunguntur, pulchrè additur adiectiuum, aut relatiuum plurale neutri generis, cuiuſcunq; illa generis fuerint.

¶Exempla patuerũt ſupra. Repeti etiã põt regula Vallæ.

Quarta regula venuſtatis.

Quoties poſt vnum adiectiuũ &c. vt in epitomate.

Quinta regula venuſtatis.

Quoties relatiuum ſuo antecedenti præconſtruitur, ſic vt ambo ab eodẽ regi videantur, eiuſdem erunt caſus.

¶Exemplum: vt, Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Dico quoties relatiuum præconſtruitur, nam poſtpoſitũ antecedẽti nõ preiudicat. Vnde dicã, Vt fabulę, quas

feciſſet, populo placerent. In illo autem primi Ænei. Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? Vrbem quam ſtatuo? veſtra eſt, ſubducite naues. Ordo eſt, Vultis conſidere his regnis? & ſup. vultis vrbem quã ſtatuo? ea ſup. eſt veſtra. Et in illo Teren. in Eunu. Eunuchũ quem dediſti nobis, quas turbas fecit. quem infinitè poſuit in hoc ſenſu, quem. i. qualem eunuchũ dediſti nobis. & quas. i. quales turbas fecit nobis. Cauſa diuerſitatis eſt, quia dũ præponitur relatiuum, quia antecedens regenti eius cohæret, ab eodem regi videtur: quod Latinæ linguæ ſatis eſt, licet ars grammatica refragetur.

Sexta regula, quæ eſt Seruij.

Cùm relatiuum eſt in medio duorum nominum, quorum vnũ proprium ſit, id relatiuum ſequitur genus proprij nominis. Si autem vtrũq; nomen appellatiuum ſit, licenter vbi volumus reſpõdemus: hæc Seruius. Frequenter aũt ſequenti reſpondetur, quoties ſubſtantiuum, aut vocatiuum verbum interceſſerit. Si tamen & tunc priori reſponderis, nihil iniurius ſis grammatico.

Salluſti. ¶ Exemplũ illud Salluſtianũ, Eſt locus in carcere, quod
Hierony. Tullianum appellatur. Et illud Hiero. in epiſtolis Pauli,
Liuius In ſemine tuo, qui eſt Chriſtus. Liuius: Anxur fuit, quæ nunc Terracinæ ſunt. Hîc tria annotanda ſunt. Primũ, quòd relatiuũ, & antecedens conformari volunt in genere, numero, & perſona, autore Sulpitio. Quantũ autẽ ad perſonam ſcies relatiuũ ſæpe referri ad perſonã poſſeſſoris, non poſſeſſi, licet exprimi non rectè poſſit: vt, Tu
Terentius mea ſcripta legis, qui ſum ſubmotus ad Iſtrum. Et in illo Teren. in An. Omnes laudare fortunas meas, qui haberem filiũ tali ingenio præditum. vbi non dices fortunas meas. i. mei, vt ſuo loco docebo. Secundũ notatu dignũ eſt, non omnia relatiua etiam grammaticè, ac citra elegantiam, antecedenti conformanda eſſe, ſed hæc dũtaxat, ille, ipſe, iſte, hic, is, & qui, neq; ea quidẽ ſemper, vt patet per regulã. Reliqua aũt ſequenti contribuenda

ſunt, vt ſui, & ſuus, qualis, quantus, quotus, &c. vt ſua virtus cuiq; nota. Mentem habes, quale, & quantũ cor. Non ergo dices cum Horatio, Mammæ putres equina quales vbera. Tertium eſt, autores etiam idoneos contra regulam Seruianam locutos. Quintilianus, Notũ eſt quid Gliconi acciderit, cui Spiridon fuit cognomen. Et alibi ſexcenties id reperies.

Septima regula.

Nõnunq; ſalua venuſtate dictio antecedenti reſpondet ſubſtantiuo, quum ſequenti reſpondere deberet. Sed in omnibus raris locutionibus, & figuratis conſulendũ eſt concentui, & ſcribendorum ſtylo.

¶Exempla ſunt plurima. Terentius, Hecyra eſt huic nomen fabulæ. vbi per ſuperiorem regulam dixiſſet, Hecyræ. et Cicero, Sextus Claudius, cui nomẽ Phormio. vbi dicere potuiſſet Phormioni.

Vitioſum autem eſſet caſum pro caſu ponere, ſi deſit venuſtatis ratio.

¶Quale eſſet, Sermonem quem audiſtis nõ eſt meus. In cõuertendo dñs captiuitatem ſiõ. Ratio aũt venuſtatis eſt in hmõi, vbi ntũs pro actõ ponitur: vt apud Ouidiũ. 13. meta. Sed eñ quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Et apud Luca. li. x. Vtq; fidem vidit ſceleris, tutũq; putauit, Iam bon⁹ eſſe ſocer, lachrymas nõ ſponte cadentes Effudit &c. Item vbi ponit̃ gtũs pro abltõ: vt, quo ad ei⁹ fieri poterit. i. quãtũm ab eo. Pro ntõ idẽ Tullius. li. 1. de Diuinatione: Cùm illius diei venit mihi in mentem. ſed venuſtius, quàm ſi dicas, cùm is dies &c. Dtũs pro ablatiuo, vt quidã cenſent. Vergil. in. v. Æneid. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus. pro à me. Quod aũt Tullius dicit in Philippi. Quis eñ audeat luci, & militari via: nõ dicam pro luce dictũ eſſe, quia noĩa ꝓ aduerbijs in tẽpore, vel in loco poſita, in tertia quidem declinatione, datiui, non ablatiui formã amãt, ſecundũ Ser. niſi apud poëtas licentioſẽ ſec⁹ fiat, vt luci, veſpi, tẽpori, Carthagini, &c. Actũs pro ntõ ſalua venuſtate, immo etiã cõgruitate, vt Quin

Ouidius

Vergilius

Quintilian⁹. tilianus,Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiãt. Ouidius & Ouid.Cecidere manu quas legerat herbas.& ita in ſexcentis alijs,vbi relatiuum præcedit iuxta regulam præcedentem,in quibus videtur antecedens tacitè repeti in ſuo caſu: vt ſit,timeo ne hi cibi,quos cibos porrexerim, venena fiant.quod ex eo colligere poſſumus,quod ſępe Cicero. expreſſum inuenimus.Cicero pro Ligario,Sed hoc non cõcedo,vt quibus rebus gloriemini in vobis, eaſdem in alijs reprehendatis.Et vt Valla inquit, frequenter ita locuti ſunt autores: Quas res tibi tum terra,tũ mari nuper commiſi,hæ res ſint cũ fratre cões.vel,eę ſint cũ fratre ꝯcõmunes.vel,ex eis aliqua cõicabis cũ fratre.& item per cęteros caſus:vt,Quarũ rerũ non indiges,has, vel eas res donabis mihi.vel hæ,aut eę meæ erũt.vel hæ,aut eę res mihi auxilio eſſe poſſunt.Vocatiuus etiã pro nominatiuo ponitur,ſed minus venuſtè,quoties verbum ſubſtan Plinius tiuũ,aut eius participiũ antecedere intelligitur: vt apud Pli.7.naturalis hiſtoriæ,Salue primus omnium parens patrię appellate.vbi tñ ordo eſſe põt,Salue appellate primus oim parẽs patriæ.Quia licet vt participiũ ſequat̃ etiã vocatiuus:vt apud Propertiũ,Lectulæ diuitijs ſsctę beatæ meis.concinnius tamen nominatiuus poneretur.

Figuratæ autem locutiones,apud ſummos viros etiam repertæ,nobis vitandæ ſunt.

Additio. ¶Quales apud Teren.in Adelphi.Aperite aliquis actutum oſtiũ.Et in Eunucho,Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.Et Pomponius,Quid enim Plautus apud forum præſente teſtibus mihi vendidit?Idem,Sine Affranius ergo iſthęc præſente amicis det cœnam.Plautus in Amphitryone,Nec nobis præſente alius quiſꝗ niſi ſeruus. Affranius in actione,Hanc abſente nobis inuertit puer. Nęuius,Meditato volumus dona dare præſente omnibus.In quibus locutionibus præſente pro præſentibus, & abſente pro abſentib⁹ vſi ſunt:niſi fortè dicas,vt Marcellus ſentit,ablatiuos eſſe monoptotæ formæ,& vtriuſque numeri.Qualis fortè eſt Vergiliana in.3. Viuite felices

quibus eſt fortuna peracta iam ſua. Et Plautina in Caſina, Etiam ne habet Caſina gladium? habet, ſed duos quibus altero te occiſurum ait, altero villicum. vbi alius dixiſſet quorum, non quibus altero: & recentiores occiſuram, non occiſurum. Recentiores dico, quia veteres futuro in rum, ſicut nos ſupino in tum vtebantur. Et illa Boëthij, Nil imbecillius homine, quos morſus muſtelarum necat. Et illa Vergiliana, Pars arduus altis Puluerulent⁹ equis furit. Idem, Pars grandia trudunt Obnixę frumenta humeris. Et iterum, Pars hominũ validi turres, & mœnia ſcandunt. Et illa Hora. in epiſtolis. Iactamus iampridem omnis te Roma beatum. quę locutiones ad rẽ, non ad vocem reſpiciunt.

Octaua regula.

Magni refert quã partem in oratione quælibet dictiõ reſpiciat, & quem ſenſum generet. Ideoq; ſic eloquio ſtudendum eſt, vt non lædatur veritas.

¶Sæpe etenim præcedente ſubſtãtiuo, & particula, ne dicã, congruè ſubaudit̃ adiectiuũ in accuſandi caſu, quo ſequente velit adiectiuũ ſibi conformatũ. Sæpe etiam ſatis venuſtè, ſed nõ ſatis verè dixeris, ſi quid dixeris, non attenderis. Exemplũ prioris membri: vt, Homo prudẽs, ne dicam ſapientem. melius quàm, ne dicã ſapiens. Cicero pro Deiotaro, Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratũ, & impium. intelligitur enim eum, vt ſit, ne dicã eũ impiũm. Sequente autem ſubſtãtiuo ſic loquar: Crudelis, ne dicã ſcelerat⁹, & impius Caſtor. & id quidẽ in noĩatiuo, nã in alijs caſib⁹ ſeruabitur idẽtitas: vt idẽ Cicero, An ſperaſſet hoc viuo Milone, ne dicã cõſule? qḋ ſimiliter ſequẽte ſubſtantiuo diceret. An ſperaſſet hoc viuo, ne dicam conſule Milone? Illud (inquit Valla) eiſdẽ in libris ad Herennium, neq; diſſimile his, neq; vſq; adeò ſimile eſt. Obfuit plurimũm eo tempore reipublicæ conſulum ſiue ſtultitiam, ſiue malitiã dicere oportet, ſiue potiùs vtrunq;. Nã vbi erit ſuppoſitum? certè deeſt. Illud nanq; verbum, qḋ interiectum eſt, de nominatiuo mutauit in accuſatiuum.

ſed ſicut (inquit Valla) in Euripo, aut Siciliæ freto inflata vento vela aquarum impetus retroire cogit, ita orationem lege grammatica euntem, autoritas ipſa, conſuetudoq; inhibet, ac repellit. Verùm vt grammaticorũ expectationi ſatiſfaciam, inquit, ſic erit conſtruendum. Aut ſtultitia conſulum, aut malitia, aut vtrunq; potius obfuit plurimùm eo tempore reipublicæ, ſiue illud factum conſulum dicere oportet ſtultitiam, ſiue malitiam, ſiue potiꝰ vtrunq;. Vel ſic, Obfuit plurimùm reipublicæ eo tẽpore cõſulum factum, ſiue illud malitiã, ſiue ſtultitiã eorũ, ſiue vtrunq; dicere oportet. Exemplum vbi diuerſitas eſt ſenſus: vt, Audiui te vt cæteros affuiſſe in prælio. Senſus eſt, Audiui quòd tu affueris in prælio, vt cæteri affuerũt. quod nequaq; dicendum eſt, audiui te vt cæteri affuiſſe in prælio. Nam ſenſus illius (quod potius dicetur, audiui vt cæteri: vel, audiui te affuiſſe in prælio, vt cæteri) eſt, non quòd cæteri in prælio affuerint vt tu, ſed quòd audiuerint te in prælio affuiſſe, vt ego. Similiter Latinè dixeris, veniam cùm primùm potero, potero autem quàmprimùm. ſed non eſt idem cùm primùm, & quàmprimùm. Nam cùm primùm, vt primùm, & vbi primùm (quę idẽ ſibi volunt) conditionem temporis innuunt: quàmprimùm, quod eſt valde citò, præſentem potentiam promittit. Similiter, quod prius diximus, magni refert ſic dicere, Neſciui an epiſcopus eſſes, aut cardinalis: & ſic, Neſciui an epiſcopus, an cardinalis eſſes. Nã priori modo poſſem opinatus fuiſſe te inferioris ordinis ſacerdotem, aut etiam ſecularem eſſe: in ſecundo ſignifico me ſciſſe quòd alter eſſes, ſed dubitâſſe vter. hoc eſt, an epiſcopus adhuc, an etiam cardinalis. que differentia in conſimilibus obſeruanda eſt.

Nona regula.

Optimus quiſq; dicẽdi modus, vbi plures ſunt, nobis eligẽdus eſt, ſi modò cõpoſitioni noſtræ quadrauerit.

Quod pręceptum, cùm latiſſimum ſit, per ſingulos caſus declarabimus.

De

¶ *De nominatiuo venuſtiores locutiones.*

VEnuſtius dixeris, Occupatus in adminiſtratione magiſtratus nullum tempus ſeponere ad ſtudendum poteram: quàm ſic, Me occupato &c. Quicquid enim æquè bene per pauciora fit, venuſtius fieri videtur: ſed in ſecunda locutione pronomen primæ perſonæ repetitur, ſic enim eſt plena cōſtructio, me occupato &c. ego non poterā &c. Melius ergo dicit, occupatus non poterā. Aliter tamen locutus eſt Hora. ſm Vallā de arte poëtica, Se puero cenſor, caſtigatorq́ minorum. ſed non bene accipit hoc exemplum, quia ordo non eſt, Cenſor, aut caſtigator minorum ſe puero. i. dum ipſe eſſet puer. quod veriſimile non eſt, nec de mente autoris, ſed hic, Laudator tēporis acti ſe puero. i. qd' trāſigebatur dum ipſe eſſet puer. Nec illud Tullij filij ad Tyronem, **Tullius**
Non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono, Marcus eſt adhibendus: omnino ſimile eſt, quia non plenum eſſet, Tu patronus, niſi eſſe, tu tibi patronus, vt. ſ. ſe tanꝙ alio vtatur. Similiter nec illud Ciceronis, Cùm & **Cicero.**
per meipſum egiſſem, & per Druſum ſæpe tentaſſem. Eſt tamē illic quiddā raritatis: nam illud, per, ſignificare ſolet medium quendā, aliumq́ interceſſorem: nunc verò quis queat medius inter ſe & aliū? & ſic vulgò loquimur, per meipſum rogaui, per teipſum obtinuiſti, neq; tamen id abſurdè. Nam imaginari oportet, quòd qui munus gerēdum accipit, altera perſona videtur dum ipſe gerit (poſſet enim gerere per alium) altera dum recipit gerēdum: & propter hanc diuerſitatem rectè dico, feci quod potui & per me, & alios, quaſi egoipſe mihimetipſi, vt alijs, onus rei gerēdæ commiſiſſem. Venuſtius quoq;, quia breuius, dixero, Scholaſtici, qui lectioni Ciceronianæ incumbunt, & diligenter ſtudendo multùm proficiunt: quàm ſic, Scholaſtici, qui lectioni Ciceronianæ incūbūt & diligenter ſtudent, multùm proficiunt. quia gerundia, participia, & ſupina inuēta ſunt, vt plures actus vni ſuppoſito ſine cōiunctione media tribuant. Similiter, quod

prius diximus,vrbanius dixeris,mulier egreſſura ornat ſeſe,ne viſa derideatur:quàm,ne videatur, & derideať.

Venuſtius prætereà,immo magis grammaticè dixero,Defende me tu vir optimus:quàm,vir optime. quia intelligitur propter pronomen Tu participium ens, vel exiſtens,ſicut propter interpoſitionem proprij nominis: vt,Quò tendis Ænea extremus omnium Troianorũ? & hoc cum verbo. Secus vbi proprium ad participium dictum non referatur.Nã ſolũ proprium nomẽ,vel etiã cũ pronomine Tu,ſine ſubauditione participij verbi ſubſtãtiui non rectè in nominatiuo adiectiuũ recipit. Vnde nõ dicam,Quid facis tu Serui⁹? Nec ſine pronoĩe,licet ſit appellatiuũ:vt non dicã,Quid facis dñs meus? niſi tali modo,Quid ſedes inter ſeruos dñs? vel, Quid facis tu dñs meus? Verùm vt ſemel dicã,quoties manifeſta eſt participij intellectio,quia ipſum vocatiu⁹ ſequi recuſat, ſequetur nominatiuus. Venuſti⁹ prętereà ſm Val.dixit Ouidius de Põto per nominatiuũ ſic,Ecqs in extremo poſitus iacet orbe tuorum? Me tamẽ excepto,qui precor eſſe tuus.quàm per accuſatiuũ dixiſſet,quẽ precor eſſe tuum.

Ouidius.

Venuſtius adhoc,& quidẽ elegantius dixeris, Homo illiteratus eſt,ſed cui paucos anteponas:quàm ſic, cui tamen paucos anteponas in rerũ gerendarũ ſciẽtia.quia dũ exceptio præcedit relationem,plenius quiddã eſt,quàm dũ ſequiť,quia ſubaudiť talis,vel is:ſicut & negatiuè:vt, Homo quidẽ illiterat⁹ eſt,ſed quẽ nõ multis poſtponas. Cõſimiliter,quod in ſuperiore regula dixim⁹, venuſtius dixeris, Crudelis,ne dicam ſceleratus,& impius Caſtor: quàm per accuſatiuũ: & tñ ècontrario præcedente ſubſtãtiuo,Homo prudẽs,ne dicã ſapientẽ. Venuſti⁹ deniq; dixeris,non videris mihi bene loqui:quàm, nõ videť mihi quòd bene loquaris. Et, Tãtũ abeſt,vt officiũ boni viri in te ſit,vt nihil illi reperiať magis contrariũ:quàm ꝑ vnũ Vt,ſic:Tantũ abes ab officio boni viri,vt nihil officio magis poſſit eſſe cõtrarium.quo modo Cice.tñ locutus eſt.Item ſm Val.En,vel ecce Priamus: potius quàm Priamum dices; & tamen per accuſatiuũ non inuenuſtẽ

loqui poſſe oſtendunt hæcq́; compoſita, eccum, eccam, eccos, eccas, ellum, ellam, ellos, ellas.

¶ *Venuſtæ locutiones per genitiuum.*

¶Per genitiuũ venuſtæ cenſent̃ locutiones huiuſmodi: Veni ad te nõ tã tui vidẽdi, quàm audiẽdi gratia. Venuſtius enim vtimur gerũdiuis noĩbus, quàm gerũdijs verborũ ſuorũ caſum gerentib⁹: niſi relatiuũ interponat̃, aut nimi⁹ earũdẽ ſyllabarũ cõcurſus vitãdus ſit, vt, Hic dies attulit initiũ dicẽdi quæ vellẽ. nõ autẽ, dicendorũ eorum quę vellẽ Et Cicero cõcinni⁹ dixit, Equidẽ efferor ſtudio patres veſtros, quos colui, & dilexi, vidẽdi. Quinetiã in genitiuo plurali maſculini, aut neutri generis venuſtè cohæret vox gerũdij in di, q̃uis ſingularis videat̃. Vñ Liui⁹ li. j. Nõ enim vereor ne qs hoc me veſtri adhortãdi cauſa magnificè loq existimet. vbi Veſtri genitiu⁹ pluralis eſt ꝓnoĩs primitiui, ſicut Sui apud Cice. in. ij. de Diuinatione, Dolebis tñ Stoicos noſtros Epicureis irridẽdi ſui facultatem dediſſe. Cõſimiliter Plau. in Ca. duo, Nominãdi tibi iſtorũ erit magis, quàm edundi copia. Venuſtius quoq; per genitiuũ dixeris, illius diei mihi in mẽtẽ venit: quàm per nominatiuũ, ille dies. Et potior rerũ: quàm reb⁹: licet ediuerſo potit⁹ ſum virgine, nõ ꝟginis: quia cũ dico rerũ, videor ſubaudire imperio, vel dñio. Itẽ meminit hui⁹ rei, vel de hac re, cùm ſignificat mẽtionẽ facio: nõ, hãc rẽ. Admoneo te, vel cõmoneo te dignitatis tuę: poti⁹ quàm dignitatẽ tuã. Præterea, emi equũ tanti, quãti tu domũ, & non pluris, neq; minoris: potius dicã, quàm tãto precio, q̃nto &c. Penit⁹ aũt dicere nõ licet, emi equũ tãto, quãto tu, &c. Itẽ vrbani⁹ dixeris, Egeo, vel indigeo tui, quàm te. impleo te vini, quàm vino. Vergi. in. j. Æne. Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ. Et Cice. noĩ plen⁹ ſemꝑ genitiuũ dedit, ſm quẽ ad vitandã præſertim amphibologiã Valla dixiſſet, aue gratiæ plena, poti⁹ quàm gratia: ſicut alibi dictũ eſt, plenũ gratiæ, & veritatis. Vult tamen idem Valla, (vt in locutionibus ablatiui dicturus ſum) Impleo, & Refercio verba potius ablatiuis congrue

Cicero

Liuius

Vergilius.

re:ſicut & Refertus participiũ, quod nomẽ,genitiuo non diſſonat. Vnde Cice.ex lege Manilia, Referto prædonũ mari.& pro Plancio,Audiueram refertam eſſe Græciam ſceleratiſſimorũ hominũ, ac nephariorum. Venuſtius adhoc dixeris, Habui te ſemper loco fratris: quàm, in fratrem:cuius ſenſus eſt,habui te in ea charitate,qua frater fuit, vel eſt, vel eſſe debet. & ita tn conſimilibus ſemper obſeruandum. Teren.in Andr. Si te in germani fratris loco dilexi. Cice.in Verr. In parentum loco quæſtoribus ſuis prætores eſſe oportere. In qua locutione dicitur, In loco:quia motus,vel migratio non intelligitur,ſicut vbi In locũ dicitur,apud Quintilia. Nam quomodo pugnã incuntib⁹ tot ſimul metus laborũ,poſtremò mortis ipſius exciderũt,niſi in eorum locũ pietas, & fortitudo,& honeſti temporis imago ſucceſſerit? Neq; inuenuſte,licet rarius,dixeris cũ Marone, Veterum haud vnq̃ indignus auorum. & cũ Teren. Præterq̃ tui quòd carendum erat.nõ tamen dicam cũ illo,Neq; enim veterũ memini,lætorũe malorũ.quia licet Memini cum genitiuo quadret,nõ tamẽ Lætor. Nec cũ Teren.ſiquidem paſſiuè acceperis, Deſyderio id fieri tuo. ſed tui,q̃uis nihil pecces actiuè exponendo deſyderio tuo.i. quo tu deſyderares id fieri,ſiue eam id facere. Nam nõ tam venuſtatis cauſa,quàm veritatis,cogor in paſſiua ſignificatione dicere,deſyderium tui:& in actiua,ſeu poſſeſſiua,deſyderium tuũ.quod in ſimilibus quoq; ſeruandum eſt, vt in pronominibus alibi docui. Deniq; cum Vergilio potius dixero,Miſerere animi non digna ferentis.&,Miſerere laborum tantorũ.&,Miſerere domus labentis.&,Nil noſtri miſerere,quàm cum eccleſiaſticis,Miſerere nobis.

Terentius

Quintilian⁹.

¶ *Venuſtiores locutiones per datiuum.*

¶Venuſtius dictũ volũt per datiuũ,quàm per ntm̃, Eſt mihi nomen Ioanni:quàm,Ioãnes. Sum tibi voluptati: quàm,voluptas.quod,niſi emphaticòs,penit⁹ non dixeris. Item domus mea patet tibi hoſpitio:poti⁹ quàm hoſpitium,vel in hoſpitium. Venuſtius etiã per datiuum,

quàm per genitiuũ dictum putãt: Sapiens dominabitur aſtris: quàm, aſtrorum. Scipio fuit populo Romano dux inuictiſſimus: poti⁹ quàm, populi Romani. Venuſtius prætereà per datiuũ, quàm per accuſatiuũ Maronem dixiſſe putant, It clamor cœlo: quàm, in cœlum. &, Validis incumbite remis. quia non liceret dicere, ad validos remos. Tametſi quoties id verbũ ad animum refertur, eiuſmodi cõſtructionem non refugiat, qualis eſt apud Cice. Pergite adoſcentes, & in hæc ſtudia, in quibus eſtis, incumbite. Et alibi, Quare incumbamus ô noſter Tite ad illa præclara ſtudia: & eò, vnde diſcedere non oportuit, aliquando reuertamur. Neq; hoc in bonũ tantummodo accipitur, ſed etiam in malũ: vt idem, Marco Catoni incumbenti ad eius perniciem. Obſeruandæ autem ſunt locutiones, quæ ſententiæ diſcrimen habent, quãdo per datiuum, & quando per accuſatiuum fiunt: vt, Dedi tibi literas, & ad te: refero tibi, & refero ad te: auſculto, &, audiens ſum tibi, vel te: timeo tibi, vel de te: &, timeo te: conuenio tibi, &, te. De quibus in regimine datiui locuti ſumus.

Venuſtiores locutiones per accuſatiuum.

Venuſtius autem ècontrario per accuſatiuum, quàm per datiuum dixeris, Locutus ſum ad te, quàm tibi: ſcripſi ad te, quàm tibi. Pertinet, vel attinet ad me: vix audeã dicere, mihi. Et per actm̃, quàm per ablatiuum temporis continuati, Vna cũ genete tot annos Bellagero: ſecundũ Ser. tametſi Valla eiuſmodi locutionem Græcis potius, quàm Latinis addicat. Certum autem eſt vtroq; modo, & per accuſatiuum, & per ablatiuũ poſſe loqui, de qua re poſt Vallam Neſtor ſic diſſerit: Quotieſcun q; (inquit Marcellus) per accuſatiuum annos, vel dies loquimur, iuges annos, vel dies vocamus: quoties per ablatiuum, interiectis aliquibus annis, vel diebus. Fruſtra excogitata eſt hæc differẽtia, Noni Marcelle, etſi tuam ſententiam omnes, qui de hac re locuti ſunt, ad noſtrã vſq; ætatem probare videantur. Si enim per accuſatiuũ ſignificaretur

tempus continuatũ,non oporteret,vel potius nõ liceret addere,Cõtinuos:vt Cicero pro lege Manilia,At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus,cuius vſq; ad noſtrã memoriã nomen inuictum in naualibus pugnis permanſerat, magna,ac multò maxima parte nõ modò vtilitatis,ſed dignitatis,
Vergilius atq; imperij caruit.Vergilius in primo Æneí.Hîc iam tercentum totos regnabitur annos Gente ſub Hectorea. Idem Georgicorum.ij. Septem illũ totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe.Si igitur per accuſatiuũ,tempus minime interruptum ſignificaretur,non oporteret addere Totos,neq; Ex ordine, quod ſignificat ſine intermiſſione:dicendum eſt ergo, quòd indifferenter loquimur per ablatiuũ more Latinorum, & per accuſatiuũ more
Cicero Græcorum.Nihil igitur differt ſi dicatur, vt Cicero ſcripſit,Q̃quam te,Marce fili,annũ iam audientem Cratippum.an ſic,Duobus annis audiui Platonem.Immo etiã per ablatiuum addendo Contínuis,vel Totis,loqui poſſumus.Vnde in apoſtolicis actionibus legitur capitulo vltimo,Manſit aũt Paulus biennio toto in ſuo cõductu
Ouidius diſputans.Ouidius in lib.v.Triſtium, Pene decem totis
Terentius aluit Pæantius annis.Terentius in Adel. Sex totis menſib⁹ olfeciſſem,quàm ille quicquã cœpiſſet.Verùm illud fortaſſe melius præciperetur,quum de parte,nõ de toto tempore loquimur:non enim liceret tũc per actm̃ loqui, ſed per ablatiuũ:vt ſi dicas,Ego hoc anno ad te veniã.i. aliquo tempore huius anni:quod non rectè diceres per accuſatiuum,ad te hunc annũ veniam:Hæc ille. Verumtamen quia eloquentiſſimus quiſq; vbi tempus cõtinuatum eſt,decuplo frequentius accuſatiuo,quàm ablatiuo vtitur,& per ablatiuũ tempus etiã non continuatũ ſignificarij poteſt , vt dilucidè loquamur, quæ eſt prima eloquendi ratio,Seruium,atq; Marcellum ſequamur.Quod verò Neſtor Vallam ſecutus obijcit de adiectione dictionum,quibus tempus cõtinuatum ſignificetur, purgatur per notum dictum,Æquiualens geminis,harum ſi iungitur vni, Dictio,pro reliqua tantummodò debet haberi.

Propter enim maiorem expreſſionem, adiectæ ſunt, ſine quibus tantundem ſignificetur: vt ſexto Aeneidos, Noctes, atq; dies patet atri ianua Ditis. Venuſtius ad hoc dices, Literę inciſæ ſunt in æs: quàm, in ære. licet hoc non Vallam latuerit poſſe dici, vt apud Ouidium Faſtorum primo, At bona poſteritas puppim formauit in ære. quod exemplum Neſtorianum parui momenti eſt, non enim qui dixit, formauit in ære, continuò dixerit, incidit in ære. Venuſtius adhoc dixeris, multa ſunt id genus monſtra: quàm, eius generis. Et, Nihil ad te: quàm, nihil in comparatione tui. Afficio te iniuria: potius quàm, facio tibi iniuriam. Et licet dicas, auxilium do: &, auxiliū fero: non tamen, opem do: ſed tantùm, opem fero. Memineris etiã diſcrimen eſſe inter animaduerto te, & animaduerto in te: quia animaduerto te, ſignificat te conſydero, & intueor: ſed animaduerto in te, eſt punio te: ſed cum hac differentia, quòd Punire eſt quorumcunq;, ſiue iure, ſiue iniuria. Animaduertere eſt eius, qui in alterum habet poteſtatem, ordine, ac ritè. i. cum animaduerſione puniendi. ſed animaduerto tibi. i. imputo. Ouidius

¶ *Venuſtiores locutiones ablatiui.*

¶ Venuſtius, & expeditius dixeris cum euangelio, Magi apertis theſauris ſuis, obtulerunt munera: quàm, Magi poſtquàm aperuerant theſauros ſuos, obtulerunt munera. Venuſtius præterea dicas per caſum Romanum: vir excellenti ingenio, quàm per genitiuum, excellentis ingenij: tametſi Seruius putet per genitiuum eſſe locutionem magis grãmaticam. Quocirca quidam in eadem oratione vtuntur genitiuo, & ablatiuo, quod tamen parcius faciendum eſt. Sed, vt Valla inquit,

Pro lege accipiēdam eſt, quicquid magnis autoribus placuit: cuiuſmodi ſunt Plinius, & Cicero: quorum alter li. vij. naturalis hiſtoriæ ita loquit̃, Choromãdarū gentē vocat Tauron, ſyluestrē, ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Poterat

dixiſſe,ſtridore horrendo: vbi dicit,ſtridoris horrendi. Et alter ad Lentulum ita ſcribit, Lentulum noſtrum eximia ſpe,ſummę vrtutis adoleſcentem,quum cæteris artibus,quibus ſtuduiſti ſemper ipſe,tum in primis imitatione tui fac erudias.

Summopere autem vitãt oratores ſynecdochen, etiã per ablatiuum,quem hiſtorici non vitant.

Salluſtius ¶Vt Salluſtius,Et ex altera parte Caius Antonius pedibus æger in prælio adeſſe nequibat. Vbi Cicero,Quintilianusq́; dixiſſent, pedibus ægris. Nec dixiſſent, doleo caput,vel capite:ſed, caput mihi dolet.&,caſus tuus mihi dolet:vel,doleo caſum tuum. ſicut Salluſtius, Quaſi dolens ei⁹ caſum. Nõ eſt ſynecdoche,ſed Doleo accipitũ pro eo quod eſt,cum dolore patior. Venuſtè item, & grammatice dixeris, accuſaui Petrum ſacrilegij, Paulum adulterij, Philippum vtroq;. Nam Vtriuſq; dicere non licet,ſicut prius patuit.Item venuſti⁹,Interdico tibi: vel, tibi interdictum eſt aqua,& igni:quàm,aquam, & ignẽ: licet nõnulli ſic locuti ſint.Item,Referſi,vel impleui apothecam de omni genere vini:potius quàm ſine præpoſi-

Cicero tione:ſicut Cicero de Oratore, Q; ſi tantam vim rerum maximarum arte ſua rhetorici amplecterentur,quęrebat cur de procemijs,& epilogis,& de huiuſmodi nugis,ſic enim appellabat,referti eſſent eorum libri. Vbi nequaq́; licuiſſet ſine prępoſitione loqui. Non enim libri illi referti ſunt procemijs, & epilogis,ſed præceptis de procemijs,& epilogis: ſicut apotheca non eſt referta omni genere vini,ſed vino omnis generis. Vrbanius deniq; loquaris ſic, Lectum eſt pluiſſe lapidibus: quàm, pluiſſe lapides. & memoria teneo, quàm memoriter. Contrà potius memoriter pronuncio,quàm memoria. Item impertio te ſaluti,potius quàm tibi ſalutem. dono te ciuitate,vel libertate: vix dono tibi ciuitatem, aut libertatem: præſertim in ea ſignificatione, quæ eſt,aut præmij gratia, aut beneuolentiæ,aut miſericordiæ, aut admirationis, Cicero pro Archia, Sylla cùm Gallos, &

Hiſpanos ciuitate donaſſet. videlicet in præmium beneuolentiæ. Apud Valerium Maximum lib. ij. Rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium Scipionis à militibus ſuis interceptũ honoratiſſime excepit, regijsq; muneribus donatũ vltro, & celeriter patri remiſit. Et hæc de caſibus.

Decima venuſtatis regula.

Quicquid facile intellectu eſt, expreſſum non oportet, niſi ad maiorem ſignificationem habendam.

¶Ex hac regula, tanq̃ ex radice, atq; fundamento, plurimæ grãmaticales inferuntur, quæ tamen omnes aliquid venuſtatis, atq; pulchritudinis habent. Vnde

Prima regula talis eſt.

In verbis primæ, vel ſecundæ perſonæ, quia certũ intelligitur ſuppoſitum, nõ decet exprimere niſi ad diſcretionem, aut eminentiam ſignificandam.

¶Suppoſitũ enim primæ perſonæ ſingularis ſemper eſt Ego, & pluralis Nos: ſecundæ ſingularis Tu, & pluralis Vos: ad diſcretionem tamen, & emphaſim congruit interdum pronomina eloqui: vt, Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi, Syluestrẽ tenui muſam meditaris auena. Tu inquam, quia nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. Sic in ſanctis literis, Ego ſum via, veritas, & vita. Ego inquam, quia non alius.

Secunda regula.

In verbis exceptæ actionis, quia vel deo, vel naturæ ſolùm cõgruunt, & quodammodo imperſonaliter proferuntur, nõ oportet habere expreſſum ſuppoſitum.

¶Cuiuſmodi ſunt hæc, fulminat, tonat, ninguit, grandinat, coruſcat, fulgurat, rorat, pruinat, nocteſcit, dieſcit, luceſcit, veſperaſcit, hyemat, æſtiuat, autumnat, vernat: quibus quatuor etiam cum ſuppoſito vti licet. Dico, & quodam modo imperſonaliter proferuntur, quia Creat,

& ſi quod aliud eo modo ſoli deo congruit, ſuppoſitum efflagitat.

Tertia regula.

Verba quæ ſoli homini congruunt, ſi certum non exigitur ſuppoſitum, ſine ſuppoſito poni poſſunt.

¶Vt ſunt verba ad loquelam ſpectantia. Itaq; dicimus, vt aiunt, vt dicunt, vt, perhibent, vt ferunt, vocant, appellant, &c. Item illud, Nunquid de ſpinis colligent vuas? & ſimilia.

Quarta regula.

Verba imperſonalia, quia à certa perſona actus eorum abſtrahitur, & generalitati attribuitur, ſine ſuppoſito proferuntur.

¶Eſt enim imperſonalibus generalitas quædam: vt autor eſt Seruius.

Quinta regula.

Econtrario ſuppoſita verbum ad loquelam ſpectans deſyderantia, ſine appoſito poni poſſunt.

¶Vt, Sic Venus: ſubaudi, ait. Cicero, Habendas eſſe quàm laxiſſimas amicitiæ habenas: Caput enim eſſe ad bene viuendum ſecuritatem. ſubaudi, dicunt.

Sexta regula.

Similiter verba generaliter agere aliquid ſignificantia, ſubaudiri poſſunt.

¶Vt, Talia per Latium. ſubaudi, gerebātur. Quando enim ſpecialia deſunt, ad generalitatem confugiendum eſt.

Septima regula.

Et ea de cauſa verbum ſubſtantiuum facillimæ intellectionis eſt: quocirca in participijs, & ſubſtantiuis ſæpe ſubauditur.

¶Vt, Nunc fama minores Italiam dixiſſe, &c. Nunc fama: ſubaudi, eſt.

Octaua regula.

In zeugmate quoq; ideo ſemel duntaxat tertium ponitur, quia idem repeti facilè intelligitur.

¶Vt, Caper tibi ſaluꝰ, & hœdi. ſubaudi, ſalui ſunt. Quod ſi expreſſeris, inepties.

Nona regula.

In prolepſi non alia de cauſa partibus tertium non datur, quia tertium totius ipſis attribui facilè intelligitur. Quoties enim inter plura conſtructibilia vnum duntaxat effertur tertium, id omnibus aptandum eſſe intelligitur.

¶Vt, Hi viuunt, alius ſanctè, alius prauè. ſubaudi, viuit. Caue tamen expreſſeris.

Decima regula.

Item quoties verbo finito, & infinito vnum cõgruit ſuppoſitum, alterum in recto, alterũ in accuſatiuo, illud quod accuſatiui eſſet, non exprimes.

¶Facilè enim intelligitur, & fruſtra exprimeretur. Itaq; nõ dices, Velim me diu viuere: ſatis enim eſt, Velim diu viuere. quia ſi diuerſa ſint ſuppoſita, vtraq; exprimentur: vt Aenei. 2. Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam, Has mihi ſeruaſſent ſedes.

Vndecima regula.

Item quia cœpi verbum generale eſt, ſæpe infinitiua verba ſine illo ponuntur.

¶Vt apud Teren. Omnes omnia bona dicere. ſubaudi, cœperunt. Seruius tamen dixit figuram eſſe hiſtoriographorum: qua infinitum verbũ pro præterito imperfecto indicatiui ponunt: ſed in idem recidit. Terentius

Duodecima regula.

Nonnunq̃; in oratione deſunt verba, non ſine gratia, & venuſtate.

¶Vt apud Horatium, Quò fortuna mihi, ſi non permit- Horatius

titur vti? i. ad quid, vultis eſſe mihi bona fortunę? Idem.
Iuuenalis. Vnde mihi lapidē? quorſum eſt opus? vnde ſagittas? ſup. putas, vel dicas mihi eſſe. Iuuenalis, Vnde tibi frontem,
Plinius libertatemq́ parentis, Quum facias peiora ſenex? Item
Martialis apud Pliñ. Iuniorem. Studes, an piſcaris, an venaris, an ſimul oīa? ſubaudi, facis. Itē Martialis, Nil aliud bulbis q̄ ſatur eſſe potes. ſubaudi, facere. Generale enim eſt verbū.

Decimatertia regula.

Vbicunq; pathos eſt, verba deeſſe congruit.

¶Ideoq́ iratis, & minitātibus, aut profuſē gaudentib⁹, ſpeq́ geſtientibus, incompletā orationem, nō ſine multa gratia, damus. Vnde trit⁹ eſt ille modus, quo ſubauditur, æquū eſt, aut decet, aut iuſtū eſt, aut qd ſimile: vt. 1. Aeñ. Mēne incepto deſiſtere victā? ſubaudi, decet: vel, æquū eſt: vel, fatale eſt: aut quid ſimile. Notū eſt & illud in eodem, Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. vbi ſubaudiendū reliquit, acerrime puniam, aut quid ſimile, Et illud in Eunucho, Ego'ne illā, que illū, quæ me, quæ non, &c. quod ſic perficitur, Ego'ne illā ſup. non vlciſcar, aut poſthac amauero? quæ illū. ſ. militem recepit, quæ me excluſit, quæ non. ſ. admiſit? & ita in ſimilibus.

Decimaquarta regula.

Deniq; ſiquid obſcœnum, aut turpe ſit dictu, honeſtum erit tacitu.

¶Vt in Eunucho, Ego illum Eunuchum, ſi opus ſiet vel ſobrius. ſubaudi, ſubagitem.

Decimaquinta venuſtatis regula.

Quoties dictio aſperitatem habet, ad dulciorem cognatæ ſignificationis tranſeundum eſt.

¶Hæc quoq; regula lati ambit⁹ eſt, multasq́ particulares cōplectitur, quas ſingulas memoriæ cōmendatas velim.

¶ Prima regula eſt.

Quia quid plenius, & ſuauius in neutro genere, quàm in cæteris eſt, ideo autores ad neutrum genus ſæ

pe ſermonem tranſferunt.

¶Exempla à Lauren.Valla hæc dantur. Nihil eſt iſto homine peius,nihil tuo patre abiectius, nihil hoc vino inſuauius:pro eo quod eſt,nullus eſt iſto homine peior, nemo patre tuo abiectior,nullũ vinum eſt hoc vino ,inſuauius.Rurſus in laude, Nihil iſto homine melius, nihil patre tuo generoſius, nihil matre tua ſanctius, nihil vxore tua verecundius,nihil eſt hoc vino ſuauius, &c. Dictum eſt de omnibus rebus,non tantùm de ſingulis. Interdum etiam vbi nihil plus, comprehenditur in vniuerſo,quàm in parte:vt, nihil eſt te literatius, nil eſt iſto prudentius,nihil eſt illo inhumanius.Nihil plus ſignificatur hoc modo,quàm ſi dicas,nemo te literatior, nemo illo prudentior,nemo iſto inhumanior: quoniam literatura,prudentia,inhumanitasq́ nõ niſi in homines cadit. Hæc Valla.Simile eſt de his, multum pecuniæ, plurimũ eloquẽtiæ,&c.venuſtius enim ſic dixeris, quàm hoc modo,Multa pecunia,plurima eloquentia,&c. Sed proſpice dum venuſtè loqui conaris, necuius honori deroges. Huiuſmodi enim genitiui partitionis contemptum important:vt,quid hoc ornati &c.

Secunda regula.

Quia deriuatiuis ſonoritatis iucũdæ ſæpe plus ineſt, quàm primitiuis,loco primitiuorum ſæpe ponuntur.

¶Vnde cõparatiua pro abſolutis,verba deriuatiua pro perfectis frequentiſſime ponũtur:vt lectitare,pro legere.

Tertia regula.

Deriuatiuorum terminationes ſecundum maiorum conſuetudinem formandæ ſunt,ſed pro aurium iudicio conſtruendæ.

¶Sæpe enim ab vno primitiuo variæ ſumuntur deriuationes,vt ab amaro fit amaror,amaritudo,amaritas,amaricies:à ſancto,ſanctitudo,ſanctitas,ſanctimonia:à claro claritas,claritudo:à neceſſe,neceſſitudo, & neceſſitas:& ſic de multis alijs:vt, largè,largiter:amplè, ampliter: du

rè duriter.

Quarta regula.

Quoties ab aliqua dictione deriuatiuum durius ſonat, aut minus tritum habetur, ab alia cognatæ ſignificationis deducendum eſt.

¶Vt à nomine Somnus, non faciam Somnoſus, ſed ab eius diminutiuo, Somniculoſus: ſimiliter & Siticuloſus, à Siticula, non Sitioſus à Siti. Meticuloſus à meticulo, non metuoſus à metu. Frauduloſus à Fraudulo, non Fraudoſus à Fraude. Item a nominibus verbalibus in us exeuntibus, raró quidem comparatiua, aut ſuperlatiua formantur: ſed à forma participiorum præſentis temporis: vt à magnificus raró fit magnificior, & magnificiſſimus, ſed ab eo quod in vſu non eſt, nec eſſe quidem poſſet, magnificens, fit magnificentior, & magnificentiſſimus. In vſu ergo ſunt in altera dictione poſitiua, in altera comparatiua, & ſuperlatiua: vt beneficus, beneficentior, beneficentiſſimus. Munificus, munificentior, munificentiſſimus. Honorificus, honorificentior, honorificentiſſimus. & hæc à facio. Item à dico, & loquor, & ſiqua reperiuntur à ſequor: vt maledicus, maledicentior, maledicentiſſimus: multiloquus, multiloquentior, multiloquentiſſimus. Pari modo in vſu rariore eſt abſolutum nomen Dis, ditis: pro quo frequentius Diues ponitur. E contrario autem, ditior, & ditiſſimus, à dis, ditis, potius vſurpant, quàm diuitior, & diuitiſſimus à diues. Oui. tamen diuitiora protulit.

Quinta regula.

Item quoties ſuperlatiuum aſperius ſonat, aut prolatu difficilius ſit, pulchrum eſt poſitiuum cum dictione vim ſuperlatiui habente in locum eius ſufficere.

¶Vt pro eo quod eſt memorabiliſſimum facinus, mirabiliſſima res, dices, facinus in primis memorabile,

res ſanè mirabilis. Superlatiui autem vim habere diximus, per, pquàm, ſanè, opidò, valde, in primis, apprime, maxime, præcipuè, prætereà, inter prima, & quædam alia, quæ poſitiuo addi volunt. Notum autem eſt comparatiua à nominibus habentibus i, vel, u, ante us, & is, eſſe rara inuentu: vt pius, egregius, ſtrenuus, arduus, tenuis. Quinetiam ſuperlatiua ab his quidam rara putant. Tenuiſſimum vulgò reperitur. Sulpitius etiam Verulanus à verbalibus in dus, negat comparatiua, & ſuperlatiua apud idoneos reperiri, licet in frequentiſſimo ſcribarum ſint vſu.

Sexta regula.

Item quando participia præſentis temporis verborũ frequentatiuorũ duriuſcule ſonant, verbalia in bundus, quæ idem ſignificant, pro ipſis vſurpare poſſumus.

¶ Vt Populabundus potius, quàm populitans: errabũdus, ludibundus &c. Autor eſt Valla.

Septima regula.

Nomina quæ ancipitem declinationem ſortiuntur, in tritiore, ac dulciore vſurpanda ſunt.

¶ Vt compoſita à ſomnus ſecundæ, & tertię inflexionis ſunt. Tamen (vt docet Valla) ſemiſomnus in ſecunda declinatione ferè dicitur, non autem ſemiſomnis. Contrà exomnis, & inſomnis in tertia: non exomnus, & inſomnus in ſecunda.

Octaua regula.

Quinetiam quoties in vnius declinationis caſu duo ſunt exitus, delectus aurium habendus eſt.

¶ Vt in tertia declinatione accuſatiuum in em, & in im, ſæpe habemus, ſimiliter & ablatiuũ in e, & in i, genitiuũ in um, & in ium, accuſatiuũ pluralem in eis diphth. & in es. De qua re Au. Gellius in Noct. At. li. xij. ca. xix. ſic inquit, Val. Probus iuueni percunctãti vtrũ diceret turrim, an turrē; omneis, an oēs, & ſimilia, Si aut verſum, inquit, Au. Gellius.

pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, atq; ea verba tibi dicenda ſunt, non finitiones illas præranciḍas, neq; fecutinas grammaticas ſpectaueris, ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere, quod illa ſuaſerit, id profectò erit rectiſſimum: Hæc ille. Pro aurium igitur iudicio factitandum erit. Cætetùm quia multi Alexandrũ ſequentes putant treis caſus pluralis numeri in es & in eis reperiri, ſcies in perquàm paucis nominatiuũ, & vocatiuum in eis finiri: accuſatiuum autem (vt inquit Ser.) quoties genitiuus in ium exiuerit. Verùm (vt alij volũt) tunc præcipuè, quãdo nominatiuus ſingularis in is exit, aptiſſime autem, quando accuſatiuus in im terminatur, ab accuſatiuo enim ſingulari in im facimus pluralem in eis, & ab eo qui in a exit, eum qui in as: vt à turrim fit turreis, & à Priamida Priamidas: ſed Gręca quidem determinatio eſt as, eis verò Latina. Siquis autem duriuſculus eſt, qui aurium iudicium non habet eruditum, is ſine iactura ſui peccare poteſt. Veruntamen concentus orationis poterit indicare, quando um, & quando ium in genitiuo: & vocalium affinitas quãdo e, & quando i in ablatiuo rectius poſueris.

Nona regula.

Coniunctiuum pro indicatiuo, & illius tempora pro huius temporibus, vbi congruerint, pones: vt in textu Dathi videbis.

Decima venuſtatis regula.

Tametſi deriuatiua primitiui, cuius ſignificationem gerunt, caſum poſt ſe regunt, tamen in eis quoq; autorũ vſus, & venuſtatis habebitur ratio.

¶ Hec regula duo membra complectitur, alterum grammaticale, quo ad regimẽ, alterum oratorium, quo ad delectum: vnde quid in his grãmaticus, & quid orator ſeriſerit, diſquirendum eſt.

Grammaticus.

Comparatiua, & ſuperlatiua nomina præter proprios,

prios, & peculiares caſus: omnem ſuorum abſolutorum caſum regere poſſunt.

¶ Propri⁹ aũt cõparatiuorũ cõparatiuè tentorũ, caſus eſt ablatiu⁹ rei exceſſę. Superlatiuorũ genitiu⁹ multitudinis, quem & comparatiuum regit, ſi alterũ duorũ ſignificat.

Exemplũ de cõparatiuo regente ablatiuos ex vi propria: vt, Sum ditior Crœſo tribus aureis. Exemplum vbi genitiuũ regit virtute poſitiui: vt, Sum ditior Crœſo auri, & argenti. Cupidior lucri, quàm Diogenes. Vbi datiuum: vt, Sum tibi gratior vxore tua. Vbi accuſatiuum, quod figuratè fit, vel per præpoſitionem: vt, Sum albior faciem, quàm tu. Sum aptior ad pugnã Hectore. Exemplum vbi ablatiuũ: vt, Sum ditior auro, & argẽto, quàm Crœſus. Exemplum vbi partitiuè genitiuum regit: vt, Aiacum fortior fuit Telamonius. Manuũ mearum dextera eſt præſtantior. Exemplum vbi ſuperlatiuum genitiuum propriũ regit: vt, Sum omnium ditiſſimus. Vbi genitiuũ virtute poſitiui: vt. j. Ænei. Huic coniux Sichęus erat, ditiſtimus agri Phœnicũ. vbi Agri virtute poſitiui, & Phœnicum virtute ſuperlatiui regitur. Cætera exempla de comparatiuo ſumes.

Orator.

Ideoq; comparatiua, & ſuperlatiua à propè aliquãdo datiuum, elegantius tamen accuſatiuum à primitiuo ſuo mutuantur.

¶ Vt Vergi. in Geor. Quũ propius ſtabulis armẽta tenerent. Statius in Achil. Propior cui linea cœli. Terẽ. Proximus ſum egomet mihi. Exemplũ de accuſatiuo, vt apud Salluſtiũ, Proxime Hiſpaniã mauri ſunt. Et apud Ciceronem, Tñ eſſe putaui officiũ meũ habere exercitum quàm proxime hoſtẽ. Cauſa diuerſitatis eſt, quòd Propè nunc noĩaliter, ſeu aduerbialiter cũ datiuo ſumit: vt in ſanctis literis, Propè eſt dñs oĩbus inuocãtibus eũ. Nũc autem præpoſitio eſt cum accuſandi caſu; vt, prope hoſtem.

Vergilius. Statius Terentius. Salluſtius

Orator.

Tametſi autem comparatiuum nomen ablatiuum rei exceſſæ proprium habet, tamē interdum non rem exceſſam, ſed ſubiectum eius, aut ſimile quid, quod per modū exceſſi profertur, regit: idq; conſuetius, ſi comparatiuū ipſum in accuſatiuo, quàm ſi in nominatiuo ponatur.

¶ Vt quū dixi, Tu maiorē laudē aſſecutus es patre tuo: nolui ſignificare, quòd laus tua ſit maior patre tuo, ſed quòd maior ſit laude pr̄is tui. Ideoq; (vt dicit Valla) vix audeas dicere, Tua laus eſt maior patre tuo. Item quū dico, Puer eſt maior biēnio, ditior hominū opinione, &c nō regit res exceſſa, quę participaret formā, in qua ſit cōparatio. Nō enim bienniū magnū eſt, neq; opinio diues, ſed ſignificatur, quòd tu maior es ætate biennij: & quòd ditior es, quàm te hoīes opinātur eſſe Hoc autem modo frequenter ponimus hos ablatiuos, annis, diebus, fide, opinione, ſpe, æquo, dicto. Satyricus, Flagrātior æquo Non debet dolor eſſe viri, nec vulnere maior. Item Vergilius, Et dicto citius tumida æquora placat.

Vergilius

Grammaticus.

Comparatiuum tamen mediante Quàm etiā eūdem caſum efflagitat.

¶ Vt, cenſeo te meliorem patre: vel, quàm patrē: tu es melior patre: vel, quàm pater.

Orator.

Pulchrè poſt Quàm ponitur Qui, Vt, aut Pro, cū determinatione.

¶ Caue igitē barbarè dicas, Iſte eſt nimis iuuenis ad dandū ſibi tale negociū: qa ſic etiā reciproco abuteris, quod ſic Latinè diceretē, Iſte eſt nimis iuuenis, aut iunior, quàm vt ipſi detē tale negociū. vel, eſt minor, quàm cui tale negociū detē. Cui⁹ rei, inquit Valla, plurima vbiq; exempla ſunt: vt Quinti. Sed hoc aptius eſt, quàm vt probādū ſit. Idē in. x. Ideoq; ne ſuſcipiendæ qdem ſunt cauſæ plures, quàm quib⁹ ſuffecturū ſe ſciat. Et ita op⁹ inchoatē Valerij Maximi, Vrbis Romæ, exterarūq; gētiū facta, ſimul ac di

Valerius

cta memoratu digna,quæ apud alios latius diffuſa ſunt, quàm vt breuiter cognoſci poſſint.i.latius ſunt diſperſa, ita vt non breuiter poſſint cognoſci.In eandē rationem cadit ille modus qualis eſt,Maiorem geris veſtē, quàm pro habitu corporis.vt Curtius,Maiorē, quàm pro magnitudine ſyluæ,reddebant ſonum. Curtius

Orator.

Superlatiua cum Quàm poſita,genitiuum refugiūt.

¶Cauſa eſt,quia tūc nihil à poſitiuo cum aduerbio valde differūt:et ſicut nō dicis,Iſte eſt valde bonus omniū: ita ne dixeris, Iſte eſt omnium quàmoptimus.

Grammaticus.

Quia impersonalia paßiuæ vocis,gerundia,& ſupina communis ſunt ſignificationis,videntur tam actiuorum,quàm paßiuorum caſus regere poſſe.

Orator.

Imperſonalia paßiuæ vocis vt plurimùm abſolutè ponuntur.

¶Vt,itur,ſtatur,ſedetur,curritur, ambulatur,amatur.

Grammaticus,& Orator.

Poſſunt tamen ante ſe regere ablatiuum cum præpoſitione,vel eius loco datiuum.

¶Vt, à me:vel, mihi amatur.

Nunq̄ autē tranſitiuè conſtrui poſſunt,quo circa nō addes poſt illa accuſatiuum,niſi iuncta præpoſitione.

¶Vt,à me itur in antiquā ſyluā.Pręter cōſuetudinē ergo doctorū virorū præcepit ille,q dixit,Mattheū legitᷓ &c.

Grammaticus,& Orator.

Additur autem quibuſdam datiuus, quorū videlicet perſonalia illum regunt.

¶Vt,à ſe ſeruitur tibi.Martialis,Nō bene(crede mihi) ſeruo ſeruitur amico.Aliquādo volunt ablatiuū cū præpoſitione:vt,à me curritur.à te,& à me ſtatur in foro,diceſq;,à me interdictum eſt tibi aqua,& igni. Martialis

Orator, & Grammaticus.

Eſt aduertendum quòd in infinitiuis verborũ imperſonaliũ paſſiuæ vocis, ſemper debet exprimi ablatiuus.
¶ Vt, volo à me amari. id eſt, volo amare. Volo à me ſeruiri. id eſt, volo ſeruire. Quòd ſi ablatiuus non exprimatur, iam paſſiua perſonalia putares: vt, volo amari. id eſt, vt amer: non, vt ametur.

Cauendum etiam, ne infinitiuum, qui tranſitiui caſus vim habet, iungamus: vt ſi diceres, à me docetur viuere. Nam ſi infinitiuus ille ab anteriori parte cõſtruatur: vt ſic, viuere docetur à me, iam illud docetur erit perſonale paſſiuum. At ſi poſteriori parte ponatur, iam actiui tranſitiui vim haberet, quæ imperſonalibus (vt dixi) nõ datur. Hæc ferè Sulpitius Verulanus.

Grammaticus Sulpitius.

Gerundia, & ſupina ante ſe caſum non poſtulãt, ſed poſt ſe requirunt caſus ſuorum verborum.
¶ Vt, ſtudes gratia acquirendi gloriam. &, clamas cauſa vapulãdi à me. &, eo lectum poëtas. &, is venum à domino. Quod dicendi genus paſſiuum improbant quidã. Ablatiuus enim ille non inuenitur expreſſus: vt, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ſed ſubintelligi
Salluſtius videtur ablatiuus, ab aliquo: vt in verbis imperſonalibus agitur, ſtatur. Salluſtius, Pauca ſupra repetam, quo ad cognoſcendũ omnia illuſtria magis, magiſq́ in aperto ſint, certè ſubintelligitur, à lectoribus. Sed quid improbent, quum negare non poſſunt gerundia poſt ſe regere caſus ſuorum verborum, quorũ gerunt & ſignificata, certumq́ ſit illa ab omnibus generibus deriuari? Et ea, quæ ab actiuis, communibuſq́ deſcendunt, duplicem gerere ſignificationem, eſſeq́ tam actiuè, quàm paſſiuè communia, Autores ſunt Diomedes, & Priſcianus. Seruius ſimpliciter proferri gerundia dixit. Priſcianus cum caſibus,
Vergilius cum quo alibi ſentit & Seruius. Vergilius, Pacemq́ ab
Lucretius rege petendum, Lucretius, Externas quando pœnas in

morte timendum.

¶Interdum ſibi alienos caſus annectunt: vt, Nominandi tibi iſtorum: apud Plautum. Et, Creſcendi nouarũ fabularum: apud Teren. Hortandi veſtri: apud Liuium. Ex qua conſtructione deprehenditur illorum error, qui ea per omnes caſus, & genera, & numeros declinari volũt cõtra omnium grammaticorum autoritatem, quod quũ ſit, non gerundia, ſed nomina verbalia eſſe Priſcianus rectiſſime cenſet. Itaq; refutatis etiam illis, qui dicunt gerundia actiuè conſtrui, non paſſiuè (nam ſi paſſiuam habent ſignificationem, quomodo conſtruentur actiuè?) ſic teneamus,

Gerundia in o, & in um, paßiua ſignificatione abſolutè proferri. In actiua verò, & cum caſibus, & abſolutè. In i, ſi ab actiuis, & communibus deriuantur, actionem vt plurimùm ſignificare. Supinum verò in um, cum verbo ſignificante, aut clàm indicante motum ad locum, à quo abhorrent ſuperiora, coniungitur.

¶Vt, eo mercatum. ſum admiſſus ſpectatum. video me accuſatum iri à te. i. me accuſandum eſſe à te: per quod dicendi genus frequentatum ab autoribus, paſſiua eius ſupini ſignificatio indicatur.

*Supinum in u nominibus iungitur adiectiuis: vt, di*gnus doctu. i. vt doceatur: &, vt doceat, ſi Priſcianum ſequemur. Sed Valla vult tantummodo, & quidem rectè, paſſiuè reſolui. Supina quidam ſegregant à gerundijs. Alij vtroq; nomine confuſè appellant. Ea alij nomina, alij verba participialia vocant. Vtraq; eorum genera, & numeros habent. Prima illa genitiuũ, accuſatiui, & ablatiuum; hæc vltima accuſatiuum, & ablatiuum.

Aſcenſius.

¶Hæc omnia Sulpitius. Quorũ illis præcipuè, quæ nouiſſimo loco dixit, refragandum puto.

Gerundia enim caſus quidem habẽt, ſed neq; genus, neq; numerum, ſaltem nominum adiectiuorum more.

¶Nam omniũ generũ ſubſtantiuis adiungi poſſunt:vt, gratia adipiſcẽdi laudem,& laudes:ad adipiſcendũ laudem,& laudes:in adipiſcendo laudem,& laudes.Quinetiam illa in di vtriuſq; numeri vident̃. Dicimus eñ, nominandi iſtius:&,noĩandi iſtorum.Supina verò neq; genus,neq; numeros,neq; caſum noĩm habent.Nã rectè dicis,vado ſpectatũ ludum,& ludos,comœdiã,& comœdias,&c.Hoc eñ intereſt in infinitiuo,inter futurũ vſurpatũ à participio in rus,vel in dus,& verbo eſſe, & à ſupino, et verbo ire, vel iri, quòd in participio ratio generis,& numeri eſt habenda,in ſupino verò nõ.Vnde grãmaticè dixeris,Scio puerũ auditurũ eſſe, pueros audituros eſſe,puellam auditurã,puellas audituras, &c. nõ aũt puellã auditurũ, vel audiendũ eſſe, niſi apud vetuſtiſſimos.Item rectè dicis,Scio Catharinã auditũ ire comœdias,pueros auditũ ire comœdias,&c. nõ ergo generis alicuius,aut numeri ſunt:quòd ſi alicuius caſus dixeris, quare non more aliorum caſuũ cõſtruuntur? Non enim præpoſitionem admittunt,ſicut gerundia.Nam ſi ad captum,vel pro captu dixeris,iam nomina ſunt, non ſupina.Primum autem quod dicit Sulpitius,

Gerundia,& ſupina ante ſe caſum non poſtulare, verũ eſt,niſi ſupina in um ꝑ futuro infinitiui ponãtur.

Terentius ¶Rectè eñ dixeris cũ Terentio, Audierat nõ datũiri filio vxorem,&c.Sunt aũt qui gerundio etiam actm̃ qñq; pro ſuppoſito dari velint,ſed illis cũ Laurẽtio Valla omnino refragandũ eſt.Nã Heliſabet Lucæ.1.Heliſabet aũt impletũ eſt tempus pariendi,&c.datiui caſus eſt.Neq; refert quòd rectè in nominatiuũ ſuppoſitalem reſoluit̃, rectè eñ dixeris.i.vt Heliſabet pareret,quia ſæpe in ntm̃ ſuppoſitalem vertitur:vt,opus eſt mihi pecunia.i. vt ego habeam pecuniã.eſt mihi pecunia.i.ego habeo pecuniã. Dices ergo,Eſt mihi tempus ſcribendi.Scribenti habendum eſt pennam,aut calamũ.ſed melius,habẽda eſt penna,aut habendus calamus.Vt verò ad inſtitutum redeamus,ſpeciales ſubiungam regulas.

De gerundio in di. Grammaticus.

Gerundia in di nullum caſum ante ſe regunt, ſed re‑guntur à nomine ſubſtãtiuo, cuiuſmodi ſunt, locus, tem‑pus, opportunitas, occaſio, ratio, cauſa, ars, mos, conſuetu‑do, copia, idoneitas, amor, deſyderium, cupiditas, & ſi‑milia. Poſt ſe autem caſum ſuorum verborum poſtulant: vt, certo cauſa acquirendi palmam.

Orator.

Turpe eſt autem cum illis ſubſtantiuis infinitiuum more Græcorum cõſtruere. Et ſi quãdo (quod raró fiet) paſſiue poſueris, ſine appoſito conſtruxeris. Apud do‑ctiſſimos autem viros cum genitiuis vtriuſq; numeri, & omnis generis conſtruuntur.

¶Illud ergo. ij. Aenei. Sed ſi tantus amor caſus cognoſce‑re noſtros: poëticè, & Græcè magis, quàm oratoriè, & Latinè dictum eſt. Nam, vt Seruius vult, pulchrius dice‑retur, amor caſuum cognoſcendorũ, vel cognoſcendi ca‑ſus. Cũ adiectiuis autem tam nominalibus, quàm parti‑cipialibus rectè conſtruuntur infinitiua: vt, mandatũ eſt mihi à patre te conuenire. vbi Mandatũ participiũ eſt, quod ſi nomẽ eſſet, gerundium poſtularet: vt hîc, Habeo mandatum à patre conueniendi te. Dixi non frequenter paſſiuè conſtrui, & id quidem abſolutè. Valla illud exẽ‑plum dat ex viro recentiore, Vrbs eſt in periculo capien‑di. i. vt capiatur. Non autem dixeris ſecundum eũ, Vrbs eſt in periculo capiendi ab hoſtibus. licet Sulpitius ſub‑audiri concedat. Nõ enim omne quod dici poteſt, rectè dicitur. Nam conſuetudo doctorum attendenda eſt. Iu‑ſtinus tamen libro decimoſeptimo, de regio puero ſic dixit, Athenas quoq; erudiendi gratia miſſus &c. Et in prologo primi, Quod ad te imperator Antonine non tam cognoſcendi, quàm emendandi cauſa tranſmiſi. Plu‑rima autem exempla ſunt apud Vallam, vbi cum geniti‑uis pluralibus conſtruũtur, quorum quædã per Sulpitiũ

Valla

Iuſtinus

vidimus. In quibus (vt inquit Valla) honeſtas Latinitatis ſubeſt.

De gerundio in dum, Grammaticus Valla.

Gerundia in dum nullum caſum ante ſe regunt, ſed à præpoſitione accuſatiui caſus plerunq; reguntur.

¶Iunguntur enim frequenter cũ Ad, rarò cum In. Item frequẽter cum Ob, Propter, & Inter, rarò cum Ante: vt, vado ad capiendũ hoſtem: &, in capiendũ hoſtẽ. Ego veni ob te, vel propter te redimendum. Inter nauigandum, pro In nauigando ſæpe legimus. Vergilius in Bucco. Et inter agendum Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto. Idem in Geor. Nanq; ante domandum Ingentes tollunt animos &c.

Poſt ſe autem ſuorum verborum caſum poſtulant.

Vergilius ¶Vt, Pacem ab rege petendum.

Orator.

Loco gerundiorum in dum vtimur venuſtè gerundiuis nominibus, aut participijs in dus, cũ huiuſmodi verbis loco, conduco, curo, habeo pro debeo, & ſimilibus. Ipſa autem gerundia ſi paſſiuè accipiantur, neq; ſubſtãtiuum, neq; regimen quærunt.

¶Rarò quoq; cum Inter præpoſitione conſtructa ſubſtantiuum habent, rarius regimen. Quomodo ſignificare videntur id, quod gerũdium in do, & præpoſitio In, aut imperfectum cõiunctiui, & dictio Cum. Exemplum vbi cum illis verbis conſtruuntur: vt, loco ſepulturam faciendam. columnam conduxi faciendam. gladiatores vi rapiendos, reſeruandoſq; mãdaui. Curaui iaciendos lapides. Mittendas literas curaui. Conſolãdos eos magis, quàm puniendos habui. Hæc exempla autorum ſunt. Vide Val. lib. j, de gerundijs. Exemplum vbi paſſiuè capiuntur: vt, res eſt difficilis ad intelligendum. non facilis ad cognoſcendum. Exemplum vbi cum Inter ponũtur ſine ſubſtantiuo: vt, Inter cœnandum venit nuncius: id eſt in cœnando, vel cum cœnaremus. Inter agendum:

ideſt in agendo,cùm ageret.Exemplũ vbi cũ ſubſtãtiuo: vt illud Liuianũ:Et ipſe inter ſpoliandum corpus hoſtis veruto percuſſus.vbi dictio corpus regi poteſt à gerundio Spoliandum,aut cum eo regi à prępoſitione Inter, ſicut in hoc eiuſdem exemplo:Inter accipiendas de ſuis commodis rogationes.

Orator.

Hoc quoq; addendum puto,gerundia in dum,& eorum gerũdiua cum verbo eſt,neceſſitudinem quandam ſignificare.

¶Vt,Ita faciendum eſt.i.ita facere oportet.Mos gerundus eſt Thaidi.i.geri debet.Sæpe autem infinitiuus Eſſe ſubauditur:vt in noſtra locutione,Hoc quoq; addendũ puto.ſubauditur,eſſe.

De gerundio in do.Grammaticus.

Gerundia quoq; in do nullum casum ante ſe requirunt,ſed à præpoſitione ablatiui caſus plerunq; reguntur,ab In frequenter,à cæteris rarius,cuiuſmodi ſunt,de è,ex,à,vel ab,abſq;,cum,&c.

¶Exemplum:vt,In nauigando,de edendo,de migrando,de agendo,de aptè dicendo.Ex defendendo,quàm ex accuſando vberior gloria cõparat.ab amãdo amor di citur.à dicendo dehortatus ſum.à dolendo voluptas diſtinguitur.à ſcribendo vacamus.abſq; diligẽdo . cum loquendo &c.vide Vallam.

Poſt ſe autem,licet rarius, verborum ſuorũ caſum habent, maxime cum præpoſitione.

¶Vt,In accuſando iuſtos laudem conſequi non potes ris. Diceres enim melius,Accuſandò iuſtos, &c.vel, in accuſandis iuſtis nullã laudẽ aſſequeris.aut ſimili modo.

Orator.

Sæpe autem gerundia in do cum verbis,aut participijs ſine præpoſitione cõſtruuntur:& ſi in ſignificatione patiendi,etiã ſine ſubſtantiuis,& ſine regimine.

¶ Exemplũ:vt, amplexãdo virtutem facilè voluptatem ſpreueris. Exemplũ vbi paſſiuè ſine regimine conſtructa ſunt: vt apud Vergi. Alitur vitiũ, creſcitq́ tegendo. Et aliꝰ bi: Aegreſcitq́ medendo. Et iterum, Vritq́ videndo fœꝰ mina. hoc eſt, cùm tegitur vitiũ, cùm curatᷣ æger, cùm viꝰ detur fœmina. Necq́ id modò apud poëtas, ait Val. verũ apud oratores quocq́, vt apud Mar. Fabiũ, Sed memoria excolendo, ſicut oĩa alia, augetᷣ. Excolendo. i. dũ excolitᷣ: non aũt, dum excolit. Nec dicetur, vrit fœmina vidẽdo à viris, vt eſt autor Valla. Hoc ferè modo ponimus hoc complexum, Soluendo eſſe: ſignificatq́ ſatiſfacere pro eo quo obligati ſumus, ſiue pecunia, ſiue remuneratione: vultq́ eiuſmodi locutio, Soluẽdo nõ ſum, frequẽter poſt ſe datiuũ expreſſum, aut ſubintellectũ. Hoc eodẽ modo ponimus interdũ duos ablatiuos, ſed frequenter in pluꝰ rali: vt apud Cice. in. 1. de Offi. Orationem aũt Latinam profectò legendis noſtris efficies pleniorem. legendis noſtris. i. legendo noſtra. Harũ rerum omnium eſt autor Valla, qui ſe doctorum exemplis munitiſſimum facit.

Vergilius

Grammaticus.

Gerundia igitur, & ſupina paßiuè tenta, regimen non habent. Quæ autem actiuè ſumuntur, ſuorum verꝰ borum caſum obtinent.

Orator.

Pulchrè autem loco gerundũ cũ obliquo vtimur geꝰ rundiuis nominibus more adiectiuorum cũ illo obliquo conformatis, & rectis: niſi tamen concentus, aut cõgruiꝰ tatis ratio gerundiũ potius deſyderet. Quoties aũt opor tet loqui per relatiuũ, neceſſe eſt loqui per gerũdiũ in di.

¶ Vt, hic dies attulit mihi initium dicendi quæ vellem: non autem, dicendorum eorũ quæ vellem, &c, vt prius. Et hæc de gerundijs.

De ſupinis in um.

Priora ſupina cum verbo, vel participio importante

motum, aut clàm indicante motum ad locum, ante ſe conſtruũtur: poſt ſe autem caſum ſui verbi habere poſſunt: ſed rarò in paſſiua ſignificatione accipiuntur, idq́ꝫ ſemper abſolutè.

¶Exemplũ de verbo importãte motũ, vt. 1. Aenei. Eurypilum ſcitatũ oracula Phœbi Mittimus. Exemplũ de his, quæ latentem motũ indicãt: vt, do filiã nuptũ, do venũ, ſiue venũdo ædes, ſpectatũ admiſſi ſumus. Et quia ſupina hæc ſine motu nõ conſtruuntur, ideo Lau. Val. oſtendit nõ idem eſſe an futurũ infinitiui per participiũ, an per ſupinũ circũſcribas. Quia enim motus nõ fit ſine tẽpore, ideo quod per ſupinũ te factũ ire dicis, facturũ te quidẽ ſignificas, nõ ſtatim facere, ſed nõ ſine motu, ideoq́ꝫ quæ ſine motu te facturũ putas, nõ per ſupina, ſed per futura participij exprimes: vt ſi nõ mutaturus locũ cœnabis, certum eſt te cœnaturũ eſſe, non aũt cœnatũ ire. Gerundia verò, vt dicit Val. etiam ſine motu conſtruuntur.

De ſupinis in u.

Poſteriora autem ſupina, quæ potius paſſionem ſignificant, non conformantur cum adiectiuo, non regunt caſum, non reguntur nec à verbo, nec à participio, ſed à nomine tantum, eodemq́ꝫ adiectiuo, nunq́ꝫ interueniente præpoſitione.

¶Vt, miſerabilis viſu. i. cùm videtur, nõ autem ſenſu videndi. ſic iucundũ dictu, rarum inuentu, dignũ notatu, optimũ cognitu, facile viſu, difficile factu, obſcœnũ aſpectu, impoſſibile creditu, abſurdũ relatu, & reliqua dices. Non ergo cum Priſcia. ſentias exponenda actiuè, dignũ doctu, vt doceat, ſed vt doceatur, vel ad docendũ. Neq; putabis ea eſſe verbalia ablatiui caſus, ideo nõ iũges illis adiectiua: vt nõ dices, eſt iucũdũ auditu meo: quod ſi ſic dixeris, iã deſinet eſſe ſupinũ. Neq; in paſſiua ſignificatione regimẽ dabis, quale eſſet pulchrũ viſu ab oĩbꝰ. Nec dices, eſt obſcœnũ ĩ aſpectu, tũc eñ iterũ nomẽ fit, deſinitq́ꝫ

eſſe verbum. Neq; verò, vt recentiores grammatici præcipiunt, conſtrues ea cũ verbis importãtibus motũ de loco: vt non dices, venio lectu, cantatu, aut oratu: ſed percunctanti, vnde venis, dicas Venio de templo. Et cùm ille, Quid feciſti? reſpondebis, legi, cantaui, oraui &c. Et hæc hactenus: ex quibus ſatis patet in deriuatiuis non ſine delectu caſus primitiuorum iungendos eſſe.

Grammaticus.

Participia tamen omnia, quorum verborum ſignificationem gerunt, eorum & caſus gerunt: ſed diligenter aduertes in communibus, & deponẽtalibus præſens, & futurum in rus tantùm actiuè, futurum in dus tantùm paßiuè, præteritum autem vtroq; modo ſignificare.

Vnde ſunt verſiculi.

Verbum commune quamuis agat, & patiatur,
Sola per ans, ens, rus, tamen actio ſignificatur.
Dus patitur tantùm, ſed præteritum dat vtrumq;.

¶ Et ſiqua participia in paſſiua voce actiuè ſignificent, aut ſaltem pro agente ſupponant, certum eſt ea non habere conſtructionem paſſiuorum: vt ſunt quæ his verſibus continentur.

Argutus, tacitus, contentus, complacituſq;,
Diſcretus, circumſpectus, conſidero in atus,
Et ſcitus, falſus, cautus, res fluxa, profuſus,
Ignotus, coniuratus, res tuta, diſertus,
Inueteratus, & excretus, defectus, adultus,
Virtutem actiui ſub voce gerunt patiendi.

Et èconuerſo.

Indulgens, & ab euideo natum patiendi
Vim tenet: à facio ſignat vtrumq; ſatum.
Indulgens enim puer eſt pulcher, cui indulgetur.
Euidens res, quæ videtur.
Magnificentiſſimus, qui maxima facit.
Magnificentiſſimus ludus, qui valde magnificè fit.
Sed de his videbis Vallam.

Grammaticus.

Non autem dubium eſt verba, & nomina deriuatiuæ formæ primitiuorum ſuorum caſum regere.

Vt, amo deum, amito deum, amaturio deum. Maior te, maiuſculus te. Terenti⁹, Thais maiuſcula me eſt. Molis tactu, molliculus tactu, &c. Terentius

Grammaticorum de eodem caſu regula.

Quicquid plura conſtructibilia ab eodem rectore, & ex eadem vi gubernari ſignificat, conſimiles caſus copulat. Ideoq́; verba ſubſtantiua, vocatiua, & eorum vim habentia, coniunctiones copulatiuæ, & diſiunctiuæ, aduerbia ſimilitudinis: item quàm, niſi, & præterq́, & interrogatiuorum, ac reſponſiuorum verba conſimiles caſus efflagitant. Exempla patent in grammatica.

Orator.

Si tamen dictio regens diuerſos duntaxat caſus exigat, nulla copulandi vis eorundem caſuum effecerit. Sin autem tam ſimiles, quàm diſsimiles regere poſsit, ſimiles potius caſus illa ſupradicta copulauerint, niſi tamen venuſtas maior in diſsimilitudine fuerit.

Pro hac regula, quæ non ad venuſtatẽ modò, ſed etiã ad congruitatem grãmaticalem facit, operæpreciũ eſt videre quæ ſunt illa, quæ nõ omnes dictiones in vno caſu regere poſſunt. Item quæ etiam in diuerſo, & in eodem.

Prima regula diuerſitatis.

Quoties hæc adiectiua, meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, & ipſorum quæſitiuum, cuius, a, um, & ſubſtantiuũ nomen alteri ſubſtãtiuo aut dictionem, actionẽ, aut poſſeſsionẽ ſignificãti, ſiue cõtinuẽ, ſiue intercedente dictione copulatiua ſociãtur, vt plurimùm ſunt diuerſorũ caſuũ. Adiectiua enim cũ ſubſtantiuo in eodẽ caſu iungi volunt, & ſubſtantiuum cum ſubſtãtiuo in genitiuo.

¶Exemplum igitur vbi diuerſi caſus copulantur: vt, Saluus ſum meo præſidio, atq; hoſpitis. Liber eſt meus, & Petri. Nullius librum habeo, præterquàm meum, & Petri. Diligo ſic filios fratris, vt ꝓprios. Vbi interrogatiuũ, & reſponſiuũ in diuerſo caſu ponuntur: Cuiũ pecus? reſpondet, Ægonis. Et èconuerſo: Cuius penna? rñdebis mea, nõ mei. Latinũ enim nõ eſt liber mei, frater mei &c. Exemplũ vbi continuò diuerſi caſus vni ſubſtãtiuo maritantur: vt, mea ſolius opera, tuã ipſi⁹ animã. Itẽ cũ participio, Suſtulit puerum meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis. non, de latere mei. Exaudi vocem meam clamantis ad te. Non autem, vocem mei clamãtis. Pari modo dices, Hoc intereſt mea, & familiæ meæ. Item, Hoc mea parui, Ioannis verò multùm refert.

Secunda regula diuerſitatis.

Quia verba, & participia quietẽ, vel motũ in loco ſignificantia propria nomina loci minoris, ſimplicis figuræ, in genitiuo aduerbialiter poſito regũt duntaxat, ſi ſint primæ, vel ſecundæ declinationis, & ſingularis numeri: & in ablatiuo ſi ſint tertiæ declinatiõis, aut pluralis numeri, ideo diuerſos caſus ab eis rectos copulare potes.

¶Vt, Cicero ſtuduit Romæ, & Athenis. Molliter vixi ruri, & in vrbe. Vbi ſcies noĩa tertiæ declinationis, quæ pro aduerbijs in loco ponuntur, exire in i: & pro de loco, in e: vt, Sum ruri, non rure. Redeo rure, non ruri: vt autor eſt Seruus in .iiij. Ænei.

Tertia regula diuerſitatis.

Quia verba, quæ ad preciũ ſpectãt, oẽs dictiones preſtium ſignificãtes in ablatiuo regũt, præter iſtos quatuor genitiuos, tanti, quãti, pluris, & minoris, quos in ablatiuo cum ſubſtantiuo regere poſſunt, ideo cõtingit dictionẽ copulatiuã ats eorundẽ caſuũ, tunc diuerſos copulare.

¶Exẽplũ: vt, emi librũ tribus ſolidis, & pluris. Itẽ, quãti emiſti equũ? reſpondes, vili; vel, trib⁹ aureis. non aũt, triũ

aureorũ. *Si* tñ genitiuꝰ determinet rem emptã, aut venditam, & nõ verbũ ipſum, ſemper Latinũ erit: vt, q̃ti equũ emiſti? Rñde, emi equũ ſex aureorũ. Non aũt liceret dicere, quãti precij emiſti equum: ſed, quanto precio: quia illa quatuor, ſubſtantiuis iuncta etiam in ablatiuo ponũtur: vt, emi equum minoris, vel minori precio, quàm tu.

Sunt tamen verba, quæ plures genitiuos admittunt, cuiuſmodi ſunt, pendo, curo, æſtimo, facio, cũ quibus ponũtur hi genitiui, magni, parui, plurimi, maximi, nihili, flocci, minimi.

❡Vt, parui pendo, parui curo, parui æſtimo, parui facio.

Quarta regula diuerſitatis.

Quia verba accuſandi, aut dãnandi, & ecõtrario, oẽs genitiuos regere poſſunt, præter hos quatuor, alterius, neutrius, vtriuſq;, amborum: quorum loco regunt ablatiuos, altero, neutro, vtroq;, & ambobus, ideo cõtingit pari modo vni diuerſos caſus dari.

❡Vt quærenti, Qui ſacrum de ſacro ſuſtulerit, teneatur ne furti, an ſacrilegij, an verò vtroq;? non autem, an vtriuſq;. Reſpondebis, vtroq;, vel altero, vel neutro, vel ambobus.

Quinta diuerſitatis regula.

Incido, & inciſus, omnes dictiones mediante In ablatiuo addicunt, præter æs, quod accuſatiuo congruit: vnde copulantur etiam diuerſi caſus.

❡Vt, in marmore inciſæ ſunt literæ, in gẽma, in lapide, in ligno: nõ autem in marmor, in gemmã, in lapidem, in lignũ. E diuerſo in æs, non in ære. Ita enim apud omnes autores, quantùm inueni (inquit Val.) ſemper ſcriptum eſt. Dices ergo Leges Romanæ inciſæ ſunt in æs, & in ebore. Mancinellus tamen in Lima neſcio quid reperit, quod Vallæ obijciat, vt apud eundem videbis.

Sexta diuerſitatis regula.

Quia Tenus præpoſitio res geminas, & ſingulari carẽs

tes neceſſariò in genitiuo regit, cætera potius in abla-tiuo, ideo poteris caſus cum ea conſtructos copulare diuerſos.

¶Vt, ſæpe aurium, & mento tenus madefactus fui, &c.

Septima diuerſitatis regula.

Item quia Potior ablatiuos regit, & vnum genitiuũ Rerum, ideo potes in diuerſo caſu reſpondere, & diuer-ſos copulare.

¶Vt, Romani ſæpe victoria, & rerum potiti ſunt. Item quærenti, quibus Romani potiti ſunt, dices, Rerum: ſed grãmaticus anxiolus diceret ſubaudiri imperio, aut vſu, aut ſimilem quemuis ablatiuum, quod equidem non ab ſurdum confiteor. Hæc ſunt, quæ ad Augu. adijcienda putaui, ad quem liberis habenis nunc redeundũ cenſeo.

De extremis ſupinis pro gerundijs accuſa-tiui caſus. Præceptum XXV.

SEd ne quaſi hiſtoriam texens dicẽdorum ſeriem ne-ctam, ita quæq; patefecerim, vt ſeſe mihi ſorte quas-dam obtulerint. Cæterùm non ignorandum eſſe vi-detur (vt ipſe arbitror) extrema ſupina plerunq;, ac per uenuſtè ſignificare gerundia accuſatiui caſus, Ad dictio ne præpoſita: vt, res difficilis creditur: id eſt, ad creden-dum. miſerabilis viſu: id eſt, ad videndum. iucunda audi tu. i. ad audiendum. ſuauis guſtu. i. ad guſtandum. per-multa ſimili, ac pari ratione ſe habent.

¶Sed ne &c. Hoc in præcepto autor de elegãti vltimo-rum vſu ſupinorum regulam ponit. Et tria agit. Primò ſe excuſat de incongruo pręceptorum ordine. Secundò re-gulam principaliter intentam dat. Tertiò eam exempla-riter probat. Secundum ibi, Ceterùm non. Tertium ibi, Vt res.

Expoſi. Iod. *Expoſitio Clichthoueana.*

Clichthoue. ¶Cũm nomina adiectiua, vt facile, difficile, mirabile, hor

rendum

rendum, dignum,rarum,turpe,effabile, & permulta id genus ponuntur cum gerundio accuſatiui caſus,& præpoſitione Ad,elegantius mutatur gerūdium in vltimum ſupinum, abiecta præpoſitione: vt, Hoc facile quidem eſt dictu, verùm difficile factu.Vergilius,Terribiles viſu formæ. hoc eſt,ad videndum. Sunt & alia adiectiua, quæ loco gerundij in dum, habent eleganter infinitiuū: vt,doctus,paratus, peritus, certus, aptus, bonus, & ſimilia. Vergilius, Soli cantare periti.id eſt,ad cantādum. Idem,Et cantare pares,& reſpondere parati.hoc eſt, ad reſpondendum.ſed verba infinitiua cum his adiectiuis poſita exponuntur per futurum optatiui actiuæ vocis: vt,Sum certus ire:hoc eſt,vt eam.Vltima verò ſupina cū adiectiuis ſuprà numeratis poſita,paſſiuè ſignificant,exponuntur enim per futurum optatiui paſſiuæ vocis adiuncta dictione Vt:exempli gratia,Hoc eſt dignum annotatu:id eſt,vt annotetur.Nec debent vnquam vltima ſupina poni cum verbis motum de loco ſignificantibus:vt, non rectè dicimus, venio lectu, ſed venio de lectione. Quod ipſa vltimi ſupini ſignificatio(quæ ſemper paſſiua eſt) apertiſſime oſtendit.

Vergilius.

De exaſperatione orationis vitanda per mutationem ſuperlatiui,cum additione aduerbij ſuperlatiui Admodum, vel, In primis. Præceptum XXVI.

NEc id te amice lateat,vt cùm fuerit ſuperlatiuū quodpiam durius,aſperiuſq́;,& ſuperlatiuè ſignificandum ſit,vt pro ſuperlatiuo poſitiuum afferamus,& ei aptum aduerbium ſuperlatiuū apponamus. Nam maxime memorabile facinus,eſt memorabiliſſimum facinus: maxime rarum genus hominū,eſt rariſſimum genus hominū. Sed Admodū,& In primis,poſitiuis adiūcta, vim ferme eādē retinēt:vt,admodū memorabile facinus:vel,In primis rarum genus hominum.

¶Nec id &c. Hîc autor de ſuperlatiui aſperrimę prolationis ſuppletione proſequitur. Et tres continet particulas. In prima, ſæpe dictum agit præcipiendo. In ſecunda, præceptionis rationem dat exemplificando. In tertia, obiectioni reſpondet tacitæ, de in primis, admodum, & ſimilibus. Secunda ibi, Nam maxime. Tertia ibi, Sed admodum.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io Clicthouea ¶Vnde cùm omnis aſperitas in oratione Latina fugienda ſit, quando occurrerit ſuperlatiuum nomen aſperioris ſoni, & durioris pronunciationis, loco illius elegantius ponitur eius poſitiuus cũ aduerbio maxime, quod ſignificationẽ ſuperlatiuam exprimit: vt, Modeſtia eſt homini maxime neceſſaria: ꝓ, neceſſarijſſima. Vir maxime egregius: pro, egregijſſimus. Hæc item aduerbia admodum, & in primis, poſſunt loco aduerbij maxime poſitiuis iungi: vt, Vir admodũ inſignis. Virtus in primis laudanda eſt. Et pręcipuè in comparatiuis itidem hoc pręceptum obſeruari operępretium eſt: vt, Hoc negocium magis arduum eſt, quàm vt viribus meis ſuſcipiatur. pro arduius: magis tenue, pro tenuius.

Vt quẽpiam mediocriter, aut vehemẽter laudabimus. *Præceptum* XXVII

ID *autem nequaq̃ ſilentio præterierim, vt ſi quem, qui virtutem habeat, velim mediocriter laudare, dicam (exempli cauſa) Pericles virtute præſtans princeps erat Athenis: vel, multa præclara geſſerat. Themiſtocles rebus geſtis floruit. Sin velim vehementer, ac plurimum laudare, adijciam gloriam, ſiue laudem, & cauſam laudationis caſu genitiuo conſtituam. Pericles (vt per idem exemplum agam) virtutis gloria præſtans, Athenis claruit. Themiſtocles rerum geſtarum laude emicuit. Sicq́; M. Antonius præſtabat eloquentia: mediocriter lau*

datur, ac ferè exiliter. L. Craſſus eloquentiæ gloria excelluit, vehementiſſime laudatur. Sed tu, pro tui ingenij bonitate deducito.

¶Id autem &c. Hoc in loco autor de venuſta alicuius perſonæ laudatione quum mediocri, tum ſumma agit. Et tria facit. Primò de mediocri laudatione præcipit exemplificando. Secundò, de ſumma laudatione idem facit. Tertiò, auditores hortatur ad alia exempla exercitanda. Secũdum ibi, Sin velim. Tertium ibi, Sed tu.

Interpretatio Clicthoueana.

¶Vnde ad mediocrem laudem explanandam, illud, in quo verſatur laus, in ablatiuo ponendum eſt, cum iſtis verbis neutralibus, clareo, polleo, valeo, floreo, emico, præſto, & ſimilibus: vt, Cicero valuit eloquentia. Scipio rebus bellicis claruit. Sed ad vehementiorem laudem ſignificandam debet cauſa laudis in genitiuo poni, & eadem ſumenda ſunt verba neutralia cum iſtis ablatiuis, laude, vel gloria: vt, Cicero eloquentiæ gloria plurimũm valuit. Scipio rerum bellicarum laude claruit. In vituperatione quoq; eadem ſeruanda eſt lex, vt ſi parum vituperare volumus, in ablatiuo vituperij cauſam ponemus: vt, Catilina coniuratione notatus eſt. Sin verò acrius, & vehementius vituperare volumus, cauſam vituperij in genitiuo ponemus, & hæc nomina crimen, vitium, ſcelus, in ablatiuo: vt, Catilina coniurationis ſcelere notatus eſt. Pericles ſpectatæ virtutis vir, & inclytus Athenienſiũ aduerſum Lacedæmonios dux. Hic proprios agros reipublicæ dedit, quos intactos populabundi hoſtes reliquerant, vt eũ ſuſpectum ſuis facerent: ſicut narrat Iuſtinus in libro tertio Epitomatum.

Expoſi. Iod. Clichthoue.

Pericles

Quoties ſingularis, & pluralis numerus connectuntur, viciniori reſpondendum, idemq; fit in diuerſis generibus. Preceptũ XXVIII.

Vergilius
Terentius

QVoties (quod ipſe teſtatur quoq; grammaticus Seruius) ſingularis, & pluralis numerus connectuntur, reſpondemus viciniori. Vergilius in.1. Aeneidos, Hic illius arma, Hic currus fuit. non autem, fuerunt. Terentius in Andria, Amantium iræ amoris redintegratio eſt. Xenophon delitiæ meæ ſunt. Hoſtes, eorumq; exercitus properabit. atq; ita frequentius obſeruatur. Idem fit in diuerſis generibus. Nã ſiue maſculinum, ſiue fœmininum eſt, vicino reſpondemus: vt, Vir, atq; mulier optima ad me venit. Intelligitur nãq; optimũ eſſe virum, & optimã mulierem, quæ venerit. Verùm ſi plurali numero velimus vti, ad maſculinum tranſire neceſſe eſt: vt, Vir, & mulier læti properant. Alexander, & Olympias clari extiterunt.

¶Quoties &c. Autor hac in parte de verbi congruentia cum altero ſuppoſitorum diuerſorũ numerorum præceptionem tradit. Et tripharię partitur. In prima parte ſæpe dictum agit. In ſecunda, idem de adiectiuo ſingulari dicit. In tertia, hoc idem de plurali facit adiectiuo. Secunda ibi, Idem fit. Tertia ibi, Verùm ſi. Harũ partium quælibet diuidi poſſet in regulã, & exempla: quas relinquo diuiſiones tanq̃ faciles.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho.

¶Vnde quinq; regulis hoc præceptũ fiet apertius. Prima, qñ duo ſubſtantiua, vel ſuppoſita ſingularis numeri, diuerſorũ accidentiũ ponuntur ad adiectiuũ, vel verbũ ſingularis numeri, illud debet conuenire cũ propinquiori. De adiectiuo: vt, Amor, & beneuolentia noſtra nunq̃ diſſoluetur. De verbo: vt, Et ego te, & tu me amas. Secunda regula eſt, quando duo ſubſtantiua, vel ſuppoſita diſſimilium numerorum eidem verbo, aut adiectiuo annectuntur, illud debet conuenire cum propinquiori. De adiectiuo; vt, Et mihi parentes, & ego illis ſum chariſſi-

mus.De verbo:vt,Et me parentes,& ego illos diligo.Et habent hæ regulæ locum, ſiue verbum, & adiectiuum præponantur, ſiue interponantur,ſiue poſtponãtur.Vergilius,Nec tamen intereà raucę tua cura palumbes,Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo. Item,Nihil hîc niſi carmina deſunt.Quòd ſi interpoſitumverbum,aut adiectiuum æquè vtriq; ſit vicinũ,& copulam præcedat, cũ priori ſubſtantiuo,aut ſuppoſito conuenire debet.Vergilius,Caper tibi ſaluus & hœdi. Ego id curabo, & Petrus.Si tamen per aduerbium ſimilitudinis, aut comparandi illa duo ſubſtantiua,aut ſuppoſita copulantur, tũc verbum,vel adiectiuum non cõueniet cum propinquiore,ſed cum remotiore:vt,Tempora ſicut aqua dilabuntur.& non,dilabitur.Tu melius,quàm ego,hãc rem expedies.Eſt autem in prædictarũ regularum orationibus zeugma.id eſt,duorum diſſimilium ad vnum tertium reductio:quod cum illorum vno omnino conuenit, & cũ altero diſconuenit. Tertia regula. Si duo ſuppoſita diuerſarum perſonarum,& eiuſdem numeri ad verbũ plurale copulentur,debet illud cum digniori perſona conuenire.Perſona quidem dignior eſt, quæ certius demonſtrat:vt prima dignior eſt ſecunda:& ſecunda quàm tertia.Vergilius,Egregiam verò laudem,& ſpolia ampla refertis Tuq́;,puerq́; tuus.Nos, & ſocij veniemus. Quarta regula.Si duo ſubſtantiua diuerſorũ generum,& eiuſdem numeri res animatas ſignificantia ad adiectiuũ plurale copulentur,illud cũ digniori genere conueniet.Cenſetur autem maſculinum genus dignius fœminino,& fœmininum neutro: vt,Pater, & mater ſunt honorandi. Fratres,& ſorores ſunt mihi dilecti.Et in his duabus poſtremis regulis Syllepſis eſt: quæ Latinè conceptio dicitur.Dictum eſt ſubſtantiua illa res animatas debere ſignificare,quoniam ſi duo ſubſtantiua rerum inanimatarũ, ſiue eiuſdem generis,& numeri,ſiue diuerſorum, copulentur ad vnum adiectiuum pluralis numeri,illud debet in neutro genere poni:vt,Studioſus animꝰ,& vitæ probitas in adoleſcentibus commendanda ſunt. Vergilius,

Vergilius

Idem

Idem

Idem

Cùm Daphnidis arcum fregiſti, & calamos, quæ tu per uerſe Menalca: Et cùm vidiſti puero donata dolebas. Quinta regula. Quum verbum ſubſtantiuum in eadem oratione duos habet nominatiuos diuerſorū numerorum ſine coniunctione copulante viciniori in numero conuenire debet. Sin vtriq; æquè propinquum eſt, præcedente ſuppoſito in numero concorda bit: vt, Sunt mihi profectò literæ tuæ ſumma voluptas. Literæ tuæ ſunt mihi ſumma voluptas. Literę tuæ ſumma mihi voluptas eſt. Qui ſecus orationem conſtituerit, grammaticè nō loquetur, nedum inornatè. Xenophon fuit philoſophus Athenienſis, Socratis diſcipulus, & Platōis æmulus. De quo Diogenes Laërtius latè diſſerit. Olympias, adis, Philippi Macedonū regis coniux, & Alexandri magni mater. De qua Iuſtinus li. ix. Epitomatū latè cōmemorat.

Xenophon

Olympias

Operæprecium eſt. Præceptum XXIX.

OPeræprecium (quod peruenuſtum eſt) ſignificat modò vtile eſſe, modò neceſſarium, modò iucundum, modò laudabile. Atq; his ſignificationibus id nominis veteres vſurpant.

¶Operæprecium &c. Hîc autor huius orationis operæprecium quadruplicem exprimit ſignificantiam. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò veterū vſurpatione præceptionem confirmat. Secundum ibi, Atq; his.

Expoſi. Io. Clichthouei.

Interpretatio Clichthoueana.

Terentius

¶Operæprecium ex hoc nomine opera, & preciū componitur, quaſi laboris præmium. Iūgitur in nominatiuo caſu verbo ſubſtantiuo ſequente infinitiuo. Terentius, Audireq; eorum eſt operæprecium audaciam. i. delectabile: &, quod barbarè dicitur, facit bonum. Eſt operæprecium à primis annis virtutem amplecti. i. laudabile. Aulus Gellius nominatiuum genitiuo præponit, quum ait: Cuius libros attingere nullum precium operæ ſit. Interdum in accuſatiuo caſu poſitum iungitur iſti verbo

facio:vt,Me operæprecium ſpero factu rum, ſi hæc elocu tionis præcepta apertius expoſuero.

Frui. Præceptum XXX.

FRui quapiam re,eſt fructum,ſiue vtilitatem, vel võluptatem percipere ex ea. Vt quum dixerit quis, Otio fruor.

¶Frui &c. Autor verbi fruor ſignificationem hic explanat,duo faciendo. Primò inſtituit. Secũdo exemplificat. Secundum ibi,Vt quum.

Explanatio Clichthoueana.

¶Vnde fructus modò vtilitatem ſignificat,modò voluptatem:vt,Ex hac re non paruũ quidem fructum cœpi. Sic frui,eſt vtilitatem,vel voluptatem(vt eadem ſit nominis verbalis,& eius verbi ſignificatio)ex aliqua re habere,quæ ſui tantũ gratia quæritur.vt,O felicem illũ diem, quo tuo alloquio frui potero. Ouidius,Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. Perfruor ſui ſimplicis auget ſignificatum, & ablatiuum ſine præpoſitione (ſicut & ſuum ſimplex)poſtulat. Expoſi.Io. Clichthouei. Ouidius

Præſeferre. Præceptum XXXI.

PRæſe ferre aliquid,eſt verbis,aut indicijs quibuſdã id oſtendere, & quodammodo confiteri: vt, Marcus Cato præ ſe fert grauitatem. Lælius præ ſe fert libertatem. Hoc vult oſtendere quòd ille ſit grauis:hic liberalis.

¶Præ ſe ferre &c. Hic autor verbi fero venuſtam tum complexionem,tum ſignificationem manifeſtat. Et duo continet. Primò præceptionem. Secuudò eius exempla. Secundum ibi,vt Marcus.

Gloſſa Clichthoueana. Expoſi.Io. Clichthoue.

¶Vnde iſta prępoſitio,Præ,iuncta ablatiuis vtriuſq; numeri trium pri morum pronominũ primitiuorũ elegãter præponit huic verbo Fero. Qui quidẽ abltĩ pro pſonarũ,

& numerorũ verbi diuerſitate variant. Nam debẽt eiuſdẽ eſſe numeri, & perſonæ cũ verbo, cui iungunt: vt, pręme fero, præ te fers, præ ſe fert. Et pluraliter, præ nobis ferimus, præ vobis fertis, præ ſe ferunt. Significat autem præ ſe ferre, animum vultu oſtendere, & animi affectionem exteriori ſigno declarare. Quintilianus lib. x. Et illa, qua nihil pulchrius auditu eſt, oratio, præ ſe fert tamen feliciſſimam facilitatem. Ille præ ſe fert læticiam. hoc eſt, ſe lætum prodit, & oſtendit. Interdum ablatiuus pronominalis omittitur, & dicimus præfero, præfers, præfert, in eadem ſignificatione: vt, Tuæ literæ ſummã (qua in me afficeris) amicitiam præferunt.

Quintilian⁹.

Rationem habere. Preceptum XXXII.

Rationem habere, eſt reſpectum habere. Vt planius exponam, habere rationem alicuius rei, eſt rẽ conſyderare: vt, habeo rationem temporum, loci, perſonarum: eſt ea ratione omnia complecti, & cõſyderare.

¶Rationem habere. Significantiã orationis, Rationẽ habeo, hîc autor explanat. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secũdò eius exempla. Secundum ibi, Vt habeo.

Gloſſa Clichthoueana.

Expo. Clich.

¶Habere rationem (ſi genitiuus ſequatur) eſt habere conſyderationem: vt, Tuæ valetudinis rationem habere debes: id eſt, reſpectum. Temporis habenda eſt ratio: id eſt, conditio temporis conſyderanda eſt. Siverò ſequatur ablatiuus cum præpoſitione Cum, tunc habere rationem ſignificat habere cõmercium: vt, Cum bonis viris rationem habere volo. Nullam tecum rationem habere cupio. hoc eſt, quod barbarè dicitur, nolo tecum habere ad faciendum.

Complector animo. Præceptum XXXIII.

Hanc rem animo, mẽteq; complector: id eſt, hanc rem conſydero, & mente voluo.

¶Hanc rẽ. Quid ſignificet oratio, Hãc rẽ animo, menteq; complector, autor hîc declarat. Et litera nõ diſtribuitur.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Complecti interdū eſt ſuo ambitu alterū continere: vt, Mare ſuis fluctibus terrā cōplectitur. Interdum eſt proſe- Expō Clich.
qui: vt, Te ſingulari complector amore. Si autem iungat
iſti ablatiuo Animo, vel Mente, ſignificat cōſyderare, &
cogitare: vt, Quū tuā in me beneficētiā animo cōplector,
nō poſſum te non amare. Alias aūt huius verbi rationes
præceptum ducenteſimum & tertium explicabit.

In animo eſt. Præceptum XXXIIII.

IN animo eſt, ſignificat in animo habeo. & animus mihi eſt: id eſt, volo.

¶In animo eſt &c. Hæ orationes, in animo eſt: et, animus mihi eſt, quid ſignificēt, elucidat autor in litera, quæ diſtributione non eget.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Vnde in animo eſſe, ſignificat intendere, ſiue propone- Expō Clich.
re: vt, in animo mihi eſt ad te venire. Idem ſignificat ani-
mus eſt, ſiue mens eſt, ſequēte datiuo cum infinitiuo, vel
gerundio in di: vt, Fuit mihi animus ad te literas dare. Vergilius
Vergilius, Mens omnibus vna ſequendi. Etiam hoc ver- Ouidius
bum Stat imperſonaliter poſitum idem ſignificat. Oui-
dius, Stat nece matura tenerum penſare pudorem. Et in-
terdum perſonaliter. Idem in primo Metamorphoſeos,
Sic ſtat ſententia. Similiter, conſilium mihi eſt, ſenten-
tia mihi eſt, voluptas, cupiditas, deſyderium mihi fuit
te videndi.

Certum eſt mihi. Præceptum XXXV.

CErtum eſt mihi: id eſt, deliberatum, & decretum eſt mihi: vel, deliberaui, & decreui.

¶Certum eſt &c. Orationis Certum eſt, ſignificantiā hīc autor exprimit. Et diſtributione non opus eſt.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Certum eſt, aliquando ſignificat manifeſtum eſt: vt, Expō. Clich.
Certum eſt amicitiam operibus præſtare. Aliquando ſi-
gnificat conſtitutum eſt, vel propoſitū eſt, potiſſimum ſe-

quente datiuo:vt,Certũ eſt mihi ad te proficiſci. Interdũ ille datiuus omittitur. Vergi. Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum Malle pati. Siquidem Certus aliquando eſt, non dubius: aliquando verò determinatus ad aliquid faciendum. Vergilius, Iam certus eũdi. Et idem, Certa mori. i. quæ decreuit mori.

Vergilius

Proſequor. *Præceptum* XXXVI.

Proſequor te honore: id eſt, te honoro. Proſequor te laude: id eſt, te laudo. Proſequor te probro: id eſt, vitupero te. Proſequor te amore: id eſt, te amo.

¶ Proſequor &c. Hîc autor verbi Proſequor amplam quum ſignificantiam, tum vſurpationem docet. Et litera non ſcinditur.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶ Proſequi, eſt quapiam re mentis affectum in alterũ declarare: accuſatiuumq́; petit cum ablatiuo ſine præpoſitione. Et exponenda eſt tota oratio per verbũ actiuũ ab illo abltō formatũ: vt, Te oculis proſequor. i. abeuntem reſpicio. Te ſingulari proſequor beneuolentia, & charitate. id eſt, te amo. Ille me præcipua beneficẽtia, & ampliſſimis muneribus proſecutus eſt. id eſt, donauit.

Bene mereri. *Præceptum* XXXVII.

Bene meritus ſum de republica: id eſt, beneficium in illam contuli. Bene mereri de amicis: eſt cõferre in amicos beneficia.

¶ Bene meritus ſum &c. Autor & ſignificationem, & cõſtructionem, & vſurpationẽ verbi Mereor cũ aduerbio Bene explicat in litera: quæ non partitur.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶ Mereor, eris, deponens, quod habet meritus in præterito: & Mereo, es, prima breui actiuum, quod habet in præterito merui, ſignificant conferre aliquid in alterum. Iunguntur q́; ablatiuo cum præpoſitione De, adiunctis aduerbijs bene, melius, optime: vel male, peius, peſſimè. Vergilius, Si bene quid de te merui. Nihil de me bene

Vergilius

meritus es:hoc eſt,nihil vnq̃ feciſti pro me. Cicero de lingua Latina optime meritus eſt.Catilina male meritus eſt de republica.i.nocuit reipublicæ.

Aequè,Ac,Atq;. Præceptum XXXVIII.

A*Equè pro ita:Ac,vel Atq; pro vt,vel quaſi,ornatiſsime ponuntur.Exemplum eſt,Aequè te laudo,ac Ciceronem.*

¶Aequè &c.Dictionum,æquè,ac,&,atq;,venuſtum & ſitum,& ſignificatum autor notat.Et duo tangit.Primò preceptionem.Secundò eius exemplum.Secundum ibi,Exemplum eſt.

Explanatio Clichthoueana.

¶Æquè pro tantùm,eleganter poſt ſe habet has dictiones,ac,vel,atq;,prout ſignificant ſicut, vel quanrùm:vt, Æque te ac propriam vitam charum habeo.Quicquid in amicum contuleris,æquè mihi gratum futurum eſt, atq; ſi in me contuliſſes.Æquè te diligo atq; fratrem.id eſt tantùm,quantùm fratrem. Expoſi.Io. Clichtho.

Haud ſecus atq;,& ac. Præceptum. XXXIX.

H*Aud pro non,Secus pro aliter,& Ac, vel Atq; pro Quàm venuſtè in eadem oratione continuè ſe habent:vt,haud ſecus ſentio atq; tu.i.nõ aliter ſentio quàm tu:ſiue,ſentio ſicut tu.*

¶Haud pro non &c.Pulchrum in oratione ſitum harũ particularum haud,ſecuſq; autor hîc depromit. Et duo agit. Primò præcipit.Secundò exemplificat. Secundum ibi,Vt haud.

Explanatio Clichthoueana.

¶Haud ſecus ſignificat nõ aliter, ſequente iſta dictione ac,vel atq;,pro quàm.Quum enim Ac, & Atq; dictionibus diuerſitatem ſignificantibus poſtponuntur, ſignificant quàm.Terentius,Alium nunc me eſſe cenſes atq; olim.id eſt,quàm olim.Vergilius,Haud ſecus ac iuſſi faciunt.Haud ſecus tua negocia ac mea curabo.Haud ſecus faciam atq; cæteri. Expoſi.Io. Clichtho. Terentius Vergilius

De comparatiuo loco poſitiui.

Præceptum XL.

NOnnunq̃ & pulchrè comparatiui pro poſitiuis ponuntur: vt, Alexander Macedo corpus habebat imbecillius. quod imbecillum ſignificat. Satyrici in ſcelera vehementius inuehuntur. quod eſt, vehementer.

¶Nonnunquam &c. Hîc autor de comparatiui abſolutè poſiti vſu præcipit. Et duo facit. Primò regulam dat. Secundò eam exemplis confirmat. Secundum ibi, Vt Alexander.

Expoſi. Io. Clichtho.

Explanatio Clichthoueana.

¶Compatatiuus ſuam vim ſeruat, cùm vnius rei ſupra aliã ſignificat excellentiã, ablatiuo, vel aduerbio Quàm iunctus: vt, Cicero quàm cæteri oratores præſtantior eſt, vel, cæteris oratoribus. Cùm autem cõparatiuus in oratione ponitur, nullà aũt ſignificatur rerũ comparatio, tũc poſitiui locum occupat, Et maiorem orationi ſignificantiam, & ſuauitatem affert, quàm ſi poſitiuus poneretur: Vergilius. vt, Sæpius ad te literas dedi. id eſt, ſæpe. Hic ad me venit Alexander triſtior. id eſt, triſtis. Vergilius, Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Alexander ille, qui ob egregia geſta Magnus cognominatus eſt, vocatur Macedo. Nam fuit rex Macedoniæ, quæ prouincia eſt in Europa, alio nomine Emathia nominata, Theſſaliæ contermina. De Imbecillus hoc itaq; Alexandro Iuſtinus libro decimo Epitomatũ latè meminit. Imbecillus, a, um, vel hic, & hæc imbe- Satyri cillis. & hoc imbecille pro eodem, eſt debilis, & non robuſtus. Satyri ſunt dij campeſtres humana figura, frõ- Vergilius tem cornibus aſperam habentes, & in caprinos pedes deſinentes. Vergilius, Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus. Etiã ſatyri ſunt ſcriptores ſatyræ. id eſt, illius generis poëmatis, quo vitia acriter reprehenduntur: qui & ſatyrici dicuntur.

Dare rem vitio, vel laudi.

Præceptum XLI.

DO tibi hanc rem vitiò.id eſt, vitupero te de hac re.Do laudi.id eſt,laudo. Do crimini. id eſt,criminor.

¶Do tibi &c. Impræſentiarum autor amplam verbi do & vſurpationem,& conſtructionem oſtendit. Et litera non ſcinditur.

Explanatio Clichthouean a. Expoſi. Io. Clichtho.

¶Do eleganter iungitur duobus datiuis,ex quorum altero verbum formetur,quo tota oratio exponatur.Terētius,Nunc quā rem vitio dent, quæſo animaduertite.i. culpent.Tu id mihi das vitio,quod alij dare laudi ſolēt. id eſt laudare.Sic dare aliquid dono,eſt donare.Vergili⁹. Dametas dono mihi quam dedit olim.

De ſubiunctiuo loco indicatiui, & illius pro huius temporibus.

Præceptum XLII.

SEd nec illud quidem negligendum eſt:ſubiunctiuus modus pro indicatiuo,& illius tempora pro huius temporibus haud illepidè ponuntur: vt velim ſæpe pro volo,& gererem pro gerebā, dilexerim pro dilexi, feciſſem pro feceram,fuerit gratum,pro gratum erit, feceris pro facies.Id omnium multò ornatiſſimū, ſi opportunis locis agatur:quod vbi factitandum ſit, peritorum aures facilè cenſebunt.Quamobrem exercitatio adhibenda eſt non mediocris,quæ omnium magiſtrorum præcepta ſuperat.Quòd ſi quis nouerit Græcas literas,ei quod modò explicauimus,non difficilè perſuadebitur.

¶Sed nec &c.Hoc in loco autor de ſubiunctiui venuſta pro indicatiuo vſurpatione meminit.Et quatuor diuiditur in partes.In prima,inſtituit.In ſecunda,exemplificat. In tertia,hanc inſtitutionem commendat. In quarta, ad

huius præceptionis,aliarumq́ exercitationem auditores hortatur.Secunda ibi,Vt velim. Tertia ibi, Id omnium multò.Quarta ibi,Quamobrem.

Clichthoueana elucidatio.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Subiunctiui,hoc eſt cõiunctiui modi tẽpora,pro indicatiui temporibus reſpondentibus frequenter ponũtur. Tempora voco quoq; reſpondentia,quæ eiuſdem ſunt nominis,& denoĩationis,vt præſens pro præſenti: vt, Quid in hac re te facere velim,cognoſces.i.volo. Præteritum imperfectũ pro præterito imperfecto: præteritum perfectũ pro præterito perfecto:præſertim cùm duę orationes coniunguntur per aduerbia,aut cõiunctiones ſuſpenſiuas,vt per licet, q̃nquidem,quũ,quãdo pro quia, quo pacto,q̃ptùm,& ſimiles:vt, Non poſſum verbis exponere,q̃ptùm gaudij ex tuis literis cœperim. pro, cœpi. Vel,Q̃ gratiæ mihi fuerint literæ tuæ, haud facilè quidem verbis explicauero. Pręteritum pluſq̃perfectũ pro præterito pluſq̃perfecto, & futurum pro futuro: vt, Si meis pręcibus acquieueris, te verum mihi amicum præſtiteris.pro,præſtabis. Hæc omnia vſu, qui(vt præclarè ait Cæſar in commentarijs) omnium magiſter eſt,facilè comparanda ſunt, &aſſiduo ſtudio.

Partim hominum, & de eius aduerbij geminatione. Præceptum XLIII.

Partim *PArtim hominum venerũt, perſæpe dicitur, & Aulo Gellio teſte,idem quod pars hominum:id eſt,quidam homines. Nam partim in hoc loco aduerbiũ eſt,neq; inclinatur caſus fine.Etcum partim hominum dici poteſt:id eſt,cum quibuſdam hominibus, & quaſi cum quadam parte hominum. Sed hoc tum ſplendidius eſt,quum in oratione iterum fuerit additum:vt eſt illud Marci Tullij in epiſtolis.Nam qui iſtinc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt,quòd nihil reſp.ondeas: partim contumelioſum,quòd male reſpondeas Et qui ciui*

tatibus præſunt, partim nobiles ſunt, partim popula-res: quod eſt, aliqui nobiles ſunt, aliqui populares.

¶Partim &c. Hîc autor de aduerbij Partim & conſtructione, & ſignificantia, & vſurpatione diſſerit. Et diſtinguitur in duas partes. In prima, de ſimplici. In ſecunda, de duplici eius in oratione ſitu meminit. Secūda ibi, Sed hoc.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue.

¶Partim, & ſi nullam declinationem habeat, neq; terminationem caſualem, tamen vim quandam nominis obtinet, & modò verbo pluralis numeri, quaſi ſuppoſitum, modò præpoſitioni tanq̄ caſuale adiungitur: genitiuum poſt ſe pluralem petit, tāq̄ partitiuum eſſet, & exponitur per hoc nomen pars, vel per hæc pronomina aliquis, & quidam: vt, Partim adoleſcentū ſtudioſi ſunt: id eſt, pars adoleſcentum, vel aliqui adoleſcentes. Veni cum partim iuuenum. id eſt, cum quibuſdam iuuenibus. Si autē Partim geminetur, ad ſignificādam partitionem eſt aptum, & non parum elegans: vt, Qui diſciplinis mācipati ſunt, partim quidem ſtudioſi, partim deſides ſunt. i. aliqui ſtudioſi, & aliqui deſides.

Decimus quiſq;.

Præceptum XLIIII.

Quiſq;

ID eſt optimū cognitu, quòd decimus quiſq;, eſt vnus ex numero denario. Hinc eſt illud Cæſaris in commentarijs, Cognoſcit non decimum quemq; eſſe relictum militem ſine vulnere. Quo exemplo vti perpulchrum eſt: vt, Vix decimus quiſq; remanſit ſine vulnere in tali conflictu.

¶Id eſt &c. Au. nominis Quiſq; ſignificantiam manifeſtat, quum ordinalibus poſtponitur nominibus. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Hinc eſt illud.

Clichthoueana elucidatio.

Expoſi. Iod. Clichthoue. Quiſq; numero ordinali poſtpoſitũ ſignificat vnum ex illo numero: vt, Vix decimus quiſq; adoleſcentum literis incumbit. i. vnus ex decem. Centeſimus quiſq; hominum vix bonus eſt. i. vnus ex centũ. Pręterea Quiſq; pro

Quintilian⁹. Omnis ſuperlatiuis elegãter adiungitur. Quintili. lib. x. Nihil enim rerum voluit natura ipſa effici citò, propoſuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem, quæ naſcendi quoq; hanc fecerit legem, vt maiora animalia diutius viſceribus parentum cõtineantur. Sic dicimus, Optimus quiſq; amicus eſt alteri præſidio.

Quotus quiſq;. Præceptum XLV.

Quotus qſq; homo eſt. i. quot homines. quotus quiſq; miles. i. quot milites.

Expo. Iodo. Clichthoue. ¶Quotus quiſq; &c. Quid hoc complexũ, quotus qſq; ſignificet, autor hîc docet. Et diſtributione non opus eſt.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Quotus alíquãdo interrogatiuè capitur pro Quot: vt, Quotus venies? id eſt, quot ſunt tecum venturi. Præponitur enim ſic elegater huic dictioni Quiſq;: vt, Quotus quiſq; adoleſcens eſt literarum ſtudioſus? id eſt quot adoleſcentes. Idem ſignificat Quota pars: vt, Quota pars hominum integra eſt fide? id eſt quotus quiſq; homo fidelis eſt, vel, quot homines ſunt fideles.

Perquàm cum poſitiuo.

Præceptum XLVI.

Perquàm vna dictio duntaxat pulcherrime poſitiuis adiungitur nominibus: vt, perquàm doctus philoſophus. perquàm bonus amicus.

¶Perquàm &c. Hîc autor aduerbij perquàm vſum cum poſitiuis docet. Et duo facit. Primò inſtituit. Secũdò exornat. Secundum ibi, Vt perquàm doctus.

Elucidatio Clichthoueana.

Expo. Iodo. Clichtho. ¶Perquàm pro valde, neq; ſuperlatiuis, neq; comparatiuis, ſed ſolùm poſitiuis præponitur: vt, Literæ tuæ mihi perquàm gratę fuerunt. Præterea Quàm pro valde alijs

quoq;

quoq; aduerbijs poſtponitur, & poſitiuis adiūgitur: vt, ſaniquàm doctus, admodūquàm ſuauis, oppidoquàm libens id feci: id eſt, valde multùm libens. Nimiſquàm improbus. Valdequàm paucus. Sed perquàm in frequẽtiori autorum vſu verſatur.

Aliâs geminatum locū tenet modò aduerbij.

Præceptum XLVII.

Quid illud? Nónne lepidiſſime vſurpamus, vt in oratione eadem iterū Aliâs vſurpatū locum obtineat Modò aduerbij? Quale eſſet, ſi quis dicat, Omnes homines eodem ferme nati ſunt ingenio, aſs quidem rident, aſs verò lachrymantur. Omnes item ciues aſs boni, aſs mali, nunq̄ eiſdem ſunt moribus.

¶Quid. Hoc in loco aduerbij Aſs in oratione geminati vſurpationem, & ſignificantiam exprimit. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Quale eſſet.

Explanatio Clichthoueana.

¶Aſs interdum ſignificat alio tempore, quod barbarè dicitur, alia vice: vt, Hoc negocium aſs tractabimus. Aſs quando ſignificat alioqui, ſiue aliter: vt, Hic aliquantulùm eſt ignauus, aſs bonus adoleſcens. Et iſtis modis non geminatur in oratione. Aliquaudo eſt quod modò, ſiue nunc, ſiue aliquando, & tunc geminatur: vt, Non ſemper eodem vultu ſunt homines, aſs quidem læti, aſs triſtes: id eſt, modò læti, & modò triſtes: vel, aliquādo læti, & aliquando triſtes. Expoſi. Iod. Clichthoue.

Ire in caſtra. *Præceptum* XLVIII.

Marcus Antonius iuit in caſtra: multipharia dicitur. Marcus Antonius caſtra petiuit, in caſtra profectus eſt, ſe ad caſtra contulit, ſe in caſtra recepit, ſe ad caſtra perduxit.

¶Marcus Antonius &c. Multas orationes ſynonymas venuſtè exprimentes motum ad quem, hic autor propo-

lat,& non eget diſtributione.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſ. Iod. Clichthoue. ¶Nota quòd orationes eandem habentes ſignificantiã, q̃uis differant vocibus, ſynonymę dicuntur. Inde ſciendum, quòd tribus modis potiſſimum motum ad aliquem locum ſignificabimus. Primò per verba iuncta vni accuſatiuo addita præpoſitione In: vt, Cicero iuit in vrbem, conceſſit in vrbem, profectus eſt in vrbem. Secũdò per verba iuncta accuſatiuo ſine præpoſitione: Cicero petiuit vrbem, adijt vrbem, acceſſit vrbem. Tertiò per verba iuncta duobus accuſatiuis, vni pronominali ſignificanti idem cum ſuppoſito verbi, & eiuſdem cum eo perſonæ, & numeri: altero nominali cum præpoſitione Ad, vel In: vt, Cicero contulit ſe in vrbem, ſe in vrbem recepit, ſe ad vrbem perduxit. Et ibi, ſe conferre, eſt ad aliquem locum ire. Significat etiam Conferre Quintilian⁹. idem, quod prodeſſe. Quintilianus libro. ij. Diſcipulos id vnum moneo, vt præceptores ſuos nõ minus, quàm ipſa ſtudia ament, & parentes eſſe non quidem corporum, ſed mentium credant. Multùm hæc pietas confert ſtudio. Multifariam, multis modis; ſicut plurifariam, pluribus modis.

Viginti annos natus. Præceptum XLIX.

HIc habet viginti annos, quod veterũ cõſuetudine dicitur contra pædagogicã opinionem, alijsq́; rationibus dicitur. Hic vigeſimũ annum attingit. Agit, aut degit vigeſimum annũ ætatis. Viginti annos natus eſt. Sed hoc poſtremum magis oratori congruit.

¶Hic habet &c. Hîc autor plures orationes ſynonymas venuſtè ætatem alicuius exprimentes recitat, grammaticos carpendo. Et litera non ſcinditur.

Explanatio Clichthoueana.

¶Ætatem eleganter per genitiuum non interueniente Expo. Iodo. verbo ſubſtantiuo explicamus. Plinius, Filium tredecim Clichthoue. annorum, quòd in bello hoſtem percuſſerat, prætexta, &

aurea bulla donauit.Per verba autem ætas bifariã ſigni ficari poteſt.Primò per numerum cardinalem accuſatiuo iunctum:vt, Ioannes habet duodecim annos.Quam lo quendi rationem, licet grammatici dicant non eſſe aptã, tamen peritorum vſu comprobatam recipere debemus. Et,Duodecim annos natus eſt. Quæ locutio tota orato ria eſt.Quintilianus lib.xij. Cæſar Auguſtus duodecim natus annos auiam pro Roſtris laudauit.Secũdò per nu merum ordinalem accuſatiuo iunctum: vt, Hic attingit annum ætatis duodecimum. Alexander ſecundum & trigeſimum annum agens mortuus eſt . Ille degit an num quadrageſimum. Pædagogus Latinè dicitur pueri ductor,& eſt qui puerum literis inſtituit,& ſecum comitem ducit,& reducit.Inde pædagogicã opinionem vocat autor grammaticorum ſententiam,qui rudem ma gis orationem,quàm ornatam docent. Pedagogus.

In eloquentia laborare.

Præceptum L.

Cicero laborat in eloquentia. Cicero in eloquentia tempus conſumit:tempus in eloquentia conterit: in eloquẽtia operam ponit:dat eloquentiæ operã: ætatem in eloquentia conſumit:in ſtudium incumbit elo quentiæ.Et alia deduc pro tuo iudicio.

¶Cicero &c.Hîc autor plures exprimit ſynonymas ora tiones,laborem alicuius in aliqua facultate concinnè de ſignantes.Et litera non partitur.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Studium circa aliquam diſciplinam tribus præcipuè modis ſignificatur.Primò per accuſatiuũ,& ablatiuũ,præ poſitione adiũcta:vt, Cicero laborat in ſtudio literario. vel,ætatem conſumit,tempus cõterit in ſtudio literario. Ego totam ætatem in literarum ſtudio triui. i. conſum pſi.Secundò per verba tranſitiua iuncta datiuo, & ac cuſatiuo:vt,Cato dat operam literis,præſtat operam ſtu dio,impendit omnem operam diſciplinis,egregiam na Expõ Clich.

nat operam philoſophiæ ,intendit operam,ſiue laborem adhibet ſcientijs. Tertius modus eſt per verba neutralia iuncta ſoli datiuo:vt,Cato indulget literis:vacat literarum ſtudio:inſudat literis:inuigilat bonarum artiũ ſtudio:deditus eſt,ſiue mancipatus diſciplinis:incũbit ſcientijs.Quod quidem poſtremum verbum loco datiui poteſt habere accuſatiuum cum præpoſitione In, vel Ad: vt, Cato incumbit in literarum ſtudia: vel, ad literarum ſtudia.Vtrunq; enim rectè dicitur.

Habeo,Teneo hanc rem memoria.

Præceptum LI.

H*Abeo hanc rem in memoria, non minus vſitatè dicitur, quàm teneo hanc rem memoria.Teneo hanc rem memoria. id eſt,huius rei memoriam habeo.*

¶Habeo &c.Autor ſynonymas per orationes hîc poſitas elegãter alicuius rei memoriam exprimere docet. Et litera non diſtribuitur.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho. ¶Hæc duo verba Habeo,& Teneo,iuncta huic ablatiuo memoria,ſignificãt alicuius rei memoriam habere. Teren.In memoria habeo.Sic dicimus, Hanc ſententiã non teneo memoria.Tua adhuc verba memoria teneo. Vel,tua verba memori animo condita ſunt, alta mente repoſita ſunt,notata ſunt.Hæc res menti tenacius hæret: vel,infixa eſt. Tua verba ſcripta ſunt(vt ait Terentius)In animo meo:ſiue,inſcripta ſunt animo meo.quod imperiti dicunt,ego bene retinui.

Voluptatis me capit obliuio.

Præceptum LII.

O*Bliuiſcor voluptatis,vel cuiuſcunq; alterius rei. Voluptatis me capit obliuio.Et idem verbũ cum cæteris iunctum nominibus ſignificat diuerſa conſimili ordine:*vt, *Capit me ſatietas ciuitatis. Capit*

me hominum odium:vel,tædium.

¶Obliuiſcor &c.Alicuius obliuionem rei ornatè expri-
mere autor demõſtrat per orationes hîc poſitas. Et duo
agit.Primò quod dictum eſt facit.Secundò amplã verbi
Capio ſignificantiã concludit.Secundum ibi, Et idem.

Explanatio Clichthoueana.

¶Obliuionem alicuius rei explicam⁹ per verbũ Obliui- Expoſi.Io.
ſcor iunctum genitiuo,vel accuſatiuo: aut per verbũ Ca- Clichtho.
pio,& per nomen verbale Obliuio obliuionis, vel Obli
uia obliuiorum: vt,Nũquam me tui capiet obliuio, vel,
nunq̃ tui capiam obliuionem.Rogo ne te mei capiant
obliuia.Hoc enim verbum admodũ elegans eſt,vbi ac-
cuſatiuum regit ſignificantem perſonam: vt, Deſyderiũ
vrbis me cepit. Vergilius,Quæ te dementia cepit? Hu
ius loci odium me cepit.hoc eſt, ſatietas, vel tædium. In
voce paſſiua ille nominatiuus in ablatiuum mutatur:vt,
Captus ſum deſyderio tui,Captus ſum pulchritudine lo
ci.Hic literarum amore captus eſt.Interdum Capio capi
tur pro habeo: & tunc accuſatiuum habet ſignificãtem
rem inanimatam:vt,Pro te magnum cepi timorem. Nõ
modicum ex hac re capies commodũ.Durum pro hac re
laborem cepi.Grauem ex tuo caſu cepi dolorem.

Contineo me ruri,vel in vrbe.

Præceptum LIII.

V*Ergilius incolit ciuitatem:hoc perpulchrè dici-
tur cum* Teneo,*vel etiam cum Contineo verbo:
vt,* Vergilius *ruri ſe continet*. Vergilius *tenet
ſeſe in vrbe.*

¶Vergilius &c.Hîc autor loci cohabitationem, ſeu mo
ram has per orationes ſynonymas explicare cenſet.Et di
uiſione non opus eſt.

Explanatio Clichthoueana.

¶Hæc verba colo,habito incolo,teneo,iuncta accuſati Expoſi.Io.
uo ſignificanti locũ,ornatã reddunt orationem:vt Verg. Clichtho.
Ille colit terras.Idẽ, Atq; humiles habitare caſas, Idem,

Proxima deinde tenent mœſti loca. Eadem ſententia exprimitur per hæc verba Teneo, & Contineo, iuncta accuſatiuo, & ablatiuo ſignificanti locum. Terentius, Ruri ſe continebat.

Præter, & Præ, venuſtè oſtentant aliquam rem aliam rem antecellere.

Præceptum LIIII.

SI quis velit oſtentare aliquã rem aliam antecellere, & vltra illam valere, venuſtè id dicitur vel per accuſatiuum præpoſita Præter, vel cum Præ ablatiuo præpoſita: vt, Cæſar Præter cæteros rebus bellicis pollebat: vel, præ ceteris pollebat.

¶Si quis &c. Ornatè explicare alicuius excellentiam rei præ alijs impræſentiarum autor inſtruit. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt Cæſar.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Iſtæ præpoſitiones Præter, & Præ, & ſimiliter Ante, aptę ſunt ad ſignificandum vnius rei ſupra aliam excellentiam. Terentius, Quæ mihi lachrymari præter cęteras viſa eſt. Vergilius, Vnum illud tibi nate dea, præꝗ omnibus vnũ Expediam. Idem, Phyllida amo ante alias. Sic dicimus, Cato ante alios omnes literarũ ſtudioſiſſimus eſt. id eſt, plus quàm alij. Vnde & verba cum prædictis præpoſitionibus compoſita excellentiam ſignificant: vt præſto, præcello.

Lælius eſt facili ingenio: vel, facillimus moribus natus. Præceptum LV.

LÆlius habet faciles mores: vel, facilem naturam: ornatius dicitur, Lælius eſt leni ingenio natus: vel, facillimus natus moribus. Scipio natus eſt triſti ingenio. Et de reliquis conſimiliter.

¶Lælius habet &c. Hîc autor ad venuſtè explicandos alicuius & mores, & naturam nos incitat, carpendo grã-

maticos. Et litera non diſtinguitur.

Explanatio Clichthoueana. Expoſi. Io. Clichthouei.

¶Hoc participium Natus iunctum ablatiuo ſine præpoſitione, eleganter mores, vel naturam alicuius explicat, ſiue benignam, ſiue immanſuetã, ſecundum adiectiuũ ei adiunctum: vt, Hic eſt humano natus ingenio. hoc eſt, habet bonã naturam. Siquidem ingenium aliquãdo naturalem conditionem ſignificat. Teren. Qui natum haberem tali ingenio prǽditum. Idem, Ingeniũ eſt hoĩm ab labore procliue ad libidinem. Hic eſt immanſueto, & inhumano natus ingenio. i. habet naturã difficilẽ, & durã. Terentius

Valeo, & Polleo cum ablatiuis.

Præceptum LVI.

Valeo, & Polleo verba & ſplendida ſunt, & latiſſime patent, & ablatiuo iungũtur, hoc pacto: Aurelius Auguſtinus plurimum ingenio valuit. Hippocrates ingenij bonitate pollebat. Mithridates memoria claruit. Marcus Cato in ciuitate plurimum autoritate pollebat.

¶Valeo &c. Hac in litera autor venuſtam verborum Valeo, & Polleo tum vſurpationem, tum naturã explanat. Et duas continet partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. Secunda ibi, Aurelius Auguſtinus.

Explanatio Clichthoueana. Expoſi. Io. Clichthoue.

¶Hæc verba Clareo, & Polleo, ſimiliter Valeo, Præpolleo, Emico, Floreo, ablatiuis ſine præpoſitione iuncta ſignificant excello. Quintilianus, Quantũ Græci præceptis valent, tantũ Romani (quod eſt maius) exemplis. Viribus Hector, & conſilio Neſtor claruit. Cæſar rebus geſtis emicuit. Philoſophi literarum ſtudio floruerunt.

Aurelius Auguſtinus fuit magnus ille fidei catholicæ ſplendor: diuus Auguſtinus cognomento Aurelius dictus. Hippocrates medic⁹ inſignis ex Coo inſula oriũdus, hinc cognominatur Cous. Mithridates (de quo autor meminit) rex Ponti fuit, & Romanorũ hoſtis, cum Auguſtinus Hippocra. Mithridates

quibus quadragintaſex annos bella geſſit,tandē à Pompeio victus,mortem ſibi ferro cōſciuit,vt dicit Au. Gel. lib.17.Hunc ſingulari memoria valuiſſe dicit Quinti.li.10.Nam ei duas & viginti linguas(quot nationibus imperauit)tradit notas fuiſſe.

Clareo,& poſſum. *Præceptum* LVII.

Clareo,& poſſum verba eadem ferme ratione ſe habent.,Ego apud Cæſarē multùm ſiue poſſum, ſiue clareo:ornatè,& ſplēdidè dicitur,Apud dominum Cæſarem plurimùm mea claret autoritas. Horteſius multùm poteſt in ſenatu.Ornatius,Multùm Hortenſij in ſenatu poteſt autoritas.Quæ potiſſimum ſignificat eam opinionem,que eſt apud homines, de alicuius viri præſtantia:quæ vulgò, & trita conſuetudine reputatio nuncupatur.*

¶Clareo &c.Impræſentiarū autor elegāter proferri alicuius familiaritatem erga alium oſtēdit per verba clareo, & poſſum,eorum tangendo & ſignificationem, & naturam.Et duo agit.Primò proponit.Secundò propoſitum probat.Secundum ibi,Ego apud.

Expoſitio Clichthoueana.

Expō Clich. ¶Hæc verba clareo,poſſum, valeo, iuncta huic nomini Autoritas ſignificanti exiſtimationem,quæ apud homines de aliquo habetur,ornatam reddunt orationem,

Cicero ſequente accuſatiuo, vel ablatiuo cum præpoſitione. Cicero, Plurimùm valuiſſe apud me tuam ſemper autoritatem, quum in omni re, tum in hoc maxime negodo potes exiſtimare. Sicut dicimus, Tua apud meum patrem multùm poteſt autoritas.Illius apud regem plu-

Hortenſius. rimùm claret autoritas:quod ſignificat illum apud regē maximi æſtimari, & plurimi fieri. Hortenſius orator Romanus admodum inſignis,& Ciceroni cōtemporaneus.De quo Quintilianus lib.vj.dicit,quòd fuit formę non minus,quàm eloquentiæ, ſtudioſus.

Sum datiuo iunctum habere ſigni-
cat,& quodammodo poſſidere.
Præceptum LVIII.

Ceterùm id perbellũ eſt. Eſt mihi apud te fides: id eſt, tu adhibes mihi fidem. quod eſt accuratius aduertendum. Nam plerunq; ſolet, ſum, es, eſt, verbum datiuo iunctum ſignificare habere, & quodã-modo poßidere: vt, Eſt mihi pecunia. Eſt Cæſari magna poteſtas, ſiue pietas. Illud deſignat me pecuniam habere: hoc, habere Cæſarem magnam poteſtatem. Cuius conſtitutionis crebra apud priſcos, & diſertos viros obſeruatio eſt.

¶Cæterùm &c. Hic autor verbũ ſum, datiuo iunctũ pro habeo accipi, atq; venuſtam efficere orationẽ demõſtrat. Et tres diſtinguit in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, hanc præceptionẽ à veteribus obſeruatam concludit. Secunda ibi, Eſt mihi. Tertia ibi, Cuius conſtitutionis.

Declaratio Clichthoueana.

¶Verbũ ſubſtãtiuũ ſum, es, eſt, datiuo iunctũ ſignificat idẽ, quod habeo: & eleganter hoc verbũ in illud mutatur eodẽ tpe, & modo ſeruato: vt, Habeo librũ: venuſtius dicitur, Eſt mihi liber. Habui fratrẽ: meliꝰ, Fuit mihi frater. Habebo amicũ: rectiꝰ, Erit mihi amicꝰ. Et in his orationibus verbũ ſubſtãtiuũ ſępiꝰ primo loco ponitur, datiuꝰ ſecũdo, ntũs tertio: quoniã autores frequentiꝰ ſic locuti ſunt. Vergi, Sũt nobis mitia poma. Idẽ, Suntꝰ & mihi carmina. Expo. Clich.

Recordor hãc rem. Hæc res mihi in mentem venit. *Præceptum* LIX.

EGo recordor hanc rẽ, potius quàm, huius rei, dicitur. Ad idẽ dicitur, Huius rei me ſubit recordatio. Hæc res mihi in mẽtem venit. i. mihi occurrit: vel, mihi ſuccurrit. quod poſtremũ minus vſitatè dicitur.

¶Ego &c. Alicuius recordationem rei has per orationes ſynonymas concinnè explicari notat, grammaticos carpendo. Et non eget diſtributione.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Recordor verbũ deponens potius accuſatiuo, quàm genitiuo iungit. Vergilius, Si ritè audita recordor. Idem ſignificat Subeò verbum, vel accuſatiuo iunctum: vt, Huius rei animum meũ ſubit memoria. Vel datiuo: Ouidius, Subeunt illi fraterq́, parenſq́. Venire in mentem, idem cum prædictis ſignificat: de quo præcepto .175. propria fiet declaratio. Poſtremùm Occurro, & Succurro, eandem cum præcedentibus habent rationem: vt, Patris imago ſæpius animo meo occurrit. Vergilius, Pulchrumq́ mori ſuccurrit in armis.

Præſto, antecello, aliquando cum accuſatiuo, aliquando cum ablatiuo.

Præceptum LX.

Præſto, & antecello (quæ venuſtè ſonant) verba aliquando datiuo, aliquãdo accuſatiuo perpulchrè iunguntur, cum acceßione ablatiuorum eius rei, cuius eſt præſtantia: vt, Ego præſto tibi ingenij acumine. Ioannes præcellit Petrum acumine ingenij. Equus præſtat aſello velocitate curſus.

¶Præſto &c. Hîc autor horum naturam verborũ Præſto, & Antecello exprimit. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt ego.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Verba neutra excellentiam ſignificantia, vt præſto, anteſto, excello, præcello, antecello, anteeo, regunt rem excedentem in nominatiuo, rem exceſſam in datiuo, aut accuſatiuo, & proprietatem, in qua fit exceſſus, in ablatiuo ſine præpoſitione: vt, Ioannes cæteris præſtat doctrina. Petrus verò præcellit virtute. Ouidius, Quantoq́ ratem qui temperat anteit Remigis officium. Et poſſunt orationes de comparatiuo gradu mutari in has loquen-

Ouidius

di rationes:vt,Cicero fuit eloquentior cæteris oratoribus: mutatur in hanc orationem,Cicero cæteris oratoribus eloquentia præſtitit:vel,cæteros oratores.

De frequentatiuis verbis loco primitiuorum.

Præceptum LXI.

SÆpenumero frequentatiua verba, quæ appellãtur, primitiuorum verborum,à quibus traxerunt originem, ſignificationem retinent, præſertim ſi prima illa aſperiora fuerint:vt coniecto,pro coniĳcio:mãſo,pro maneo:imperito,pro impero:amplexor, pro amplector. Et alia item peuè innumerabilia,ſiquando etiam verbi aſperitas vlla contingat:quod eruditorum iudicio nunc derelinquimus.

¶Sæpenumero.Hoc in loco autor de venuſta frequentatiuorum vſurpatione verborum pro primitiuis præceptionem tradit.Et duas continet partes. In prima, inſtituit.In ſecunda,exornat.Secunda ibi,Vt coniecto.

Interpretatio Clichthoueana. — Expoſi.Iod. Clichtboue.

¶Verba frequentatiua,ſi cũ ſuis primitiuis ſignificãt aduerbium Frequenter,propriã habent ſignificationem:vt, Hic vltro,citroq; curſitat.i.frequenter currit. At ſi ſolius verbi perfectæ formæ ſine aduerbij coniunctione ſignificationem habeant,tunc loco verborũ perfectæ formæ, & quidem eleganter, ponuntur: quod potiſſimùm fit, cùm verba perfecta habent aſperũ,& durum ſonum:vt, Gaudeo ſiquando tuas literas lectitare poſſum.i. legere. Primęua ætate homines glande victitaſſe dicuntur.pro, vixiſſe.Sic clamito,pro clamo:ſcripto,pro ſcribo.

De,& Dis mutant ſignificationem.

Præceptum LXII.

DE præpoſitio verbis adiecta, perſæpe in cõtrariã mutat ſignificationem:vt precor,& deprecor cõtraria ſunt:hortor,& dehortor.Nõnũq; idẽ Dis

efficit: vt ſuadeo, diſſuadeo: q̃uis in iiſdem verbis non nunq̃ augeat potius, quàm vim commutet.

¶De præpoſitio &c. Hîc autor docet præpoſitionẽ De verbis per compoſitionem iunctam ſæpius eorum ſignificantiam mutare. Et duo facit. Primò inſtitutionem dat. Secundò eam exemplis confirmat. Secundum ibi, Non nunquàm.

Clichthoueana Elucidatio.

Expoſſ. Io. Clichtho. ¶Verbum cum De compoſitum interdum habet oppoſitam ſignificationem ad ſimplex: vt precari ſignificat rogare, deprecari autem eſt refugere, & ne quicq̃ eueniat precãdo auertere. Ouidi⁹, Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem. Etiam deprecari aliquãdo eſt obnixè, & valde precari. & tunc De auget ſignificatum ſimplicis. Hortari, eſt ad aliquid faciendũ incitare. Sed Dehortari eſt ab aliqua re facienda quenq̃ retrahere. Sic Detegere et Deuelare, quod tectum, & velatum erat manifeſtare. Ouidius, Oraq̃ deuelat miſeræ pudibunda ſororis. Conſimiliter Dis interdum in compoſitione mutat ſignificatum ſimplicis: vt diſſuadere, eſt verbis aliquem ab inſtituto deducere conari: vt, Adoleſcentib⁹ improbos mores diſſuadeo. Sæpius etiam Dis in compoſitione ſignificat in diuerſas partes: vt diſcurro, diſpergo, diſiicio, in diuerſas partes curro, ſpargo, iacio.

Ex, & De amplificant.

Præceptum LXIII.

Terentius *EX, & De vehementer amplificãt: vt exoro, quod ab ex, & oro deductũ, ſignificat impetro.* Teren. *in Andria, Gnatam vt det oro, vixq́; id exoro.*

¶Ex, & de &c. Hoc in loco autor verbali in cõpoſitione, & ex, & de, verbi ſignificationẽ augere dicit. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt exoro.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Ex,auget interdum ſignificatum ſimplicis, vt exoro, quod oraui i impetro: quis aliquando exorare pro orare capiatur: vt, Te exoratum habeo, vt me adiuues. Etiam Ex in compoſitione ſignificat ſine: vt expes, ſine ſpe: expers, ſine parte: exors, ſine ſorte. Deniq; Ex ſignificat extra: vt extrudo, exeo, excedo. De præpoſitio aliqñ auget ſignificatũ ſimplicis: vt demiror, valde miror: deamo, val de amo. Interdũ ſignificat à, vel ab: vt decedo, id eſt abſcedo, demigro, à priori domicilio abeo. Nonnunquam ſignificat deorſum: vt decurrere, detrudere, deijcere. Expoſi. Io. Clichtho.

Suadeo, perſuadeo, facio, perficio.

Præceptum LXIIII.

SIc ſuadeo ſignificat oratoris officium, quod eſt bene dico: atq; perſuadeo bene dixiſſe ſignificat, quod eſt oratoris finis, id eſt impetro, atq; obtineo: vnde & crebrò non ſolùm ſuadeo, ſed etiam perſuadeo. ſed facio, & perficio explorata ſunt.

¶Sic ſuadeo &c. Præpoſitionem Per in complexione verbali hoc idem facere, hîc autor oſtendit. Et duas continet partes. In prima præceptionem dat de ſuadeo verbo. In ſecunda hoc idem facit de facio. Secunda ibi, Sed facio.

Elucidatio Clichthoueana. Expoſi. Io. Clichtho.

¶Per in compoſitione ſignificat perfectè, & vſq; ad finem: vt ſuadere eſt in aliquam ſententiam quemq; verbis inducere conari: licet ſi inanimatis rebus attribuatur, ſit ſolùm impellere, & ad aliquid inuitare. Vergilius, Suadentq; cadentia ſydera ſomnos. Perſuadere autem eſt, quod quis ſuadere ſtuduit conſequi, & obtinere. Et hîc finis oratoris eſt, qui cùm cauſam ſuam in perſuaſionem deduxerit, voti compos eſt. Nullus eſt qui mihi, vt hoc faciam, perſuadere poterit. Significat etiam Perſuadere, aliquem in rei cuiuſpiam credulitatem inducere, quod barbarè dicunt, facere credere; vt, Quæcunq; libet ei faci- Vergilius

lè pſuadebo. Perſuaſum habeas me tui amantiorẽ eſſe neminem. i. credas. Inde Perſuaſio, opinio ſuadendo inducta. Quintilian⁹ li. primo, Nihil peius eſt his, qui paulùm aliquid vltra primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt.

Quintilian⁹.

De Quanq̃ aduerſatiua dictione.

Præceptum LXV.

PLurimùm etiã ſermonẽ, ac orationẽ exornat aduerſatiua dictio Quanq̃ indicatiuo iuncta: quod vbiq; M. Cicero ſeruauit, aliiq; doctiſſimi. Sed huius exẽplum ſit: Quanq̃ te antehac diligebã, nunc tamen ob ſingularem virtutẽ vehementer admiror. Nã tria ſunt, quæ quodã ſibi ordine inuicẽ iunguntur, quorũ primũ, ac leuiſſimũ eſt Diligere: poſtremũ, Admiror, quod vehemẽs, ac præcipuũ: & eorum medium Obſeruo, quod eſt veneror, & colo: ex quo Obſeruantia reuerentiã ſignificat. Sed iterum aliud exemplum: Quanq̃ mihi ſunt omniũ amicorum iucundæ literæ, tuæ tamen iucundiſſimæ fuerunt. Sed Et pro tamen poſt Quamuis rarò collocemus: vt, Quanq̃ mihi antehac charus eras, ſed & nũc profectò chariſſimus es.

¶ Plurimùm &c. Hîc autor inſtitutionem apud Ciceronem, alioſq; oratores ſæpius obſeruatam de aduerſatiua dictione Quanq̃, & ſimilibus promit. Et quinq; diſtribuitur in partes. In prima, ſępe dictum agit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, digreſſionem facit, quod ab imperitis incidens dicitur. In quarta, ad exempla regredit̃. In quinta, copulatiuam, &, poſt q̃q̃, aut quamuis locatam accipi pro tamen concludit. Secundam ibi, Sed huius. Tertia ibi, Nam tria. Quarta ibi, Sed iterum. Quinta ibi, Sed &.

Expo. Iodo. Clichtho.

Explanatio Clichthoueana.

¶ Aduerſatiua dictio eſt, quę priorem orationem poſte

riori quoquo pacto cõtrariam eſſe ſignificat: vt, q̃q̃, etſi,
tametſi, q̃uis, licet. Et præponuntur prædictæ dictiones
priori parti, ſequente cõiunctione Tamẽ, ad partem po-
ſteriorem. Duæ aũt primæ cõiũctiones. ſ. q̃q̃, etſi, requi-
runt verbũ indicatiuũ: vt Vergilius, Q̃q̃ nil teſtibus il- Vergilius.
lis Profeci, extrema moriens tamẽ alloquar hora. Cicero, Cicero.
Etſi ea pertubatio omniũ rerum, vt ſuæ quęq; fortunæ
maxime pœniteat. Ponitur interdum Quanq̃ in ſecũda
oratione, & ſubticetur Tamen: vt, Te chariſſimũ habeo,
q̃q̃ nulla mihi antehac tecũ fuit conſuetudo. Aliquãdo
loco coniunctionis Tamen, ponitur coniunctio Et: vt,
Quanq̃ mihi antehac amicus eras, ſed & nunc profectò
es amiciſſimus. Tametſi, q̃uis, licet, requirunt verbum
optatiui, vel coniunctiui modi: vt, Quamuis nullo tibi
amore antè cõiunctus fuerim, nũc tamen ſummopere te
amo. Tametſi nullas ad te literas dederim, nõ tñ ſuſpice-
ris me tui eſſe immemorẽ. Diligere eſt vulgariter, medio-
criter, & leuiter amare. Obſeruare, eſt ex vehementi amo-
re in venerationem eius, quẽ amamus, deduci. Admirari,
eſt eius, quem mirificè amamus, ſingularẽ virtutem ad-
miratione proſequi. Primum ergo minimum eſt. Secun-
dum medium, et tertium maximum.

Non ſolùm, ſed etiam, verùm etiam, verùm quoq;. Præceptum LXVI.

ADhæc illa duo orationem peruenuſtam reddunt ſibi inuicem correſpondentia, quorum alterum eſt non ſolùm, ſiue non modò, ſiue non tantùm: alterũ eſt, ſed etiam, vel verùm etiam: vel loco etiam, poſito quoq;, & aliquibus interiectis, quorum omnium exempla ſubnectam. Hæc mihi res non ſolùm grata eſt, ſed etiam iucunda. Marcus Antonius non modò Ciceronis erat inimicus, verùm etiam hoſtis patriæ. Marcus Cato non ſolùm ingenio pollebat, ſed etiam virtute florebat plurimùm. Alexander non ſolùm re-

liquum orbem ſubegit, verùm ipſum quoq; Romanum imperiũ cogitabat attingere. Et ita in conſimilibus præponendo minoris momenti particulam.

¶Ad hæc. Impræſentiarum autor de eleganti harum ſitu particularum non ſolùm, ſed etiam, ſibi correſpondentium, & ſimilium, atq; vſurpatione meminit. Et duas ſcinditur in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, præceptionis exempla ſubiungit. Secunda ibi, Quorum omnium.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Hoc præceptum quatuor regulis clarius euadet. Prima. Loquendo per non modò, non tantùm, non ſolùm, nulla negatione poſtpoſita, debet minus, & leuius cum prædictis præponi dictionibus: maius autem & vehementius ſequi cum verùm etiam, verùm quoq; vt, Non tantùm te diligo, ſed etiam vehementer amo. Secunda regula. Loquendo per non modò, & cæteras dictiones prædictas ſequente negatione, res maior præponi debet cũ illis prædictis dictionibus, & res minor poſt poni, adiuncta dictione, ſed ne quidem: vt, Non modò te non amo, ſed ne diligo quidem. Aliquando ne quidẽ in prima parte ponitur, & non modò in ſecũda. Cicero, Mihi verò quicquid acciderit in tam integra ciuitate, ne recuſanti quidem euenerit, non modò non repugnanti.

Tertia regula. Per nedum ſine negatione loquẽdo debet maius præcedere, nedum interponi, & maius ſequi: vt, Virtutem exactiſſima opera, nedum ſcientiam comparare laboremus. Eſt enĩ virtus maiori momenti, quàm ſcientia. Quarta regula. Per nedum adiuncta negatione loquendo debet minus præcedere, nedum in medio poni, & maius ſequi: vt, Hic ſcientiam non ſibi comparat, nedum virtutem non colit. Et idem eſt, ſi illę duæ partes idem habent verbum, ad quod referantur, ſiue diuerſa verba illis orationibus reſpondentia.

Tan, & quàm. Præceptum LXVII.

Et

ET ſic etiam tam, & quàm ſibi correſpondent; vt, Tam chara mihi patria eſt, quàm tibi iucunda vita. ſed facilè tute hoc intelliges.

¶Et ſic &c. De venuſta horum conſtructibilium Tam, & Quàm ſituatione, in oratione hîc autor inſtituit. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exemplum ponit. Secundum ibi, Vt tam.

Explanatio Clichthoueana.

¶Tam pro tantùm, & Quàm pro quantùm, mutuam habent connexionem, vt alterutro præcedente, alterum ſequatur. Et iungũtur poſitiuis, & verbis. Vergilius, Tam ficti, praviq; tenax, quàm nuncia veri. Tam te diligo, quàm tu me diligis. Aliquando Tam ſignificat adeò, & tunc in ſecunda parte ſequitur, vt: vt, Cicero orator eſt tam præclarus, vt illius eloquentiam mirentur omnes: id eſt adeò, vel vſq; adeò, vel vſq; eò, vel intantùm præclarus. Expoſ. Iod. Clichthoue. Vergilius.

Ego ipſe pro egomet. Præceptum LXVIII.

PRo eo autẽ quod cæteri exprimere cõſueuere pronominibus addẽtes vel Te, vel Met, ſyllabicas adiectiones, Cicero potius idẽ efficit per hoc pronomen ipſe, ipſa, ipſum, quod illarum ferè adiectionum locum obtinet: vt egoipſe magis, quàm egomet, illeipſe, noſipſi: vt nunquam ſecus dicendum ſit.

¶Pro eo &c. Hac in parte autor de frequenti pronominis Ipſe vſurpatione Ciceroniana, iſtarum loco adiectionum ſyllabicarũ Met, & Te, cũ octo primitiuis pronominibus cuiuſcunq; fuerint & caſus, & numeri, præceptionem dat. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secundò, exemplo ad Ciceronianã nos hortatur imitationem. Secundum ibi, Vt egoipſe.

Declaratio Clichthoueana.

¶Syllabica adiectio, eſt ſyllaba per ſe nõ ſignificatiua, pronominib⁹ per cõpoſitionẽ ſubiuncta; vt, met, te. Loco il- Expõ. Clich.

larum autem ſyllabicarũ adiectionum elegantius prono minibus poſtponitur pronomen Ipſe: vt, Ego ipſe hoc expediam. Tu tibiipſi ſis curæ. pro egomet, tibimet. Diligenter autem curandum eſt, vt pronomen Ipſe in eo ponatur genere, quo res demonſtrata ponitur: nam ſm diuerſum rei demonſtratæ genus ipſum quoq; pronomen variatur, quod in ſyllabicis adiectionibus nõ fuerat obſeruandum. Eſt & alia adiectio. ſ. Pte, quæ ablatiuis pronominum poſſeſſiuorum ſingularis numeri adiungitur: vt, Omnia ſuapte natura bonum expetunt.

De Mecum, & me cum.

Præceptum LXIX.

Alia eſt adiectio pulchra: vt, Mecum ipſe cogitaſſem. & hoc vt Mecum *ſit vna dictio. Item,* Me *cùm ipſe vincerem. cùm duæ ſint dictiones.*

¶Alia eſt &c. Impręſentiarum autor hanc adiectionem ſyllabicam Cum, ab eloquẽtiſſimis ſæpius vſurpatam viris, tribus cũ pronominibus primitiuis poſitis duntaxat in ablatiuo, tum ſingulari, tum plurali declarat. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplum ſubiungit, diſtantiam ponendo inter Mecum dictionem, & me cùm orationem. Secundum ibi, Vt mecum.

Expoſitio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Trium primorum pronominum ablatiuis vtriuſq; numeri ſubiungitur eleganter per compoſitionem hæc præpoſitio Cum, & fiunt aduerbia perſonalia, id eſt certis diſtincta perſonis: vt Mecum, Tecum, Secum, Nobiſcũ, Vobiſcum. Vergilius, Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto. Idem, Talia flammato ſecum dea corde volutans. Et debet hæc dictio Secum, ſolùm iungi verbis tertiæ perſonæ vel ſingularis, vel pluralis numeri: quare non rectè dicitur, Veni ſecum: vel, Ibo ſecum: ſed, cum eo dicendum. Aliquando ſeparantur illę dictiones, vt prior ſit pronomen, & poſterior aduerbium temporis: vt, Te cùm ipſe video, omnem penitus à corde dolorem amoueo.

Vergilius

Vt familiaritatẽ,conuerſationem,& ſimilia ornatè exprimemus. Præceptum LXX.

SEd ſi tibi dicendum erit,Tu mihi familiaris es:ornatius dicetur,Ego te vtor familiariter.Tu mihi amicus es,Ego te amico vtor.Tu mihi es magiſter:ornatius,Ego te vtor magiſtro.Ego tecũ frequenter verſor, Frequens eſt mihi tecũ conſuetudo:quæ ſæpe cõuerſationem ſignificat.Tecũ magnã amicitiã habeo:Magna mihi tecum eſt amicitia.Et ita alia permulta:vt,Sunt mihi cum omnibus malis viris inimicitiæ,Nam rectius dixerimus Inimicitiæ plurali numero,quàm ſingulari.

¶Sed ſi &c.Hîc autor horum amplam verborum Vtor cum ablatiuo,& Sum cum datiuo ſolo,aut datiuo,& aduerbio perſonali vſurpationem apud eloquentes viros eſſe multas ad res ornatè exprimendas dilucidat.Et litera diſtributione non eget.

Expoſitio Clichthouæana.

¶Hoc verbum Vtor,Vteris,ablatiuò iunctum elegãter conuerſationem exprimit,& multas etiam orationes de verbo ſubſtantiuo ornatiores reddit:vt, Ego te multos annos familiariter vſus ſum:vel: Tua dulciſſima familiaritate vtor:vel,tua conſuetudine iucundiſſime vtor. Similiter, Ego te amico vtor. quod barbarè dicunt, teneo te pro amico meo. & ſic de alijs orationibus. Hoc etiam verbum ſubſtantiuum Sum,es,eſt,datiuo iunctũ, & ablatiuo mediante præpoſitione Cum,aut aduerbio perſonali, conuerſationem eleganter explicat: vt, Frequens mihi tecũ eſt conſuetudo.Hoc enim nomen Conſuetudo,aliquando aſſuetudinem, ſiue aſſuefactionem ſignificat.aliquãdo verò conuerſationẽ:vt, Aſſidua amicorum conſuetudine amicitia mirum in modum confirmatur.Sic ergo rectè dixerimus,Opto vt diuturna mihi cum illo ſit conſuetudo,i.familiaritas. Expo.Clich.

Nihil cum comparatiuis,

Præceptum LXXI.

SEd neutra vox Nihil, ac potiſſimùm in comparatiuis nominibus, tum fœmininam reddit orationem, tum maſculinam: vt, Nihil eſt hoc homine melius. ferè idem eſt vt, Nullus homo eſt hoc homine melior. Nihil hac virgine eſt formoſius: quaſi nulla virgo hac virgine eſt formoſior. Et in cæteris aliquando conſimiliter.

¶ Sed neutra &c. Hîc autor nominis Nihil cum comparatiuo neutro iuncti expoſitionem manifeſtat. Et duo facit. Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt nihil.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthouei. ¶ Hoc nomen Nihil poſitum cum nomine comparatiuo neutri generis, aliquando per maſculinum genus, & aliquando per fœmininum exponitur. Siquidem neutrũ genus illa duo in ſe includit: vt, Nihil eſt mihi te gratius. id eſt, nullus homo mihi te gratior. Nihil amicitia eſt præſtantius. id eſt, nulla res eſt amicitia præſtantior. Et longè elegantius oratione de comparatiuo neutri generis vtemur, quàm aliis: quoniã ea vehementior eſt, & amplior.

Munus pro officio, & conſimiliter Partes.

Præceptum LXXII.

MVnus pro officio ornatiſſime dicitur: vt, Hoc eſt amici munus. id eſt, amici officium. Fungor boni viri munere. ferme idem eſt, facio boni viri officium. Sed & Partes plurali numero cõſimilem habet ſignificationem: vt, Meæ partes ſunt. id eſt, officium meum eſt: vel, pertinet ad me.

¶ Munus &c. Horum ſignificantiam nominum Munus in vtroque numero, & Partes in plurali tantùm (quã oratores vſurpant) venuſtè exprimit. Et bifariè partitur. In prima parte præcipit de nomine Munus, exemplifican-

do. In ſecunda, hoc idē facit de nomine Partes, exornā
do. Secunda ibi, Sed & partes.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Officium eſt, quod quiſq; facere debet, perſonæ, loco, & tempori accommodatum. Vt, Adoleſcentes ſuo ſatiſfaciunt officio, ſi diligentem literis operam præſtant. Munus idem ſignificat. Cicero, Iuſtitiæ primum munus, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuria. Idem, Eſt adoleſcentiū munus maiores natu vereri. Partes in plurali numero idem cum prædictis ſignificat: vt, Patris in te partes agam. id eſt, quod pertinet ad patrem. Hic veri amici partes executus eſt, qui amico infortunijs preſſo ſuppetias tulit. Cæſar in commentarijs, Aliæ enim ſunt legati partes, atq; imperatoris. Nec capitur Partes pro natali ſolo, vt aliqui imperiti dicunt, Vado ad partes: nam dicendum eſt, patrios lares: aut, penates patrios peto. Expoſi. Io. Clichtho.

Caueo cum ablatiuo ſignificat prouideo: cum accuſatiuo vito, vel refugio.

Præceptum LXXIII.

Caueo verbum etſi ſæpe ſignificat prouideo: vt, Cautū eſt lege: perornatè tamen accuſatiuo iunctum pro vito, ac fugio, vſurpant eloquentes viri. vt, Turpes viri ingenui cauent mores.

¶Caueo &c. Geminam verbi Caueo ſignificantiam, frequentemq; apud oratores vſum, conſtructionemq; autor hîc oſtendit. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat, Secundum ibi, Vt turpes.

Explanatio Clichthoueana.

¶Caueo cum datiuo ſignificat proſpicere, vel prouidere: & ſequitur interdum ablatiuus cum præpoſitione A, vel Ab: vt, Caue tibi à morbo. Aliquando verò ſequitur futurum optatiui adu rbio Ne interpoſito, vel omiſſo: vt, Caue ne morbo labores. Terentius, Caue te triſtem pater ſentiat. Idem verbum accuſatiuo iunctum ſignificat fugere, & vitare. Ouidius, Hectora (quiſquis is eſt) ſi Expoſi. Io. Clichtho. Terentius Ouidius

ſum tibi chara, caueto. Debent adoleſcentes in primis malorum cauere conſortia. Si verò ablatiuo iungatur, ſignificat cōſtituere, vel ordinare. Quintilianus libro quarto, Pro certis autem habemus primū, quę ſenſibus percipiuntur: prætereà, quæ legibus cauta ſunt.

Quintilian⁹.

Memini cum accuſatiuo.

Præceptum LXXIIII.

Vergilius

Atqui & Memini rectius, ac vſitatius iungitur accuſatiuo, quàm genitiuo: vt, Memini Platonis ſapientiam. Vergilius in Bucolicis, Numeros memini, ſi verba tenerem. Nec mirum ſi in his, quæ ſunt ſolutæ orationis, Vergilij Maronis afferam teſtimonium, quem non ſolùm poëtam egregiè eruditum, ſed & rhetoricæ artis vbiq; obſeruantiſſimum fuiſſe conſtat.

❡Atqui &c. Hîc autor verbi Memini conſtructionem tangit grammaticos carpendo, & vſitatum oratorū modum probando. Et duo tangit. Primò præceptionem tradit. Secundò eam exornat. Secundum ibi, Vt memini.

Expoſi. Io. Clichtho.

Declaratio Clichthoueana.

❡Memini genitiuo quidem adiungitur: vt, Illius adhuc temporis memini, quo tecū amicitiam iniui. Verùm accuſatiuo elegantius, & frequentius iunctum inuenitur: vt, Pythagoræ ſententiam memini, qui omnia dixit amicorū eſſe cōia. Ad quod cōprobandū Vergilij exemplo vtit̄, qui (vt teſtat̄ quoq; Philippus Beroaldus in epiſtola quadā) nō min⁹ orator, quàm poëta, habēdus eſſe cenſetur. Ponitur etiam Memini cum infinitiuo. Vergil. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Pœnitet, id eſt parum videtur.

Præceptum LXXV.

Poenitet me, quid ſignificet notiſſimum eſt, ſed & pro parum videtur vſurpāt autores, & præſtantes doctrina viri.

❡Pœnitet &c. Impræſentiarum autor huius ſignifican-

tiam orationis, eiuſq́; frequentem apud oratores vſum eludat. Et litera non ſcinditur.

Declaratio Clichthoueana.

¶Pœnitere primò eſt rei præteritæ pœnitentia, & pœnitudine duci. Iungiturq́; genitiuo cum accuſatiuo: vt, Illius me facti pœnitet. Aut verbo infinitiuo, vt pœnitet me id feciſſe. id eſt, illius rei pœnitentiam habeo. Secũdò pœnitere eſt parum videri, potiſſimum negatione præcedente, & ſequente verbo infinitiuo. Vergilius, Officijs nec te certaſſe priorem pœniteat. Idem, Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. i. parum videatur. Expoſi. Io. Clichtho. Vergilius

Vaco cum datiuo attendo, cum ablatiuo vacuum eſſe.

Præceptum LXXVI.

Sed idem perſæpe verbum varijs conſtructionibus poſitum haud eandem retinet ſignificationis vim. Vaco huic rei: eſt, attendo huic rei. Vaco hac re: eſt, hac re ſum vacuus. Et ornatiſſimum eſt: Boni viri *dant operã, vt perturbationibus vacẽt. i. vacui, & liberi ſint.*

¶Sed idem &c. Hîc autor variam verbi cõſtructionem perſæpe eius ſignificantiam mutare docet. Et duo facit. Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vaco huic rei.

Declaratio Clichthoueana.

¶Vaco datiuo iunctum ſignificat operam do: vt, Optimus profectò habendus eſt, qui & literis, & virtuti vacat. Ablatiuo verò iunctum ſignificat carere. Cicero, Debes ea, qua me accuſas, culpa vacare. Neminem inuenias crimine penitus vacantem. Inde Vacuus nomen cũ genitiuo, aut ablatiuo ponitur: vt, Tempus vacuum negocij, honeſto ludo deducendum eſt. Animus curis vacuus liberior eſt. Vacat autem imperſonale ſignificat otium eſſe, & temporis opportunitatem. Iungitur datiuo ſequente infinitiuo. Ouidius. Nec noſtris præbere vacat tibi cantibus aures. Expoſi. Io. Clichtho. Ouidius

De Animaduerto, & Animaduerſio.
Præceptum LXXVII.

Animaducrto, id eſt ſore video, & quodammodo intelligo. Animaduerto conſtructum cum accuſatiuo In præpoſita, idem ſibi vult quod punio: vt, Pſeuſippus animaduertit in ſeruum Platonis. id eſt, punit Platonis ſeruum. Exquo Animaduerſio punitionem quandam nonnunquam ſignificat.

¶ Animaduerto &c. Hic autor duplicem verbi Animaduerto & ſignificationem, & naturam exprimit. Et tria agit. Primò inſtitutionem dat. Secũdò eam exornat. Tertiò verbale nomẽ Animaduerſio ab eo deriuari concludit. Secundum ibi, Vt Pſeuſippus. Tertiũ ibi, Exquo.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶ Animaduerto interdum eſt animo verto: id eſt perſpicio, & cognoſco: & tunc accuſatiuo iungitur ſequẽte infinitiuo: vt, Animaduerti te mei eſſe amantiſſimum. Cicero, Animaduerti ſępe Brute Marcum Catonem auunculum tuum, quum in ſenatu ſententiam diceret, locos graues ex philoſophia tractare. Secundò ſignificat punire, ſed cum legitima ratione, & animi moderatione: & tunc accuſatiuo iungitur cum præpoſitione In: vt, pater in filium delinquentem animaduertere debet. Terẽtius, Animaduertẽda in eũ hæc iniuria eſt. Inde Animaduerſio, eſt cum iuſta ratione, & animi manſuetudine punitio. Aurelius Auguſtinus, Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret, oblitus eſt dei.

Terentius.

De Refero cum datiuo, & accuſatiuo mediãte Ad.
Præceptum LXXVIII.

Atq; iterum, Refero tibi hanc rẽ. i. narro tibi hãc rem. ſed refero ad ſenatum, refero ad populum hanc rem. i. pono hanc rem in cõſultationem po-

puli,vel ſenatus.Qui vſus verbi eius apud hiſtoriarum ſcriptores frequentiſſimus eſt.

¶Atq; iterum.Hîc autor variã verbi Refero conſtructionem eius ſignificantiam mutare demonſtrat.Et id verbũ apud hiſtoriographos vſurpatum concludit. Et litera re manet indiuiſa.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Refero cũ datiuo,& accuſatiuo ſignificat narrare:vt, Referam tibi lætum nuncium.Adiungitur aliquando accuſatiuo iſtud participiũ Acceptus,ta,tum, & dicimus, Accepumt refero.Eſt autem Acceptum referre,fateri nos ab altero(qui per datiuũ ſignificatur)aliquid accepiſſe: vt, Omnia bona deo accepta referre debem⁹.At Refero iunctum accuſatiuo cũ præpoſitione Ad, ſignificat rem in alterius deliberationem ponere, cuius iudicium, & ſententia ſuper ea re expectetur:vt,Hanc controuerſiam ad iudices referre volo. Vergilius, Delectos populi ad proceres,primumq; parentem, Monſtra deûm refero,& quæ ſit ſententia poſco. id eſt, pono in conſultationem procerum,& parentis. Expõ Clich. Vergilius

Dare literas tibi: vel, ad te.

Præceptum LXXIX.

QVid⁹ varij quoq; caſus eidem ſæpe coniuncti, nónne magnam,ac longè diuerſam vim habẽt? Quale eſt, Do *Bibaculo ad Cæſarem literas. Nam dantur Bibaculo deferenti,vt Cæſari reddat, ad quem mittuntur literæ.Eas igitur leget Cæſar, Bibaculus quidem velut tabellarius defert. Nam qui fert literas,conſueuit Tabellarius appellari. Verùm ne quid huius nunc ignores, Dare literas ſignificat ſcribere, ſeu mittere literas.*

¶Quid &c. Hoc in loco autor hanc per modum interrogationis affirmatiuæ abſoluit obiectionem, vtrum diſtincti caſus in eadem oratione reſpectu eiuſdẽ verbi,

eius ſignificãtiam mutent.Et trifariè partitur.Primò prænarratum agit.Secundò exponit exempla. Tertiò huius orationis,do literas,ſignificantiam explicat. Secundum ibi,Quale eſt.Tertium ibi,Verùm ne.

Expoſi.Io. Clichtho.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Dare literas,licet idem ſit quod ſcribere,vel mittere literas,hoc tamen intereſt, quòd idem penitus ſignificãt, mitto tibi literas,& mitto ad te literas: ſimiliter idẽ ſunt, ſcribo tibi literas,& ſcribo ad te literas:ſed non idem ſignificant, do tibi literas: &, do ad te literas. Nam datiuus ſignificat eũ,qui defert literas alteri eas lecturo. Accuſatiuus verò eum ſignificat,ad quem literæ ſunt deferendæ,vt eas accipiat,& legat: vt,Dedi Marcello ad Ciceronem literas. Marcello quidem vt ferat:ad Ciceronem vt eas legat.Nullas ad patrem literas dedi. Tabella,læ,aliquando ſignificat epiſtolam. Martialis,Falleris, & nummos iſta tabella rogat. Inde Tabellarius, qui fert epiſtolas,quem & gerulum literarum vocamus.Bibaculus nomen viri proprium.Cæterùm ſi appellatiuum fuerit,eumq́ ſignificat,qui aſſiduè bibit: & diminutiuum eſt huius adiectiui bibax.Biboſus idem ſignificat.

Tabella

Martialis

Bibaculus

Vnas, binas, ternas literas, pro vna, duabus,tribuſúe epiſtolis dicimus.

Præceptum LXXX.

NEc te fugiat quòd pro epiſtola dicimus Literas plurali numero,nec obſtat poëtarum conſuetudo. Et pro vna epiſtola dicimus vnas literas. Nam id nomen vnus,vna,vnum,cum his, quæ pluraliter ſolùm inflectuntur,pluralem quoq; retinet naturã: vt,vnæ nuptiæ,vnæ bigæ,vna mœnia.Et(vt ad propoſitum redeam)pro duabus epiſtolis dicimus item binas literas:non autem,duas.Pro tribus epiſtolis dicimus ternas:non autem,tres.Pro quatuor,quaternas.Et quæ de

inceps ſunt reliqua conſimili ratione proferuntur.

❡Nec te. Hoc in loco autor horum nominum Epiſtola, & Literæ in plurali tantùm ſynonymitatem innuit. Et quatuor particulas continet. In prima, inſtituit. In ſecunda, exornat. In tertia, diſgreſſionem facit. In quarta, ad exornationis propoſitum reuertitur. Secunda ibi, Vt pro vna. Tertia ibi, Nam id nomen. Quarta ibi, Et vt ad.

Explanatio Clichthoueana.

❡Literæ plurali numero tantùm ſignificat epiſtolam: poëtæ tamen gratia carminis vtuntur hac dictione ſingulari pro epiſtola. Ouidius, Quam legis à rapta Briſeide litera venit. Nomina autem appellatiua ſingulari numero carentia, ſub voce plurali ſignificant ſingulariter, & pluraliter: vt Bigæ, nunc vnum currum duobus equis vectum, nunc plures currus ſignificat. Ergo ad dignoſcendam ſignificationem ſingularem à plurali, opus eſt illis apponere nomen numerale. Propterea nominibus ſingulari numero carentibus adiungitur adiectiuum vnus, vna, vnum, quo ſingularis, & vnius tantum rei ſignificatio denotetur. Terentius, Ex vnis nuptijs geminas mihi conficies. Veruntamen apud poëtas Vnus in plurari numero interdum iungitur dictionibus habentibus ſingularem numerum. Vergilius, in ſecundo Æneidos, Satis vna ſuperq; vidimus excidia. Nam ſingulariter excidium rectè dicitur. Inter epiſtolam autem, & literas hæc eſt differentia, quòd hoc nomen Epiſtola ponitur cum iſtis nominibus numeralibus duæ, tres, quatuor, quinq;, & ſic deinceps, & non cum iſtis binæ, ternæ, quaternæ: vt, Scripſi duas epiſtolas, non binas: tres, non ternas: quatuor, non quaternas: quinq; epiſtolas, nō quinas. Sed hoc nomen Literæ ponitur cum iſtis numeralibus binæ, ternæ, quaternæ, quinæ, & ſic deinceps: & non cum iſtis duæ, tres, quatuor, quinq;: vt, Accepi binas literas, non duas: ternas literas, non tres: quaternas, non quatuor, & ſic de alijs.

Expoſi. Io. Clichtho.

Terentius

Vergilius.

Infinitiua oratio pro coniunctiua peruenuſtè ponitur.

Præceptum. LXXXI.

INfinitiua oratio pro cõiunctiua perquàm pulchra eſt: vt, Volo te ad me ſcribere. Cupio te Athenas pficiſci. Et id Terentianum: Quid facere te in hac re velim. ſignificat enim quid velim quòd tu in hoc re facias. Velim ciues omnes vnanimes eſſe. i. quòd vnanimes ſint, & concordes. Sed hoc fit concinnius, ſi nullum ſit ambigui ſermonis diſcrimen. Neq; enim omnino rectum ſit, Volo te me amare. q̄uis plerunq; id ſuppoſitionis locum habeat, quod infinitiuum verbum immediatus præceſſerit: vt, Puto Pyrrhum Romanos vincere poſſe. id eſt, credo quòd Romani poſſunt vincere Pyrrhum. ſed id pro viribus caueat orator. Et quod modò præceptum erat de cõiunctiua, atq; infinitiua oratione, præcipuè in abſolutis verbis, vel vbi alteri caſui fuerit adiecta præpoſitio, ſeruandum ſit: vt, Volo te amari à me.

¶Infinitiua &c. Hîc de frequenti orationis infinitiuæ vſurpatiõe pro indicatiua apud oratores præceptionem ponit. Et quatuor diſtribuitur in partes. In prima ſæpe dictum agit. In ſecunda, eam exemplis probat. In tertia, orationes amphibologicas, & ambiguitatem generantes ab oratoribus non eſſe vſurpandas dicit. In quarta, ex quibus verbis debent infinitiuæ orationes conſtitui ab eloquentibus vſurpandæ viris, concludit. Secunda bi, Vt volo. Tertia ibi, Sed hoc. Quarta ibi, Et quod modò.

Expoſi. Io. Clichtho. *Declaratio Clichthoueana.*

¶Infinitiua oratio eſt, quæ ex verbo infinitiui modi cõponitur. Coniunctiua verò, quæ ex verbo coniunctiui modi conſtat. Quum autem in oratione Latina poſt vnū verbum finiti modi ſequitur alterum etiam finiti modi,

iſta coniunctione Quòd interpoſita, elegantius verbum ſequens coniunctionem (quod plerunque eſt coniunctiui modi) mutatur in verbum infinitiuum eiuſdem temporis, & vocis: & nominatiuus, qui eſt ſuppoſitũ illius verbi, in accuſatiuum, remota coniunctione Quòd: vt, Gaudeo quòd ſis ſanus. Te ſanũ eſſe gaudeo. Intelligo quòd nuncius abierit. Nuncium abijſſe intelligo. Spero quòd tu eris mihi amicus. Te mihi amicum fore ſpero. Et ſic in voce paſſiua, deponenti, & communi, exempla dari poſſunt. Curandum tamen eſt ſummopere ne aliqua ſit ambiguitas in oratione infinitiua: quæ quidem ambiguitas contingit potiſſimum, quum verbum tranſitiuum habet duos accuſatiuos, vnũ quem regit ante ſe, & alterũ poſt ſe. nec poteſt ex ſitu haberi differentia, vel cognitio, vter accuſatiuorum præcedit verbum infinitiuum in cõſtructione, aut ſequitur: vt, Scio Ioãnem Petrum amare. dubium eſt an Ioannes amet Petrum, an Petrus Ioannem. Quamuis em̃ plerunque accuſatiuus à verbo propinquior regatur ante verbum, & remotior poſt verbum, tamẽ quia hoc non ſemper ab autoribus obſeruatum inuenit, non eſt hoc præcepto in verbis tranſitiuis vtendũ, niſi eo ſitu ponantur accuſatiui, vt manifeſtè conſpiciatur ſine vlla dubietate ſentẽtia, quæ per mutationem orationis infinitiuæ in orationem coniunctiuam ſolet clarior fieri. Ea enim mutatione facta, accuſatiuus, qui in nominatiuum vertitur, locum habet ſuppoſitionis, hoc eſt regitur à verbo infinitiuo à parte anteriori ſicut ſuppoſitũ. Ille verò accuſatiuus, qui in vtraque oratione manet immutatus, regitur poſt verbum infinitiuum: vt, Gaudeo te ad me literas dediſſe. ibi Te ante verbum infinitiuũ regitur, & Literas poſt verbum. Sic enim fit reſolutio, gaudeo quòd ad me literas dederis. Longè autẽ certius hoc præceptum in verbis neutralibus, & abſolutis ſeruarem, in quibus nullus relinquitur errori locus. Pyrrhus fuit Achillis filius ex Deidamia filia regis Lycomedis in Scyro inſula. De quo Ouidius, Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Alius ſimiliter fuit Pyrrhus rex Epi- Pyrrhus Ouidius

ri ex priore genus paternũ ducens, & ergo etiã Æacides dictus eſt, ſicut & Achillis filius. Hic quum pro Tarentinis bellum Romanis inferre pararet, & ſuper euentu belli Apollinis oraculum conſuleret, reſpõdit Apollo, Aio te Æacida Romanos vincere poſſe. qualemcunq; belli caſum (vt qui futurorum fuerat ignarus) dubio carmine complectẽs. De quo quidem Pyrrho Iuſti. 17. Epitomarum latius commemorat.

Ex, vel è, pro à, vel ab.

Præceptum LXXXII.

EX, vel è, præpoſitiones, pro à, vel ab, & ſæpe, & perornatè ponuntur: vt, Audiui ex maioribus noſtris. pro, à maioribus noſtris. Accepi, ex parte tuo: vel, è patre tuo. Quero ex te: &, à te. quod eſt te conſulo, & te interrogo. quod aduerte, & vſui trade.

¶Ex, vel &c. Hîc autor venuſtam vſurpationem harum præpoſitionum Ex, & è, ponit. Et tria facit. Primò præcipit. Secundò exornat. Tertiò ad præceptionis exercitationem nos hortatur. Secũdum ibi, Vt audiui. Tertium ibi, Quod aduerte.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Præpoſitiones è, vel ex, poſitæ cum verbis ſignificantibus cognoſcere, vel interrogare, vt ſunt cognoſco, intelligo, accipio, audio, interrogo, percunctor, ſciſcitor, ſcitor, quæro, ponuntur eleganter pro à, vel ab: vt, Ex patre accepi te ſanum eſſe. Ex literis tuis intellexi te mihi eſſe amiciſſimum. Cicero in Paradoxis, Sed tamen quæro ex te, quoniam verbis inter nos contendimus, non pugnis. Vbi imperiti dicunt. Quæro tibi hanc rem. Audiui ex nũcio. Vbi barbarè dicũt alij, Audiui dicere.

De Pro, loco In, & Secundum.

Præceptum LXXXIII.

PRo, ornatè ponitur loco In, & Secundum: vt, Pro Roſtris: id eſt, in Roſtris. Pro tribunali. i. in tribu-

uali. & alia. Pro viribus tuis.i.ſecundum tuas vires. Pro tui ingenijbonitate. Pro virili tua: & ſimilia.

¶Pro ornatè &c. Hîc autor eleganter præpoſitionis Pro, acceptiones exponit. Et duo agit. Primò præceptionem ponit. Secundò eius exempla ſubiungit. Secũdum ibi, Vt pro.

Explanatio Clichthoueana.

¶Pro, præpoſitio iuncta ablatiuo ſignificanti locum, ſignificat In: vt, Cicero habuit orationem pro Roſtris. i.in Roſtris: hoc eſt in loco iudiciali, vbi ius exercebatur, ſic dicto, quòd in illo erant naues roſtratæ. Capitur etiam eleganter prout ſignificat Secundum: vt, Pro tua in me beneuolentia hoc feciſti. Pro tua in omnes humanitate mihi præſidium tuliſti.id eſt, ſecundum tuam beneuolentiam, & humanitatem. Expoſ. Iod. Clichthoue.

Sub in compoſitione aut clàm, aut diminutè ſignificat.

Præceptum LXXXIIII.

SVb in compoſitione, aut clàm, aut diminutè ſignificat: vt Submouit me Parmeno.i.clàm, & occultè. Subiraſcor tibi. quod eſt paululum iraſcor. Interdũ etiam ſubter, & ſurſum, ſeu ſuſum.

¶Sub &c. Hoc in loco autor Sub in cõpoſitione ſignificantiam compoſitæ vocis diminuere explanat. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt ſubmouit.

Explanatio Clichthoueana.

¶Sub compoſita alijs dictionibus ſignificat aliquando occultè, ſiue latenter. Vergilius, Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. id eſt ſuſtuli. Aliquando ſignificat paulùm, & parum: vt, ſubtriſtis. Terentius, Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulùum mihi. Succenſeo, Subiraſcor, Subrideo. Aliquando ſignificat ſubter: vt, Suppono, Subdo, Subijcio. Aliqñ ſurſum ſignificat; Expõ Clich. Vergilius Terentius.

vt,Suſpicio,ſurſum aſpicio,Subleuo, Suſtollo, Surrigo: id eſt ſurſum erigo.

Morem gerere,cōplacere, & obſequi ſignificat. Præceptum LXXXV.

Morem gerere,perornatū verbū,cōplacere ſignificat,atq; obſequi.Vnde Moriger,a,um, quod à moroſo,quod difficilē ſignificat:& à morato,quod moribus inſtitutū ſignificat, plurimum differt.

¶Morem gerere &c. Impræſentiarum autor ornatam verbi Morem gero ſignificantiam explicat. Et duas habet particulas.In prima præceptionem tradit. In ſecūda vnde Moriger dicitur, & diſcrimen inter Moriger, Moroſus,& Moratus concludit.Secūda ibi. Vnde moriger.

Expoſi. Iod. Clichthoue. *Explanatio Clichthoueana.*

Terentius. Cicero. ¶Morem gerere datiuo iungitur, & ſignificat obtemperare:vt, Tuæ ſemper morem geram voluntati.In voce paſſiua accuſatiuus in nominatiuum mutatur.Terentius.Mos gerundus eſt Thaidi,pro gerendus. Hinc verbum deponens Morigeror,Morigeraris, eiuſdem ſignifi

Terentius. cationis. Cicero, Voluptati aurium morigerari debet oratio. Et adiectiuum Moriger, Morigera, Morigerum: id eſt,obediens.Terentius, Si tibi morigera ſemper fui in omnibus.Sed Moroſus eſt difficilis,& cui nihil ex ſententia fieri poteſt:vt,Graue eſt moroſis obſequium præſtare.Moratus verò eſt bonis moribus inſtitutus, & honeſtate præditus; vt, Morati adoleſcentes ſunt parentibus honori.

Conſequor, pro exprimo. Præceptum LXXXVI.

Conſequor pro exprimo pulcherrimum eſt. Non poſſum hoc verbis conſequi.id eſt, exprimere.Literis conſequi,id eſt,per literas explicare.

Conſequor

¶Conſequor &c. Hîc autor venuſtam verbi Conſequor & ſignificantiam,& vſurpationem apud oratores demonſtrat. Et duo agit. Primò inſtitutionem ponit. Secundò eius exēpla aſſignat. Secundũ ibi, Nõ poſſum.

Explanatio Clichthoueana.

¶Conſequi aliquando eſt obtinere: vt, Hic magnos honores conſecutus eſt. Aliquando explicare,& exprimere,& tunc accuſatiuo cum ablatiuo iungitur: vt, Quantũ gaudij ceperim, cùm primùm te ſanum eſſe accepi, non poſſem his literis cõſequi. Ouidius, Deſinet antè dies,& in alto Phœbus anhelos Æquore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis. Idem ſignificat exponere, explicare, declarare, expromere. Expoſi. Iod. Clichthoue. Ouidius

Metuo, & Timeo multis caſibus coniunguntur.

Præceptum LXXXVII.

M*Etuo, & Timeo verba aliquando multis caſibus adiungũtur. Metuit Cicero à Publio Clodio ſibi extremum periculum. Timeo mihi abs te mortem. Nonnunq̃ abſolutè ponuntur, ſed ſolo datiuo iuncta: vt, Metui Pamphilo. Pamphili vitæ timeo. ſed hic eſt potius poëticus vſus.*

¶Metuo &c. Hoc in loco autor variam horum verborum Metuo,& Timeo, naturam exprimit. Et tres continet partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exempla ponit. In tertia, illa verba abſolutè. i. cum ſolo datiuo poſſē poni concludit. Secunda ibi, Metuit Cicero. Tertia ibi, Nonnunq̃ abſolutè.

Declaratio Clichthoueana.

¶Timeo,& Metuo, iunguntur datiuo ſignificanti eum pro quo, vt amico, eſt timor, ne illi quicq̃ mali accidat. Iunguntur accuſatiuo ſignificanti illud malum, quod venturum timetur. Iunguntur & ablatiuo cum præpoſitione A, vel Ab, ſignificanti eum, à quo tale malum futurum timetur: vt, Timeo mihi periculum ab Ioanne. Ille metuit ſibi mortem ab inimico, Et ponitur aliquãdo Expõ Clich.

Terentius, ſolùm vnus illorum caſuum. Terentius, Quàm metuí à
Vergilius, Chryſide. Vergilius, Et pariter comitiq́, oneriq́ timentē.
Ponũtur etiam prędicta verba cum futuro optatiui, Ne particula appoſita, vel omiſſa: vt, Timeo præceptor veniat. vel, ne præceptor veniat. Hoc etiam verbũ Vereor, iunctum futuro optatiui, Ne particula intercedente, vel omiſſa, eandem reddit ſententiã: vt, Vereor pater id ſciat. vel, ne pater id ſciat: ſicut de Caueo prædictum eſt.

Euado pro fio, & efficior.

Præceptum LXXXVIII.

Euado pro fio, & efficior, ornatum, vſitatumq́; eſt: vt, Cicero euaſit eloquentiſſimus. Ariſtoteles euaſit ſummus philoſophus. Cæſar euaſit inclytus imperator. & de alijs quoq́; conſimiliter.

¶Euado &c. Autor hoc in loco vſitatam apud oratores ſignificantiam verbi Euado depromit. Et duo agit. Primò inſtitutionem dat. Secũdò eam exemplis confirmat. Secundum ibi, Vt Cicero.

Explanatio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶E uado interdum effugere eſt, & accuſatiuo iungitur. Vergilius, Iuuat euaſiſſe tot vrbes. Interdum cum labore, & diligentia altiorem in locũ peruenire: & tunc quoq́ accuſatiuo, ſed cum præpoſitione Ad, vel In, iungitur. Vergilius, Euado in ſummi faſtigia culminis. Denique eſt fieri, vel effici: & tunc nominatiuum poſt ſe habet, vel accuſatiuum cum præpoſitione, In: vt, Qui pro viribus elaborauerit, tãdem doctus euadet: vel, in doctum virum. magnus; vel, in magnum virum.

Fore futurum eſſe.

Præceptum LXXXIX.

Fore, futuram ſemper habet ſignificationem, & eſt idem, quod futurum eſſe. Mar. Cice. de oratore tertio libro loquens de Hortenſio, Quem quidem con

ſido omnibus iſtis laudibus,quas tua oratione cōplexus es,excellētiorem fore.& Craſſus,Fore dicis,inquit,ego verò eſſe iam iudico.

¶Fore &c.Hîc autor infinitiui Fore ſignificationē oſtendit.Et duo tangit.Primò præceptionem.Secundò eius exempla.Secundum ibi,Marcus Cice.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Fore,& Eſſe tum ſignificato,tum conſtructione differunt.Significato quidem, quod Eſſe præſens tempus: Fore futurum eſſe ſignificat: vt, Te mihi amicum fore ſpero.Te ſanum eſſe non parum gaudeo. Conſtructione verò:Nam Fore non iungitur accuſatiuis participiorum cuiuſcunq; temporis fuerint, ſed ſolùm accuſatiuis nominum,& pronominum:vt,Non dicimus, Spero te amaturum fore, necq; amandum fore: ſed rectè dicimus, Spero amicitiam meam tibi gratam fore. Eſſe verò accuſatiuis & nominum, & pronominum, & participiorum cuiuſcunq; temporis fuerint iungi poteſt. Tamen Forem, & Eſſem, neq; ſignificato, neq; conſtructione differunt; vt, Gauderem ſi nuncius foret reuerſus.id eſt,eſſet. Expoſi.Iod. Clichthoue.

Quid inter Dimidium,& Dimidiatum intereſt.

Præceptum XC.

Q*Vid inter Dimidiū,& dimidiatū interſit,noſſe perutile eſt. Cùm enim Dimidiatū ſit,quaſi in partes duas diuiſum, niſi aliquid diuiſum ſit, dimidiatū nō poteſt dici.Dimidiū verò appellatur, non quòd ipſum diuiſum ſit,ſed quòd ex dimidiato pars altera eſt.Nō igitur rectè dixerit q̄s pro ſentētia M.Varro. (vt ait Au.Gellius in Noctibus Atticis) dimidiū librū legi,dimidiā fabulā audiui:ſed dimidiatū librū,dimidiatam fabulā rectè quis dixerit:quia dimidiatū(exēpli cauſa) digitum appellamus,ſed alterutrā partē,dimidium:*

quod eſt accuratè, diligenterq́ʒ aſpiciendum.

¶Quid &c. Impræſentiarũ autor vſurpatã ab autorib⁹ diſcrepãtiã harũ dictionũ Dimidiũ, & Dimidiatũ, tãgit. Et tres diſtinguit in partes. In prima, præceptionem ponit proponendo. In ſecũda, præceptionis rationem dat, Dimidiũ, & Dimidiatum definiendo. In tertia, grammaticos carpit, & quem vſurpare debemus modum cõcludit. Secunda ibi, Quum enim. Tertia ibi, Non igitur.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthoue. ¶Dimidiatum eſt totum in duas medietates diuiſum, vel partium diſtractione, vel animi apprehenſione, qui alicuius integri duas medietates abſq; earum ſeparatione facilè ſignat. Vnde manifeſtum eſt, quòd Dimidiatũ habet ſignificationem participij præteriti temporis: vt, Dimidiatum mihi panem obtulit. id eſt, diuiſum in duo media. Dimidium verò eſt dimidiati media pars, & nomen eſt ſubſtantiuum, poſt ſe genitiuum petens: vt, Meæ vitæ dimidium penes te eſt. Animæ meæ dimidium tuo in corpore viuit. Differunt ergo Dimidium, & Dimidiatum, ſicut totum, & ſua medietas.

Interſum, & Præſum quid differunt.

Præceptum XCI.

Plurimùm autẽ conducit nobis intelligere quæ ſunt nominum differentiæ, ac verborum diſcrimina. Ea quoq́ʒ res mirum in modum orationem exornabit: vt ſiquis nouerit quid differunt Præſum, & Interſum inter ſe verba, pulcherrime dicet, Mar. Cicc. publicis negocijs non interfuit ſolùm, ſed & præfuit. quorum illud ſignificat comitem eſſe alicuius rei: hoc verò, ducem.

¶Plurimùm. Hîc autor verborum diſcrepantiam apud oratores obſeruandam probat. Et duo agit. Primò proponit. Secundò propoſitũ inſequitur in his verbis, Præſum, & Interſum. Secundum ibi, Vt ſi quis.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Præeſſe, eſt alicui negotio gerendo præfectum, & prępoſitum eſſe ad illud dirigendum, & adminiſtrandum: vt, Optimates vrbis præeſſe debent reipublicę.i.adminiſtratores eſſe reipubli. Sed Intereſſe, eſt quũ aliquid geritur, ſolùm adeſſe, ſiue præſentem eſſe: vt, Illi rei quum ageretur interfui. Ergo Intereſſe minus eſt, præeſſe maius. Illud enim.ſ. Intereſſe, comitem ſignificat, & minorem poteſtatem: hoc verò.ſ. Præeſſe, ducem. id eſt, directorem, & præcipuum alicuius rei curatorem. Expoſi. Io. Clichtho. Ouidius

Confiteor, Profiteor, Gratulor, Gaudeo.

Præceptum CXII.

EGo non ſolùm cõfiteor: quod eſt vi, ſed etiam Profiteor, quod quidem eſt ſponte. Et apud Marcum Tulliũ perſæpe, Tibi gratulor, mihi gaudeo. Gaudemus nobis, gratulamur alijs, quòd adepti ſunt aliqua bona.

¶Ego &c. Hîc autor quatuor verborum diſcrimen aſſignat. Et duo tangit. Primò horum verborum Cõfiteor, & Profiteor. Secundò horum. Gaudeo, & Gratulor, diſcrepantiam aſſignat. Secuudum ibi, Et apud.

Expoſitio Clichthoueana. Expoſi. Iod. Clichthoue.

¶Cõfiteri eſt coactè aliquid fateri: vt, Qui grauibus torquentur ſupplicijs, ſua tandem maleficia cõfitentur. Profiteri autem eſt ſpõte, & liberè aliquid fateri: vt, Ingenuè profiteor me dignas tibi gratias nunꝙ agere poſſe. Etiã Profiteri eſt artem aliquam callere, & eam publicè tradere: & accuſatiuo ſine præpoſitione iungitur: vt, Cicero profitetur artem oratoriam. Vnde Profeſſor, oris, verbale nomen, qui ſummum artis apicem conſecutu eſt vt, Cicero eſt profeſſor artis oratoriæ. Gaudere, eſt de proprio bono lætari. Iungitur datiuo pronominali idem ſignificanti cum ſuppoſito verbi, eiuſdem quoq; perſonæ, & numeri cum illo: vt, Mihi non parum gaudeo, quòd talem amicum nactus fuerim. Gratulari verò, eſt de alterius bono lætari: iungitur datiuo, vel infinitiuo per, in-

terpoſitionem accuſatiui:vt,Amicis pro ſecunda fortuna gratulari debemus.Gratulor te saluũ aduenisse. Poëtæ vtuntur loco huius verbi Gratulor,hoc verbo Grator,aris.Vergilius,Inueni germana viam,gratare ſorori. id eſt gratulare.

Vergilius

Ago,Refero,Habeo,Debeo.
Præceptum X.CIII.

ET tibi ago gratias,quod quidem eſt verbis.Refero gratiam,eſt re,& factis. Habeo gratiam,vel gratias:quod eſt in aio.Debeo gratiã,vbi aliqua obligationis vis cernitur.Et item alias orationes his ſimiles.

¶Et tibi &c.Hîc autor horum verborũ,ago, refero, habeo,& debeo,accuſatiuo gratiam,vel gratias, iunctorũ diſtantiam aſſignat.Et litera non diſtribuitur.

Expoſi.Io. Clichtho.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Agere gratias, & non gratiam, eſt verbo de acceptis beneficijs gratitudinem oſtendere:quod barbarè dicunt regratiari.Cicero, Immortales tibi gratias ago, agamq́ dum viuam. Habere gratiam,vel gratias,eſt animũ accepti beneficij memorem habere. Terentius, Id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.Quintilianus libro.v. Habenda his quoq; gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt:nanq; priores beneficio ingenij ſingula inuenerunt nobis,& non ſunt requirenda,& nota ſunt omnia.Referre gratiam,& non gratias,eſt vnum factum altero compenſare,& pro re(qualiſcunq; ſit)accepta, ſimilem rependere:vt, Tanta eſt tua in me beneficentia, vt nunq̃ tibi parem gratiam referre poſſim.Debere gratiã, vel gratias,eſt ob acceptum beneficium alteri aſtrictum eſſe ad gratiam referendam:vt,Gratias tibi non quãtas debeo,ſed quantas poſſum,ago. Hanc tibi gratiam debeo pro tuis in me meritis.Loco autem huius dictionis Gratia,quum oratores,tum poëtæ vtuntur hac dictione Grates;vt agere grates,habere grates,perſoluere gra-

Terentius.
Quintilian⁹.

tes:id eſt,referre beneficium.Vergilius primo Æneidos, Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtrę. Idem in ſecundo,Dij(ſiqua eſt cœlo pietas quæ talia curet, Perſoluant grates dignas,& præmia reddant Debita.

Hæc res mihi conducit.

Dono te hac re.

Præceptum XCIIII.

Optimum eſt non ignorare nominum differentias,vt & vberior,& ornatior noſtra reddatur oratio.Hæc res mihi cōducit:eſt idem quod,Mihi res hæc vtilis eſt.Et quod cæteri plerunq; dicunt,Dono tibi hanc rem:pulchrius dicitur,ac ſplendidius, Dono te hac re. vt, Miles nauali corona donatus eſt, Sabinos Romani ciuitate donauerunt. quod eſt, ciues fecerunt.quod item dicunt, Sabinos Romani in ciuitatem acceperunt.

¶Optimum &c.Impræſentiarum autor venuſtam verborum Conduco,& Dono, apud oratores vſurpationē inſerit.Et duo tangit. Primo inſtituit de Conduco. Secundò idem facit de Dono verbo,grammaticos carpendo.Secundum ibi,Et quod.

Declaratio Clichthoueana.

¶Conducere verbum neutrum datiuo iunctum,eſt vtile eſſe:vt,Si tibi hæc res conducere poteſt, ea(vt libet) vtere.Cùm verò actiuum eſt,ſignificat ſimul ducere.Dono autem actiuum verbum, quod dare ſignificat, iungitur datiuo cum accuſatiuo , ſed elegantius accuſatiuo cum ablatiuo ſine præpoſitione: vt, Dominus donauit ſeruo libertatem : ſic pulchrius dicitur,Dominus donauit ſeruum libertate. Condono tibi hoc munus: ſic elegātius,Condono te hoc munere. Corona naualis Expoſi.Iod. Clichthoue.

Corona naualis. ea erat,qua donabatur,qui primus nauali prælio armatus in nauem hoſtium vi tranſiliebat:& illa ex auro compoſita erat,quaſi Roſtris nauium inſignita. Sabini fuerunt populi in Italia,qui ciuitates ſine mœnibus incolebant.Hi quum pro raptis virginibus bellũ aduerſus Romulum geſſiſſent,compoſito fœdere in vrbem Romanã tranſierunt,proprijs ſedibus relictis.

Sabini

Præpoſitio quæ ſolet adiungi nomini, pulchrius verbo adiungitur.

Præceptum XCV,

INterdum verò præpoſitio,quæ nomini,ac caſui præponitur, pulchrius, venuſtiusq; verbum præceſſerit in quibuſdam verbis. Quale eſt ſiquis dicat, Eo ad te:vt dicat potius,adeo te.&,loquor ad te:potius, alloquor te. cedit de vita, decedit vita. cedit ex humanis rebus,excedit rebus humanis. Et in alijs quibuſdam conſimiliter.

¶Interdum &c.Deſeruientem accuſatiuo, vel ablatiuo præpoſitionem verbis elegantius per compoſitionem copulari,quàm caſualibus ſuis per appoſitionem iungi, hîc autor dicit.Et duas continet partes.In prima,præceptionem ponit.In ſecunda,eandem exemplis confirmat. Secunda ibi, Quale eſt.

Explanatio Clichthoueana.

Expo.Iodo. Clichthoue. ¶Præpoſitio accuſatiuo,vel ablatiuo ſuo caſuali iũcta, elegãtius verbo per compoſitionem adiungitur, eodem accuſatiuo,vel ablatiuo manente,& recto à verbo,qui prius ponebatur cũ præpoſitione:vt,Piſcis tranat æquora:potius quàm,nat trãs ęquora.Fluuius vrbem perlabitur:potius quàm,labitur per vrbem.Auis cœlo delabit̃: potius quàm,labitur de cœlo.Hoc etiã in verbis trãſitiuis habet locum:vt,Nauta traduxit me fluuium: potius quàm, duxit me trans fluuium. Adducit naues portũ: potius quàm,ducit naues ad portum. Vergilius, Detrudunt naues ſcopulo.In quibuſdam autem verbis nõ ma

Vergilius.

net idem caſus, qui prius præpoſitioni iungebatur: vt, Superi aſpirent noſtris cœptis: non,ad noſtra cœpta. Illi fortuna arridet:non, illum. Miniſter aſtat domino; non, dominum.& in alijs pleriſq; verbis.

De Minus aduerbio.

Præceptum XCVI.

Minus aduerbium,quoniã ſæpe ſignificat non nonnunq̃ cum poſitiuo iunctum contrariæ ſignificationis comparatiuum demonſtrat:vt, Terentianum illud,Phædria nemo fuit minus ineptus: pro,prudentior.& ,Nemo eſt te minus formoſus:id eſt, deformior.& ſic de alijs conſimilibus.

¶Minus &c. Hîc autor venuſtam apud quum poëtas, tum oratores vſurpationem aduerbij Minus, poſitiuis adiuncti propalat. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò eius exempla aſſignat.Secundum ibi, Vt Terentianum.

Expoſitio Clichthouea na.

¶Minus quando ſignificat non, ſequitur hanc coniunctionem Sin,in ſecunda orationis parte poſitam, & ſignificantem idem quod, ſed ſi: vt, Si virtutem ſtudioſè colueris, magnam tibi gloriam comparabis: ſin minus feceris, æternum tibi dedecus paries. Minus in eadem ſignificatione ſequitur hanc dictionem Quò, pro Vt: vt,Hanc rem tibi ſignificare volui, quò minus errares, id eſt, vt non errares. Quando etiam Minus poſitiuo præponitur, ſignificat comparatiuum contrarium illi poſitiuo: vt, Cicerone nemo fuit minus indoctus, id eſt doctior. Te nemo eſt mihi minus inuiſus.id eſt, dilectior, vel charior. Expoſi. Iod. Clichthoue.

Phędria nomen adoleſcentis in ſecunda comœdia Terentij,cuius ab Autore exemplum adducitur. Phędria

Quid inter decem annos, & decem annis intereſt. Præceptum XCVII.

QVoties multos aut dies, aut annos dicimus per accuſatiuum, intelligimus iuge temporis curriculum eſſe ferè continuum: ſed per ablatiuũ ſignificatur annorum, ſiue dierum interiectio, intermiſſioq́; quare (vt ait Marcellus) optantes rectius accuſatiuo vti debent, ſiquidem ad ſecundam fortunam attineat. Intereſt igitur ita ſi quis dixerit, Decem annos in re militari verſatus ſum. an ita, Decem annis dedi operam rebus bellicis.

¶Quoties &c. In præſentiarum autor inter accuſatiuũ, & ablatiuum tempus importantia (cuiuſcunq; fuerint numeri) diſcrimen apud veteres vſurpatum explicat. Et tres ſcinditur in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, ſententiam tangit Marcelli de altero eorum frequentiori vſu. In tertia, diſcrimen principale concludit, Marcelli ſententiam confirmando. Secunda ibi, Quare vt. Tertia ibi, Intereſt igitur.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthouei. ¶Accuſatiuus (vt autoris eſt ſententia) ſignificat tẽpus continuatum, quo toto aliquid factum eſt ſine intermiſſione. Ablatiuus verò tempus non continuatum, ſed aliqua moræ intermiſſione interruptum: vt, Tres annos dedi operam literis: quum aſſiduum fuit ſtudium. Tribus annis dedi literis operam: quum ſtudium non fuerit aſſiduũ. Ergo per accuſatiuũ (vt ſentit autor) potius, quàm per ablatiuũ, amico felicitatem precari debemus, quum diuturnior accuſatiuo, quàm ablatiuo ſignificetur felicitas: vt, Multos annos ſis ſanus: potius quàm multis annis. Hîc enim ſanitatis interruptio nõ excluditur, illic verò continua ſine interruptione ſanitas optatur. Verùm hæc differentia à Laurentio Valla nõ probatur, qui probatiſſimos autores indifferenter accuſatiuo, & ablatiuo vſos dicit, abſq; illa temporis vel continui, vel non continui conſyderatione. Quod nobis quoq; factitandum eſt, & modò accuſatiuo, modò ablatiuo ſine vllo diſcri-

mine vtendum,accuſatiuo tamen frequentius: nam ele-gantior eſt per accuſatiuum ſermo. Vergilius,Vna cũ gente tot annos Bella gero.Idem, Hîc iam tercentum tò tos regnabitur annos.Interdum præpoſitio Per,accuſa-tiuo tempus ſignificanti præiũgitur. Vergilius, Multosq́ per annos Errabant acti fatis. Vergilius

Cordi eſt. *Præceptum* XCVIII.

Cordi homo,etiam flexibiliter cordi hominis,cor-di homini (vt Priſcianus inquit) ſignificat iucun-dus,iucundi,iucundo, ſicut & Frugi: ſed ſatius mea ſententia Marcellus opinatus eſt. Dicit enim, cor-di eſt.i.animo ſedet. Nam hæc res mihi cordi eſt.i.placet. Terentius in Andria, An tibi hæ nuptiæ ſunt cordi? M. C.de perfecto oratore, Flumen aliis, aliis verborum vo-lubilitas cordi eſt. Et Lucilius probè declarat, quum in-quit: Et quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehemen-ter diſplicet.

¶Cordi homo &c.Autor frequentem huius orationis vſum Cordi eſt, apud oratores, & poëtas depromit. Et tria agit. Primò Priſcianum carpit. Secundò Marcellium probat,qui orationis contextæ ex verbo Sum,es,eſt, & dictione Cordi, ſignificãtiam docet. Tertiò Marcelli ſen-tentiam exemplis confirmat. Secundum ibi, Sed ſatius. Tertium ibi, Terentius in Andria.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Priſcianus dixit hoc nomen Cordi eſſe adiectiuũ, & indeclinabile,ſicut Frugi. Dixit item Cordi eſſe, ſignifica re iucundum eſſe. Verius tamen arbitrãtur alii, Cordi da-tiuum eſſe ſingularem huius nominatiui Cor Cordis: & Cordi eſſe, ſignificare placere: vt, Tui mores ſunt mi-hi cordi. id eſt, placent mihi. Sedeo datiuo iunctum idem ſignificat. Vergilius, Et ſedet hoc animo. Fru-gi homines, qui & frugales dicuntur, ſunt qui in omni Expoſi.Io. Clichtho. Vergilius

re motibus animi moderantur. Et frugalitas, virtus, quæ motus animi regit, & ſedat, moderatamq; in omni re nouit ſeruare conſtantiam. Inde Frugaliter aduerbium, temperatè, & modeſtè ſignificat.

De Tantiſper. Præceptum XCIX.

TAntiſper, quod quaſi eſt tam diu, ornatè poſt ſe depoſcit Dum, quod ferme eſt donec: vt illud Terentij in Heautontimorumeno, Tantiſper meum dici te volo, dum quod te dignũ eſt, facias. Ego tantiſper magna voluptate afficior, dum apud te viuo.

¶ Tantiſper &c. De horum aduerbiorum Tantiſper, & Dum, eleganti in oratione ſitu autor hîc inſtitutionẽ format. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt illud.

Expoſi. Io. Clichtho.

Expoſitio Clichthoueana.

¶ Tãtiſper aduerbiũ tẽporis in priori orationis parte locatũ, ſequente Dũ pro donec: vt, Tãtiſper mihi gratus es, dũ boni viri fungeris officio. Seqꝰ interdũ loco aduerbij Dũ, iſtud aduerbiũ Quoad, pro donec: vt, Tãtiſper hac re vtar, quoad meliꝰ inuenero. Alia quoq; aduerbia in, per, terminata, exiguã temporis morã ſignificant: vt pauliſper, parũper: id eſt, pauco tempore: aliquãtiſper, aliquo tempore: ſicut tãtiſper, tãto tempore ſignificare dictũ eſt.

Quid inter Delecto, & Oblecto intereſt.

Præceptum C.

TV mihi charus es, ego te amo: tu mihi iucũdus es, ego te delector. Sed Delecto, & Oblecto nõ ſimiliter conſtruuntur: nam dicimus, Delectat me hæc res: ſed, Oblecto me hac re. Delectabat Socratem vitæ integritas. Pitthacus ſeſe virtute, & doctrina oblectabat. Ego me oblecto ruri.

¶ Tu mihi &c. Hîc autor multarũ ſynonymitatem orationnm, quũ iucũditatem, tum amicitiam exprimentes, profert. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò diſcrepan-

tiam inter Delecto,& Oblecto verba cõcludit exempli-
ficando. Secundum ibi, Sed delecto.

Expoſitio Clichthoueana. Expoſi. Io.

¶Delectare,& Oblectare verba trãſitiua ſignificant ex Clichthouei.
aliqua re voluptatẽ capere. Cõſtructione tñ differunt, nã
Delecto ſolùm regit accuſatiuũ: vt, Tuę literę ſummope- Cicero
re me delectãt. Cice. ad Appiũ, Sinaũt quę mea inſtituta
in ꝓuincia nõ delectãt. Sed Oblecto poſtulat actm̃ cum
abltõ ſine præpoſitione: vt, Oblecto me mirũ in modum
tuis literis. In voce aũt paſſiua vtrũq; verbũ iungit abltõ Cicero
ſine præpoſitione: vt, Adoleſcentes delectãtur ludo. Sa-
pientes oblectant literarũ ſtudio. Cicero ad Appiũ, Mul
tò magis meo facto delector, quàm tuo. Pitthacus du- Pitthacus
plicato tt ſcribit, fuit vnꝰ ex ſeptem Grecię ſapiẽtibꝰ, pa
tria Mitylenꝰ, q optimis inſtitutis patriã cõſtituit, agrũq;,
& ciuitatem ab infeſtis hoſtibus ſua virtute tutatus eſt.

Fero hanc rem facilè, modeſtè, moderatè, æquo animo. Præceptum. CI.

FEro hanc rem patienter: ſeu, patienti animo: ſplendidius dicitur, ego hanc rem facilè patior, & modeſtè fero, & moderatè, & æquo animo. Contrà ſignificantia aduerbia, grauiter, acerbè, ægrè, moleſtè, & iniquo animo. Hæc mihi iucunda res eſt: hæc res placet mihi: & quæ moleſta eſt, diſplicet.

¶Fero &c. Impræſentiarum autor plures ſynonymas orationes eleganter exprimentes, tum iucũditatem, tum triſtitiam innuit. Et duo tangit. Primò inſtituit de patientia. Secundò idem facit de moleſtia. Secundum ibi, Contrà ſignificantia.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Hãc rem æquo animo fero, placido, modeſto, mode- Expoſi. Io.
rato, benigno, miti, facili, leni animo: & hãc rem placidè, Clichtho.
modeſtè, moderatè, benignè, facilè, leniter fero, idẽ ſigni-
ficãt. Ouidius, Similes aliorũ reſpice caſus, Mitius iſta fe- Ouidius
es. Fero hãc rem ægro animo, acerbo, moleſto, indigno,

iniquo, graui, triſti animo: vel, hanc rem moleſtè, acerbè, indignè, ægrè, grauiter fero. Terẽtius, Neq; hanc rẽ ægrè tulit. i. impatienter. Grauius amicorum, quàm propriã, fero aduerſitatem. i. moleſtius.

Terentius,

Affero, & Dolet mihi. *Præceptum* CII.

Affero communiſſimum verbum eſt, & quo multis locis vti poſſumus. Secũda fortuna affert mihi voluptatem: id eſt, me delectat. Aduerſa fortuna affert mihi dolorem: id eſt, dolet mihi. Nam dicimus, & hæc res mihi dolet, & doleo hanc rem. Sed redeo vnde digreſſus ſum. Literæ tuæ afferunt mihi admirationem, id eſt, efficiunt vt admirer. Affers teſtimonium. id eſt, teſtificaris. & ita diſperſa eſt, & vaga huius verbi ſignificatio.

¶Affero &c. Hîc autor amplam verbi Affero vſurpationem apud oratores inſerit. Et quinq; ſcindit̃ in partes. In prima, præceptionem dat. In ſecunda, exempla eius applicat. In tertia, digreſſionem circa verbum Doleo facit. In quarta, ad exempla reuertitnr. In quinta, propoſitum concludit. Secunda ibi, Secunda fortuna. Tertia ibi, Nam dicimus. Quarta ibi, Sed redeo. Quinta ibi, Et ita diſperſa.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. Quintilian⁹. ¶Afferre, eſt aliquam animi affectionem, ſiue qualitatem in aliquo efficere: & eleganter datiuum cum accuſatiuo petit. Quintilianus libro. iij. Afferunt laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non inſtituta quoq; autoribus. Sic dicimus, Literæ tuæ attulerunt mihi gaudium: id eſt, literæ tuæ fuerunt mihi gaudio: vel, affecerunt me gaudio: vel, magnum ex tuis literis cepi gaudium. Hæ enim loquendi orationes eędem ſunt. Virtus ſuis cultoribus affert gloriam, & honorem. Doleo eleganter datiuo iungitur. Terentius, Sed hec mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe. Etiam accuſatiuo iungitur; vt, Doleo pedes; vel,

Terentius.

dolent mihi pedes.quod barbarè dicitur, pedes faciunt mihi malum.Interdū ablatiuo iungitur. Quintilia.in.vj. Nemo niſi ſua culpa diu dolet. Quintilian⁹.

De Pèrinde,cum Atq;,vel Ac,poſtpoſita.

Præceptum CIII.

PErinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe Ac, vel Atq;, & totum ſimul,pèrinde ac,vel atq;,habet eandem vim,quàm tanq̄:vt,Camillus pèrinde atq; omniū ſapientiſſimus.& Chærea pèrinde ac foret eunuchus. Et de hac re ſatis dicta ſunt hactenus.

¶Pèrinde &c.Hoc in præcepto autor elegantem aduerbiorum Pèrinde,Ac, &,Atq;, in oratione ſitum, eorūq; ſignificantiam explicat.Et duo agit. Primò documentum dat.Secundò illud exemplis confirmat. Secundum ibi,Vt Camillus.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Pèrinde,ſimilitudinis aduerbiū, reqrit poſt ſe Ac, vel Atq;,vel Vt,pro ſicut:vt, Tuū negociū pèrinde ac meū curabo.Tu pèrinde atq; mihi amicus, multa in me præſtas beneficia.Aulus Gellius,Pèrinde vt in prælio verſaretur,coràm videre ſeſe vociferatus eſt.Prōinde autē conſunctio eſt rationalis ſignificans propterea: vt, Singularē in me beneuolentiā tuam declaraſti,prōinde ſummopere te amo. Camillus,nomen proprium ducis Romani, qui vrbem à Gallis captā,ciuibus reſtituit, & priſtinā libertatem vendicauit. Chęrea,Terentianus adoleſcens, qui in ſecūda comœdia(cui Eunucho nomen eſt) inducitur amore virginis captus,ad quam Parmenonis conſilio pro eunucho deductus eſt,& voto potitus. Eunuchus,caſtratus,aut ſine teſtibus natus. Expō.Clich. Au.Gellius. Camillus. Chęrea.

De coëo. *Præceptum* CIIII.

COëo non ſolum abſolutū eſt,ſed nōnunq̄ peruenuſtè caſum habet accuſatiuum.Coëo ſocietatē tecū. Et hinc eſt illud Auli Gellij in Noctibus Atticis

de Pythagora, deq́; eius cōſortio, Quod quiſq; familiæ, pecuniæq́; habebant, in medium dabant, & coibatur ſocietas inſeparabilis. Sed eodem Cicero pacto eſt aliquando eo verbo vſus.

¶Coëo &c. Hîc autor verbi Coëo conſtructionem ab eloquentibus obſeruatam ponit. Et duo agit. Primò regulam dat. Secundò eius exēmpla ſubiungit. Secūdum ibi, Coëo ſocietatem.

Gloſſa Clichthoueana.

Expō Clich. ¶Coire interdum ſimul ire ſignificat, ſiue congregari: vt, Aues vnum in locum coëunt. Interdum concordare: vt, Inter eos non mutua eſt amicitia, quorum animi nō coëunt. Interdum rem habere: inde Coitus, concubitus. & his modis neutrale eſt. Deniq; ſignificat componere, & conciliare: & tunc tranſitiuum eſt, & accuſatiuo iungitur, & paſſiuum habet in or: vt, Si inter homines vna eſſet animorum coniunctio, coiretur amicitia indiſſolubi-

Pythagoras. lis. Volo tecū ſocietatem coire. Pythagoras philoſophus, qui philoſophi nomen ſibi primus vendicauit, patria Samius: cuius præcepta Ouidius in. xv. Metamorphoſeos elegantiſſime deſcripſit.

De Mile hominum in ſingulari.

Præceptum CV.

Mile hominum in ſingulari numero ſignificat mille homines. Mile militum interijt: hoc eſt, mile milites interierunt. Mile militum vulneratum eſt: id eſt mille vulnerati ſunt milites. Idq́; ornatum, vſitatumq́; eſt.

¶Mile &c. Subſtantiuum nomen Mile genitiuo pluraliter cuiuſq; dictionis ornatè copulari autor impræſentiarū dicit. Et litera non ſcinditur.

Expoſitio Clichthoueana.

Expo. Iodo. Clichtho. ¶Mile aliqñ ſubſtantiuū eſt ſingularis numeri, neutri generis, & indeclinabile; vt, Mile hominū eſt in vrbe; ſiue

vnum mile hominũ eſt in vrbe. Et in plurali numero habet hæc milia, horum miliũ, milibus, declinabiliter. Et in vtroq; nnmero requirit genitiuum pluralem poſt ſe: vt, Duo milia hominum ſunt in vrbe. & non, duo milia homines. Et poſſunt huic nomini Milia, addi quęlibet nomina numeralia, vt tria, quatuor, quinq;, decem, cẽtum: vt, Mille milia virorum habitant in vrbe. Sed Mille, adiectiuum pluralis numeri tantũm, & indeclinabile, petit nomen ſubſtantiuum eodem ſibi caſu iungi: vt, Mille homines habitant in vrbe. Mille vrbes euerſæ ſunt. Mille oppida diruta ſunt. & poſſunt huic adiectiuo Mille præponi aduerbia numerandi: vt, Bis mille homines. i. duo milia hominum. ter mille, tria milia. & ſic deinceps.

De Primus. *Præceptum* CVI.

PRimus ſignificat etiam ordinem, quod nomen ſequitur ſecundus, tertius, & deinceps alia eiuſdem ordinis nomina: tamen multoties ſignificat principalem: vt, Hic eſt noſtræ ciuitatis vnus omniũ primus. Per ſe ſignificat optimum. Sed hoc poſtremum in raro eſt vſu oratorum.

¶Primus &c. Hoc in loco autor triplicem nominis Primus ſignificantiam exprimit exemplificando.

Declaratio Clichthoueana.

¶Primus nomen numerale ordinale eſt, eum ſignificãs, qui cæteros omnes ordine præcedit. Ouidius, Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro. Secundò eſt præcipuus, & principalis. Vergilius, Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Inde Primates vocamus, in aliqua re præcipuos: vt primates vrbis, primates regni: qui & Optimates dicuntur. Tertiò, Primus optimum ſignificat: vt, Is inter omnes meritò primus habendus eſt, qui cæteros virtute præcellit. Sed hoc tertium rarius eſt.

Expoſi. Iod. Clichthoue.

Vergilius

De Interdico. *Præceptum* CVII.

INterdico tibi hac re: & non, hanc rem. Interdico tibi aqua, & igni. Plinius Secundus in epiſtolis, Carent rege iure, quibus aqua, & igni interdictum eſt.

¶ Interdico &c. Hîc autor huius verbi Interdico cõſtructionem grammaticos carpendo docet. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secundò eius exempla. Secũdum ibi, Vt interdico.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶ Interdicere, eſt prohibere: & regit datiuum ſignificantem eum, cui quicꝗ prohibetur, & ablatiuum ſignificantem illud, à quo prohibetur: vt, Interdico tibi domo mea: & non, domum meam. Vel per verbum impersonale: ſic, Tibi interdictum eſt domo mea. Vel per verbum paſſiuum: ſic, Domus mea interdicta eſt tibi: vel, Tu interdictus es domo. Sed hoc vltimum rarius eſt. Mancinellus in Lima in Vallam etiam accuſatiuũ inuenit cum Interdico.

Quæ nomina ornatè ſyncopantur.

Præceptum CVIII.

NVnc verò ad reliqua. Neq; eñ nõ inuitus omiſerim, quòd quæ nomina ad numerũ ſpectant, in eorũ pluralibus genitiuis ſyncopam efficiunt: idq; quum vſitatum, tum ad exornandũ pertinet orationẽ: vt, Mile nũmûm: potius quàm, mile nummorũ: mile denariûm: mile Philippûm: mile aureûm: & tot milia argẽteûm. & ita de reliquis. Et in genitiuis omniũ nominum ſecundæ declinationis id frequenter efficiunt.

¶ Nunc &c. Hac in litera autor de venuſto conciſionis vſu apud oratores obſeruato in nominibus pecuniam, aut numerum deſignantibus inſtitutionem ponit. Et tres diſtribuitur in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, concludendo præceptionem confirmat. Secunda ibi, Vt mile. Tertia ibi, Et in genitiuis.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Syncopa eſt literæ, vel ſyllabæ à media dictione ſublatio: & Latinè poteſt conciſio vocari. Plurimùm illa venuſtatis affert orationi, ſi commodè fiat: præſertim cùm nimia ſyllabarum in aliqua dictione congeries, aures prolixitate offendit, amouendum aliquid eſt è medio, quò gratior breuitate fiat dictio. Quod quidem potiſſimùm ſeruant autores in genitiuis pluralibus primæ declinationis: vt, rex cœlicolûm, pro cælicolarum: terrigenûm, pro terrigenarum. Etiam in genitiuis pluralibus ſecundæ declinationis, aut pecuniam ſignificantibus: vt, duo milia nummûm, pro nummorum: aut ſignificantibus numerum: vt, turris centenûm pedum: id eſt, centenorum: ambitus quadragenûm paſſuum. i. quadragenorũ. Dicit frequenter, quia neutra non ſyncopantur. Expo. Iodo. Clichthoue.

Citra cẽtenarium, & poſt vigenarium, minor numerus maiorem eleganter præcedit mediante coniunctione.

Præceptum CIX.

SEd proſam ſcribentes, & ſolutam orationem, in nominibus ſolùm numerum, & menſuram ſignificantibus, atq; in numerorum nominibus eam plerũq; ſeruamus conſuetudinem, vt citra cẽtenarium numerũ, ſiquando poſt vigenarium duo numeri commemorandi ſunt, eorum minor præcedat: & maior ſequatur: vt, Hic eſt vnum & viginti annos natus. Duos & triginta annos viximus. Tres & quadraginta annos nauigaui. Quatuor & quinquaginta annorũ conſumpſi ætatem. Sed vltra centenarium, & citra vigenarium, tritum, ac vulgatum ſeruamus morem, & ſermonem. Quòd autẽ ſicut duodeuiginti nõnunq̃ dicimus, & duodetriginta: ita & duodeuigeſimus, & duodetrigeſimus, manifeſtũ eſt. ſed non quidem eſt in frequenti oratorum vſu.

INterdico tibi hac re: & non, hanc rem. Interdico tibi aqua, & igni. Plinius Secundus in epiſtolis, Carent rege iure, quibus aqua, & igni interdictum eſt.

¶ Interdico &c. Hîc autor huius verbi Interdico cõſtructionem grammaticos carpendo docet. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secundò eius exempla. Secũdum ibi, Vt interdico.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶ Interdicere, eſt prohibere: & regit datiuum ſignificantem eum, cui quicq̃ prohibetur, & ablatiuum ſignificantem illud, à quo prohibetur: vt, Interdico tibi domo mea: & non, domum meam. Vel per verbum impersonale: ſic, Tibi interdictum eſt domo mea. Vel per verbum paſſiuum: ſic, Domus mea interdicta eſt tibi: vel, Tu interdictus es domo. Sed hoc vltimum rarius eſt. Mancinellus in Lima in Vallam etiam accuſatiuũ inuenit cum Interdico.

Quæ nomina ornatè ſyncopantur.

Præceptum CVIII.

NVnc verò ad reliqua. Neq; enĩ nõ inuitus omiſerim, quòd quæ nomina ad numerũ ſpectant, in eorũ pluralibus genitiuis ſyncopam efficiunt: idq; quum vſitatum, tum ad exornandũ pertinet orationẽ: vt, Mile nũmũm: potius quàm, mile nummorũ: mile denariũm: mile Philippũm: mile aureũm: & tot milia argẽteũm. & ita de reliquis. Et in genitiuis omniũ nominum ſecundæ declinationis id frequenter efficiunt.

¶ Nunc &c. Hac in litera autor de venuſto conciſionis vſu apud oratores obſeruato in nominibus pecuniam, aut numerum deſignantibus inſtitutionem ponit. Et tres diſtribuitur in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, concludendo præceptionem confirmat. Secunda ibi, Vt mile. Tertia ibi, Et in genitiuis.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Syncopa eſt literæ, vel ſyllabæ à media dictione ſub-latio: & Latinè poteſt conciſio vocari. Plurimùm illa ve-nuſtatis affert orationi, ſi commodè fiat: præſertim cùm nimia ſyllabarum in aliqua dictione congeries, aures prolixitate offendit, amouendum aliquid eſt è medio, quò gratior breuitate fiat dictio. Quod quidem potiſſi-mùm ſeruant autores in genitiuis pluralibus primæ de-clinationis: vt, rex cœlicolûm, pro cœlicolarum: terrige-nûm, pro terrigenarum. Etiam in genitiuis pluralibus ſecundæ declinationis, aut pecuniam ſignificantibus: vt, duo milia nummûm, pro nummorum: aut ſignifican-tibus numerum: vt, turris centenûm pedum: id eſt, cen-tenorum: ambitus quadragenûm paſſuum. i. quadra-genorũ. Dicit frequenter, quia neutra non ſyncopantur. Expo. Iodo. Clichthoue.

Citra cẽtenarium, & poſt vigenarium, minor numerus maiorem eleganter præcedit mediante coniunctione.

Præceptum CIX.

SEd proſam ſcribentes, & ſolutam orationem, in no-minibus ſolùm numerum, & menſuram ſignifican-tibus, atq; in numerorum nominibus eam plerũq; ſeruamus conſuetudinem, vt citra cẽtenarium numerũ, ſiquando poſt vigenarium duo numeri commemorandi ſunt, eorum minor præcedat: & maior ſequatur: vt, Hic eſt vnum & viginti annos natus. Duos & triginta an-nos viximus. Tres & quadraginta annos nauigaui. Quatuor & quinquaginta annorũ conſumpſi ætatem. Sed vltra centenarium, & citra vigenarium, tritum, ac vulgatum ſeruamus morem, & ſermonem. Quòd autẽ ſicut duodeuiginti nõnunq̃ dicimus, & duodetriginta: ita & duodeuigeſimus, & duodetrigeſimus, manifeſtũ eſt. ſed non quidem eſt in frequenti oratorum vſu,

¶Sed pro &c.Hoc in loco autor de elegãti dictionum numeralium ſitu in proſa præceptionem tradit.Et tres diſtinguitur in partes.In prima,ſæpe dictũ agit, in dictionibus numeralibus vltra viginti,& citra centum, numerum importantibus.In ſecunda,hoc idem facit in dictionibus numeralibus vltra centum,& citra viginti. In tertia cõcludit quemlibet numerum octauum vltra decem poſſe eleganter exprimi per decimum numeri ſequentis cum his particulis,duo de,compoſitũ.Secunda ibi, Sed vltra.Tertia ibi,Quod autem.Item prima pars ſcinditur in præceptionem,& exempla.Secunda ibi,Vt hic.

Elucidatio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho. ¶Hæc præceptio quatuor regulis facilè declarabitur. Prima eſt,Vltra decem,& citra viginti, ſine copula, minor numerus per compoſitionem maiori præponitur:ſi verò copula interceſſerit, maior minori præponitur:vt, Octodecim annos natus ſum:vel,decem & octo annos natus ſum.Maior autem numerus eſt in propoſito, qui alterum in ſe cõtinet tanꝙ ſuam partem.Minor verò numerus eſt,qui ab altero tanꝙ pars continetur. Secũda regula eſt,Vltra viginti citra centũ,minor numerus maiori,ſi mediet copula,præponitur:ſed maior minori ſine copula præponendus eſt:vt,Vixi quatuor & viginti annos:vel,Vixi viginti quatuor annos. Tertia regula. Vltra centum,quantũlibet progrediendo, maior numerus minori & cum copula,& ſine copula præferẽdus eſt:vt, Vixi centũ & viginti annos: vel, centum viginti annos.

Quarta regula,Vltra decem, octauum quemq; numerum eleganter explicamus per nomen numeri decimi ſequentis ſignificatiuũ, cum hoc adiecto, duode,compoſitum.Similiter nonum quemq; vltra decem numerum venuſtè exprimimus per nomen ſequentis numeri ſignificatiuum cum,vnde,compoſitum:vt,Duodeuiginti annos natus ſum,id eſt,octodecim:quaſi,duobus demptis de viginti. Vndeuiginti annos natus ſum,id eſt nouemdecim;quaſi,vno dempto de viginti, Sic duodetriginta;

id eſt, vigintiocto: vndetriginta, viginti nouem: duode-quadraginta, triginta octo: vndequadraginta, triginta nouem. Et hæ quatuor regulæ in alijs quoque nominibus numerum, & ordinem ſignificãtibus locum habent: vt, Quarto & vigeſimo, vel, vigeſimo quarto ætatis anno hanc vrbem acceſſi. Centeſimoquinto, vel, centeſimo & quinto ętatis anno pater obijt. Duodeuigeſimo, vel, vndeuigeſimo ætatis anno te cognoſcere cœpi. Sic in alijs numerorum generibus eadem penitus ſeruanda eſt lex.

In dies, & In diem.

Præceptum CX.

Quid? In dies, non'ne pulcherrimus ſermo eſt? ac ſignificat per ſingulos dies, & quotidie, ſed cum quodam incremento: vt, *Tua in dies accreſcit virtus. In dies homines ſapiunt. Stultorum hominum in dies accreſcit infamia. Sed quum dicitur In diem, eſt terminus deputatus.*

¶Quid &c. Hîc autor harum orationum temporalium In dies, & In diem, atque ſimilium diſcrimen aſſignat. Et duo agit. Primò quid In dies, atque ſimiles exemplificãdo. Secundò quid In diem ſignificet. Secundũ ibi, Sed cum.

Expoſitio Clichthoueana.

¶In dies non eſt vna dictio compoſita, vt pleriq; arbitrantur, ſed duæ dictiones, ſcilicet præpoſitio, & nomen accuſatiui caſus, pluralis numeri: ſicut, in naues, id eſt, per ſingulas naues. Vergilius in Æneide, Muneraq; in naues donat. Significat autem In dies quotidie: ſed rei crementum cum tempore denotat. Et ergo cum dictionibus crementum ſignificantibus, vt comparatiuis, verbis inchoatiuæ formæ, & alijs conſimilem habentibus ſignificationem iungitur: vt, In dies meus in te amor accreſcit. Tua in dies maior euadit virtus. Sed In diem, ſignificat pro vnius diei ſpacio, & præſenti tempore, futuri temporis rationem nullo pacto habendo: vt, Aues in diem rapto viuunt. Eandem quoq; differentiam habent

Expoſi. Io. Clichtho.

Vergilius.

In horam,& In horas.Hoc enim crementum ſignificat Vergilius Vergilius,Gallo cuius amor tantùm mihi creſcit in horas.Illud verò pro præſenti tantũ hora: vt,In horã viuo.

Vt in verbis actionem, aut paßionem ſignificantibus varietati ſtudendum ſit.

Præceptum CXI.

IN *verbis tam actionem,quàm paßionem ſignificantibus conſyderare debemus varias vocum inflexiones,atq; exitus,& modò his,modò illis vti pro aurium iudicio:vt fuere,pro fuerunt: amarunt, pro amauerunt:videre,pro viderunt:norim,pro nouerim:triumpharat,pro triumphauerat.& de alijs quoq; eodem modo.Sed ne quid contra grammaticæ artis præceptionem fiat,hac via prouidendum eſt.*

¶In verbis &c.Impræſentiarũ autor duarũ vocũ in eadem perſona alicui⁹ verbi inuentarũ,aut propriè, aut figuratiuè pet ſyncopam.ſ.venuſtã varietatem vſurpandã docet.Et tres continet partes.In prima, præcipit. In ſecunda,exornat.In tertia, nos hortatur, ne grammaticæ arti derogemus.Secũda ibi,Vt fuere.Tertia ibi,Sed ne.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho. ¶In verbis bifariam poſſumus varietati ſtudere. Primò vtendo conciſis per ſyncopam perſonis loco integrarũ. Quum eñ verba habent,vi,in præterito,in eius,& temporum ab eo formatorum perſonis poteſt fieri ſyncopa modò ſolam literam remouendo,vt petii,pro petiui:petijſſe,pro petiuiſſe:modò ſyllabam remouendo:vt optaram,pro optaueram:optarim,pro optauerim. Poëtæ tamen in alijs quoq; verbis, quorum præterita in,vi, non Terentius exeunt,interdum faciunt ſyncopam: vt apud Terentiũ Intellexti, pro intellexiſti, ſæpenumero eſt inuenire: et Vergilius apud Vergilium Acceſtis,pro acceſſiſtis in primo Æneidos quum ait,Vos & Scillæam rabiem, penituſq; ſonãtes Acceſtis ſcopulos.Secundò contingit in verbis va-

rietas, vbi duæ ſunt voces eiuſdem perſonæ, vna in conſonantem, altera in vocalem deſinens: tunc enim eleganter vtimur vna alterius loco, ſi modò opportunè hoc fiat: vt potuere, pro potuerunt. Cura ne hoc beneficio indignus videare: pro, videaris. Nam in, ſecunda perſona ſingulari verba paſſiua habent duplicem vocem in temporibus à præſenti formatis: quod tum carmini, tum orationi ſolutæ non modicam affert venuſtatem.

De Quin. *Præceptum* CXII.

Qvin particula quomodo increpet, vel exhortetur, quomodo item confirmet, & quomodo interroget, id ſatis exploratũ eſt. Sed nos ea pulcherrime vtimur, cùm dicimus, non poſſum quin geſtiã, non poſſum quin doleam, non poſſum quin admirer. Significat enim ferè me non poſſe cõtinere quòd non doleam. Et ita de cæteris conſimiliter.

¶Quin &c. De huius particulæ Quin vſu autor hoc loco meminit. Et tria facit. Primò ſe excuſat de quadruplici eius acceptione. Secundò frequentiorem eius particulæ vſurpationem apud oratores explicat, dando exempla. Tertiò eius ſignificantiam notat. Secundum ibi, Sed nos. Tertium ibi, Significat enim.

Explanatio Clichthoueana.

¶Hæc dictio Quin, aliquando increpat, cum aſpera interrogatione, & ſic verbum indicatiuum requirit. Terentius, Quid ſtas lapis? quin accipis? id eſt, cur non. Aliquãdo interrogat ſine increpatione: vt, Quin ſtudes? quin ad me venis? id eſt, cur non. Aliquando exhortatur. Terentius, Quin tu vno verbo dic quid eſt quod me velis. Aliquando cõfirmat, & ſignificat quinetiam. Vergilius, Quin aſpera Iuno, Quæ mare nunc, terrasq́ metu, cœlumq́ fatigat, Conſilia in melius referet. Aliquando ſignificat quòd, præſertim negatione præcedente: vt, Nõ dubium eſt, quin Cicero ſit omniũ oratorũ clariſſimus, Expoſi. Io. Clichtho.

Deniq; Quin ſignificat, qui non: vel, quòd non: vt, Nullus eſt quin te amet: id eſt, qui te non amet. Nunq̃ ad te venio, quin diſcedam ſapientior. id eſt, quòd non diſcedam ſapientior. Ex quibus exemplis planè conſtat quòd hoc poſtremo modo debet Quin ante ſe habere dictionem negatiuam: & poſt ſe verbum optatiui modi. Sic etiam eleganter poſtponitur huic verbo Poſſum negatione præcedente, vt quod vulgariter dicunt pleriq;, Non poſſum me tenere de plorando: ſic venuſtius dicetur, Non poſſum quin plorem. Non poſſum quin gaudeam. Vel adiuncto hoc verbo Contineo, contines, continere: ſic, Non poſſum me continere quin plorem. vel, Non poſſum continere lachrymas. Non poſſum me à lachrymis continere: ſiue, temperare. Vergilius, Quis talia fando temperet à lachrymis? Deniq; non poſſum tenere lachrymas, idem ſignificat. Ouidius in ij. Metamorpho. Vixq; tenet lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.

Vergilius. Ouidius

De locus eſt, vel multum, vel nihil loci eſt huic rei. *Præceptum* CXIII.

Quid illud, nonne præclarum eſt vſu? locus eſt huic rei, multum loci eſt gaudio, plurimùm loci eſt tranquillitati. Et Terentianus *Dauus*, *Nihil loci eſt ſegnitiæ. Significant enim hæc omnia prædicta oportere nos lætari, vel tranquillos eſſe, vel voluptatibus affici, vel non negligentes, ac ſegnes eſſe. & ſic in alijs huiuſmodi.*

¶Quid &c. Hîc autor amplã huius orationis, Locus eſt rei, vſurpationem oſtendit. Et tria agit. Primò per modũ interrogationis præcipit. Secundò exemplificat. Tertiò exemplorũ ſignificãtias explanat. Secundũ ibi, Multum loci. Tertium ibi, Significant enim.

Explanatio Clichthoueana.

Expo. Clich. ¶Locus duo potiſſimùm habet ſignificata, orationem

Latinā multùm exornantia. Primò opportunitatem ſignificat. Vergilius, Et iſtam Oro (ſiquis adhuc precibus locus) exue mentem. Hoc pacto ordinatur eleganter in genitiuo cum iſtis dictionibus nihil, plurimum, multum, & conſimilibus, ſequente verbo ſubſtantiuo cum datiuo. Terentius, Nihil eſt loci preci relictum. Quod ergo ſine ornatu dicitur, Non oportet hîc dolere, elegantius dictum fuerit, Nihil loci eſt dolori. Nonnunquam in eodem ſignificato cum genitiuo gerundij ponitur. Terentius in Andria, Item & multa alia, quę nunc non eſt narrandi locus. Secundò ſignificat vicem, ſiue vicariam pro altero exiſtimationem: vt, Te patris loco ſemper colui. id eſt, pro patre, & tanta veneratione, quanta patrem. Terentius, Si te in fratris germani ſemper dilexi loco. Sic rectè dixerimus, Hoc mihi voluptatis loco eſt. quod ſignificat, hoc eſt mihi iucundum, & delectabile. Literas tuas magni muneris loco expecto. hoc eſt, pro magno munere. Sed de priori tantùm in litera. Vergilius Terentius Terentius

De magnopere, & ſimilibus.

Præceptum CXIIII.

Nonnunquam verò duo nomina ſiue præpoſitione addita, ſiue nō: aduerbij vim retinent: vt Magnopere, pro vade: Maximopere, pro plurimū: Maiorem in modum, pro maxime.

¶Nonnunquam &c. Hîc autor cōſtitutæ orationis ex adiectiuo, ſubſtantiuoque quum accuſatiui caſus cum præpoſitione In, tum ablatiui ſine præpoſitione, elegantem exprimit vſum. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secūdò eius exempla. Secundum ibi, Vt magnopere.

Explanatio Clichthoueana.

¶Duo nomina, vnum adiectiuum, alterum ſubſtantiuum, aliquando in vnam dictionem coëunt, & fiunt aduerbia: idque bifariam euenit. Primò ſine præpoſitione: vt, Summopere te diligo, id eſt, maxime. Pleriqꝫ vi- Expō Clich.

tutem magnopere extollunt, non tamen eã ſequuntur.
Terentius Tantopere: id eſt, intantùm. Terentius, Ah ne ſæui tantopere. Secundò, præpoſitione intercedente: vt, Mirum in modum te amo. id eſt, mirificè. Hac de re maiorem in modum admiror. Sic admodũ, pro valde, poſitiuo iungitur: vt, Cicero inſignis admodũ orator, clarus admodum vir. Supra modum: id eſt, præter modum, ſiue pluri mùm: vt, Supra modum literis tuis gauiſus ſum. Propemodum ſignificat quaſi, penè, ferme. Terentius, Propemodum tibi habeo fidem.

De In primis, & ſimilibus.
Præceptum CXV.

SEd ablatiui caſus, ſiue cum commercio præpoſitionis, ſiue ſine eo, vim habent aduerbij: vt In primis. Significat enim præcipuè, ac præſertim: & id (vt grammatici dicunt) aduerbium ipſum (ſi ita appellandum eſt) perornatè nominibus iungitur: vt, In primis ſapiẽs. In primis eruditus. Sed ne à propoſito digrediar, Paucis interdum pro paucùm, & Multis pro multùm. Verùm hæc alio loco opportunius.

¶Sed ablatiui &c. Impræſentiarum autor de ornato adiectiui pluralis ſine ſubſtantiuo vſu in ablatiuo locati meminit. Et quatuor continet partes. In prima, inſtituit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, digreſſionem facit. In quarta ad propoſitum regreditur. Secunda ibi, Vt in primis. Tertia ibi, Et id. Quarta ibi, Sed ne.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthoue. ¶In primis, ex præpoſitione In, & ablatiuo plurali compoſitum aduerbium eſt, poſitiuis adiungendum, & ſignificat potiſſimùm, ſiue præcipuè. Debet autem reſolui per præpoſitionem Inter, & accuſatiuum pluralem huius ſuperlatiui Primus, a, um, talis quidem generis, quale exigit oratio: vt, Cicero in primis eſt doctus. id eſt, inter primos. Lucretia in primis fuit pudica. i. inter primas.

Id in primis eſt honeſtũ.id eſt,inter prima.Eodem quoq; modo ablatiui plurales adiectiui ſæpe tranſeunt in vim aduerbiorum.Vergilius,Atq; huic reſponſum paucis ita reddidit heros. Item expediam paucis,& te tua fata docebo.Non multis tecum agam.id eſt,non multùm. Breuibus hanc rem perſtringam.i.breuiter. Vergilius.

De Gerit cum nomine magiſtratus,ſiue imperij.
Præceptum CXVI.

Ille etiam modus optimus eſt,vt ſi quis dicturus ſit quempiam hominem, aliquem habere magiſtratum, vel honorem,ſiue imperium, vt ex nomine honoris eiuſmodi,& Gero,Geris,verbo pulcherrimã conſtituat orationem,hoc pacto:Hic eſt Romæ conſul, Romæ conſulem gerit.ita conſimiliter,Imperatorem gerit, Principem gerit,Prætorem gerit,& alia conſimiliter. Ad hos enim viros rerum cura,& adminiſtratio pertinet.

¶Ille &c.Hoc in loco autor eminentem alicuius dignitatem concinnè exprimere docet.Et duo agit.Primò inſtitutionem ponit.Secundò eius exempla ſubiungit. Secundum ibi,Hic eſt Romæ.

Explanatio Clichthoueana.

¶Gero quum ſignificat habere, eleganter accuſatiuum habet ſignificantem dignitatem,vel officium:aliquando quidem concretum: & aliquando abſtractum. Concretum:vt,Hic gerit cõſulem, imperatorem,cenſorem,prætorem, quæſtorem , tribunum, principem. Abſtractum: vt,Hic gerit in vrbe magiſtratum, conſulatum, imperium , cenſuram , præturam , quæſturam, tribunatum, principatum. id eſt, fungitur officio conſulis, imperatoris, &c. Horum autem officiorum nomina alio loco declaranda ſunt. Expoſi.Io. Clichthouei.

De *Inter legendum,& conſimilibus.*
Præceptum CXVII.

VSitata, & perpulchra eſt ſermonis oratio, vt geꝰ rundiorum accuſatiuus, præpoſita Inter, *ſignificet tempus imperfectum indicatiui, vel ſubiunctiui modi, vel alterius, &* Dum *particulā: vt,* Inter ambulandum hoſtes offendi. *hoc eſt, dum ambularem.* Inter legendum videbas. *hoc eſt, dum legeres. Et ſic pro varietate perſonarū ita explicandū eſt, vti modò explicauimus. Sic Seruius in Bucolicis Vergilij, Inter agendū. i. dū agis. Honeſta locutio, ſi dicamus, Inter cœnādū hoc ſum locutus. id eſt, dum cœnarem hoc ſum locutus.*

¶Vſitata &c. Hîc autor de eleganti gerundij cum præpoſitione Inter tum vſurpatione, tum expoſitione meminit. Et duas cōtinet particulas. In prima, inſtituit. In ſecūda, eius exēpla aſſignat. Secūda ibi, Vt inter ambulādū,

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Cùm verbū præteriti imperfecti temporis indicatiui, vel cōiunctiui modi adiungit aduerbio temporis, Dum, Quum, Quando, elegantius verbum mutatur in gerundium accuſatiui caſus præpoſita præpoſitione Inter. Quod quidem gerundium explicari debet per verbum talis perſonæ, & temporis, quale ſententia requirit: vt, Multa inter legendum annotatu digna mihi occurrerūt. id eſt, dum legerem. Inter ambulandum de te cogitare cœpi. id eſt, dum ambularem. Quid inter eundum obſecro inueniſti? id eſt, dum ires.

De In pro *erga, vel contra. Præceptum.* CXVIII.

IN pro erga, & cōtra, pulcherrima eſt accuſatiuo præpoſita: vt, Meus in te animus. Mea in te beneuolētia. Vtrobiq; enim ſignificat erga. Iuuenalis inuehitur in Domitianum, *Cicero habuit orationem in Catilinam: ibi enim Contra ſignificat.*

¶In pro erga &c. Autor hîc duplicem præpoſitionis In accuſatiuo iūctæ vſurpationē ponit. Et duo tāgit. Primò

præceptionem. Secundò eius exempla. Secundum ibi, Vt meus.

Gloſſa Clichthoueana.

¶In pro erga, ornatam reddit orationem. Cicero, Et tua ſumma in me beneuolentia, quæ mihi iam à pueritia cognita eſt. Itidē pro contrà: vt, Magnū in Romanos bellum geſſere Carthaginienſes. Deniq; ſignificat Pro, & accuſatiuo quoq; iungitur: vt, In amoris noſtri declarationem hæc munera ad te miſſa volui. Domitianus, filius Veſpaſiani, & frater Titi, cui immatura morte ſublato ſucceſſit in regno, ſed moribus longē ab eo diſſentiens: vt latē tractat Suetonius. Catilina Romanus ciuis flagitioſiſſimus, de quo latē Salluſtius ſcribit. Expoſi. Io. Clichtho. Domitianus Catilina

De Apprime. Præceptum CXIX.

Apprime, pro valde, rectē apponitur nominibus, quemadmodū de In primis ſuperius dictum eſt: vt, Vergilius apprime nobilis. Res apprime vtilis. & ita de alijs ſimilibus.

¶Apprime &c. Hîc autor venuſtam aduerbij Apprime cum poſitiuis cōnexionem exprimit. Et duas habet partes. In prima, præcipit. In ſecunda exemplificat. Secunda ibi, Vt Vergilius.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Apprime, qualitatis aduerbium, ſicut valde, tribus longis conſtat ſyllabis, quod ad ſuſtollendum eorum errorem dictum eſt, qui penultimam pronunciatione corripiunt. Significat autem valde, & poſitiuis iungitur. Terentius, Nāq; id arbitror apprime in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis. Virtus homini apprime neceſſaria. Vergilius autem vt hāc dictionem carmini aptaret dixit Apprima, nominaliter, vltima correpta, cūm in ſecūdò Georgicorum inquit, Flos apprima tenax. Vbi teſte Seruio, apprima pro apprime poſuit. Expoſi. Io. Clichtho. Terentius

[Vt Res aptē coniungitur adiectiuis poſſeſſiuis.]
Præceptum CXX.

RES,nomen latum,diffuſumq; eſt,ſed eo pulcherrime vtimur cum adiectiuis poſſeſsiuis nominibus & præſertim huiuſmodi:vt quum dicitur,res bellica,res domeſtica,res publica,res familiaris,res militaris.& de ſimilibus pariter.

¶ Res &c.Hîc autor hoc nomen Res cōcinnè poſſeſſiuis copulari adiectiuis innuit. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò eius exempla. Secundum ibi,Vt cùm dicitur.

Expoſitio Clichthoueana.

Expo.Iodo. Clichtho. ¶Res interdum negocium ſignificat: vt, Tuam rem æquè atq; meam curabo. Horarius, Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet. In hoc ſignificato eleganter nominibus adiectiuis adiungitur. Terentius, Adoleſcentulo abhorrenti ab re vxoria. Sic rectè dicimus, Hic in re ciuili iam diutius verſatus eſt. In re ſcholaſtica morum probitas, & animi modeſtia mirum in modum commendantur. Præter literam, interdum Res ſignificat diuitias. Terentius, Cuius frater aliquantulùm eſt ad rem auidior. Nonnunq̄ imperium. Vergilius,Poſtq̄ res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem. Hinc Rerum potiri dicitur, qui ſummam imperij conſecutus eſt. Deniq; vtilitatem ſignificat. Terentius, Si in re eſt vtriq; vt fiant. Vnde, Pro re tua factum eſt: id eſt pro tua vtilitate. Alias eiuſdē nominis acceptiones ex alijs abundè eſt inuenire.

(Margin: Terentius — Terentius — Vergilius — Terentius)

De Præſtolor. Præceptum CXXI.

VT aliqua veluti ſignanda inſtituam, Præſtolor verbum plerunq; poëte accuſatiuo iungunt.Cicero connectit datiuo: vt, Quem præſtolaris? Præſtolor Ioanni.

¶Vt aliqua &c.Autor hîc verbi Præſtolor conſtructionem quum poëticam,tum oratoriam exprimit, Ciceronis exemplum de oratoria ponendo. Et diſtributione non eget.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Præſtolari verbum deponens expectare ſignificat, & accuſatiuo iungitur apud poëtas. Terentius, Quem præſtolaris Parmeno? Apud oratores verò datiuo: vt, Præſtolor tabellario. Cuius ex Cicerone plurima facilè exempla occurrunt. Expoſi. Iod. Clichthoue.

Aſſentior, Aſſentio, Impertior, Impertio.

Præceptum CXXII.

MVlta ſunt verba, quibus per eandem ſignificatiam & paßiua vtimur voce, & actiua. Et (vt omittam penè innumerabilia) Cicero frequenter in his duobus: modò actiuam modò paßiuam vocem vſurpat, Aſſentior, & Aſſentio, vtrobiq; eadem conſtructionis forma: & Impertior, & Impertio. In cæteris autem id fit mutlò rarius.

¶Multa &c. Impræſentiarum autor multorum ſynonymitatem verborum in vtraq; voce exprimit, quorum quatuor in litera notat. Quæ diuiditur in duas partes. In prima, inſtituit. In ſecunda, exornat. Secunda ibi, Et vt.

Explanatio Clichthoueana.

¶Vox actiua eſt, quæ in o definit, quãcunq; ſignificationem habeat. Vox paſſiua, quæ definit in or, cuiuſcunq; ſignificationis fuerit: complectitur ergo vox actiua in ea (qua autor vtitur) acceptione, vocem actiuã, & neutralem, ſm Donatum. Et vox paſſiua hoc in loco, ſuo ambitu continet vocem paſſiuam, deponentalem, & communem, ſm Donati definitionẽ. Itaq; Aſſentire verbũ neutrum ſm vocem, vel Aſſentiri deponens, vtrobiq; tamẽ neutrum ſm ſignificationem, eſt aſſenſum præbere, & datiuo iungit. Vergi. in. ij. Æneí. Aſſenſere omnes, & quæ ſibi quiſq; timebat. Haud facilè tibi aſſentiar. Impertio verò in voce actiua, vel Impertior ĩ voce deponẽtali, vtrobiq; ſignificationis tranſitiuę, eſt dare, ſiue diſtribuere, & Expõ Clich. Vergilius

iungitur datiuo cum accuſatiuo, vel accuſatiuo cum
ablatiuo: vt, Pater impertiuit mihi multa bona. vel,
impertiuit me multis bonis. vel, impertitus eſt mihi mul
Terentius. ta bona. vel, impertitus eſt me multis bonis. Terẽtius in
Eunu. Summa ſalute ſuum Parmenonem impertit Gna-
to. Dicimus enim Impertior in ſignificatione paſſiua, cui
Impertio, is, reſpondet: vt, Bona mihi ſunt à patre imper
tita. Partior verbũ ſimplex idem ſignificat. ſ. in partes di
uidere: vt, Pater mihi partitus eſt ſua. vel, in me partitus
eſt ſua bona. Vergilius, Et ſocios partitur in omnes. Diſ-
ſpertio, tis: vel, Diſpertior, iris, alterum compoſitum, ſi-
gnificat diuerſis diſtribuere: vt, Summa bonitas homini-
bus ſua bona diſpertit. vel, diſpertitur. Sic alia pleraq; ver
ba eandem conſtructionem, & ſignificationem ſub di-
Vergilius uerſis habẽt vocibus: vt præuerto, præuertor. Vergilius,
Mantuanus. Volucremq; fuga præuertitur Hebrum. Reuerto, reuer-
Vergilius tor. Vocifero, vociferor. Mantuanus, Vociferant altum,
Ouidius. lateq; incendia iactant. Sic populo, populas: populor, po
Vergilius pularis. Vergilius, Venimus aut Libycos ferro populare
penates. Comito, comitas: comitor, aris. Ouidius, Ac no
ſtros comitate gradus, ſimul ardua montis. Medico, me-
dicas: medicor, aris. Vergilius, Semina vidi equidẽ mul-
tos medicare ferentes. & ſimilia.

Vſuuenit. *Præceptum* CXXII.

V*Suuenit ornatiſsime pro contingit ponitur.*
¶Vſu &c. Autor hî huiuſce ſignificantiam oratio-
tionis Vſuuenit, aſſignat. Et non ſcinditur.

Expoſitio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Vſuuenire eleganter cum datiuo ponitur pro euenire, contingere, accidere. Sæpenumero vſuuenire ſolet, vt in autorem ſcelera redeant ſua. Interdum vſuuenit quòd boni aduerſam, & mali proſperam habeant fortunam.

Vſurpatio, & Vſurpare.
Præceptum CXXIIII.

Vſurpatio

Vſurpatio, & Vſurpare, non ita intelligi debent, ſicut iuriſconſulti vtuntur, ſed vſurpationē oratores frequentem vſum nominant: & vſurpare, in frequenti vſu habere.

¶Vſurpatio. Autor harum ſignificātiam vocū, Vſurpo, & Vſurpatio, apud oratores vſitatam tāgit in litera; quæ non eget diſtributione.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Iuriſconſulti dicūt Vſurpare eſſe rem alienam, vt ſuā, detinere, ac in ſuum vſum applicare: hæc tamen ſignificatio apud oratores non eſt vſitata, apud quos Vſurpare ſignificat frequenter vti: vt, Cicero hoc loquendi genus ſæpius vſurpat. In voce paſſiua ſic, Quæ à probatis autoribus vſurpata ſunt vocabula, & nos quoq; Vſurpare debemus. Vnde Vſurpatio, frequens vſus: vt, Crebra eſt apud Ciceronem huius verbi vſurpatio. Expoſi. Io. Clichtho.

Deficit cum accuſatiuo.
Præceptum CXXV.

Hæc res me deficit. i. deeſt mihi hæc res. Et, *Deficit me dies. Vita q̄primum mortales deficit. Sed Deficio hac re, magis poëtarum eſt.*

¶Hæc res &c. Hîc autor verbi Deficio naturam præſenti deſcribit in litera, quæ non partitur.

Declaratio Clichthoueana.

¶Deficere, deeſſe ſignificat: & aliquando datiuum habet, quod rarius eſt: vt, Deficiunt mihi vires pro tanto onere ſubeundo. Interdum accuſatiuum; vt, Deficit me amnius. Antè me dies deficiet, quàm omnia dixero. & hoc ornatiſſimum eſt. Interdum habet ablatiuum: vt, Deficio viribus. In voce paſſiua Deficior, id eſt deſeror, relinquor, nonnunq̄ inuenitur. Ouidius, Deficior prudēs artis ab arte mea. Nam Deficio accuſatiuo iunctum relinquere, & deſerere potius, quàm deeſſe ſignificat, quare actiuam tantùm ſignificationem retinet. Inde partici- Expoſi. Iod. Clichthoue. Ouidius

pium Defectus,a,um,paſſiuæ quidem vocis,ſed actiuæ ſignificationis.Nempe ſignificat fractum,debilitatum, & quod propemodum deficit.Ouidius,Quæ vires defecto reddat amori.& ablatiuo iūgitur:vt,Sum defectus labore.At nomē verbale Defectus,us, ui, carētiam, & abſentiam ſignificat:vt,Defectu nautæ nauis facit naufragium.i.quia nauta non eſt prǫſens.

Omneis, pro omnes.

Præceptum CXXVI.

NVnc autem,ne ea,quæ perutilia ſunt,& ornatiſſima,omittamus,intelligēdum eſt,quòd quæ nomina tertiæ declinationis tā nominatiuū quàm genitiuum ſingularem habent ſimiles,præſertim ſi genitiuus pluralis in ium exiuerit,eorum frequenter accuſatiuus pluralis in eis terminari ſolet,raro in es:vt omneis pro omnes:mortaleis,pro mortales:inaneis, prò inanes. Similiter(vt ipſe quoq; teſtatur Priſcianus)in eis & in es terminata reperiūtur:vt ſorteis,& ſortes:parteis,& partes:ponteis,& pontes. In reliquis rarius id fit, quæ eſt poëtarum venia.

¶Nunc &c.De frequenti oratorum vſu accuſatiui pluralis in eis in genere tum maſculino,tum fœminino,tum communi præceptionem ponit.Et duo agit. Primò dicta dicendis continuando præcipit. Secundò exemplificat.Secundum ibi,Vt omneis.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Noīa tertię declinationis nō creſcentia in genitiuo ſingulari,& habētia ium in genitiuo plurali,habēt in accuſatiuo plurali eis diphthōgū,pro es.Quod in adiectiuis ſępius vſuuenire ſolet.De carentibus ſingulari numero idē

Vergilius ſubit iudiciū,ſicut de habētibus :vt treis,pro tres.Vergil. in.iij,Æneí.Treis adeò incertos cæca caligine ſoles.Idem in primo,Crudeleis aras,traiectaq; pectora ferro. Etiam nomina terminata in ns,& rs,q̄uis genitiuum ſingularē

habeāt excedentē noīatiuū in ſyllabis, inueniunt habere eis pro es in accuſatiuo plurali, modò habeāt ium in gtō plurali: vt, Præclaras arteis edoctus eſt: pro, artes. fonteis pro fontes, ſapiēteis pro ſapiētes. Hoc tñ poſterius poëtarum licētia poti⁹, quàm regula, & lege cōceſſum eſt. Nec extendūt hoc præceptū ad nominatiuū, & vocatiuū pluralem, q̄uis pleriq; crediderint cōmunem tribus pluralis numeri caſibus hanc legem eſſe. Obſtat enim doctiſſimorum id non vſurpantium autoritas.

De Propediem, & Poſtridie.

Præceptum CXXVII.

Vædam aduerbia ſunt, quæ epiſtolis maxime congruunt, ſicut Propediem, Quamprimùm, Cito, Cōfeſtim, & Poſtridie: quod multi ignari literarum, & grammaticæ artis expertes exponunt, poſt tres dies. Sed tu (ne eodem ducaris errore) crede Poſtridie ſignificare, poſtero die. Et eo pacto Marcus Cicero accepit, & alij eruditiſſimi viri.

¶Quædā &c. Autor hîc aliqua aduerbia ab oratoribus in epiſtolis ſæpius vſurpata enumerat. Et duo facit. Primò quod dictum eſt, grāmaticos carpēdo de falſa aduerbij Poſtridie expoſitione. Secundò eius ſignificantiam, tum veram, tum ab eloquentibus vſurpatam viris cōcludit. Secundum ibi Sed tu.

Explanatio Clichthouæna.

¶Propediē ſignificat tempus ſtatim futurū, quod vulgariter dicunt quidā, in breui: vt, Nūcius propediē vēturus eſt. Q̄primùm ſignificat cōtinuò. Cicero ad Marcellum, Cura igit̄, vt q̄primùm venias, venies em̄ mihi crede exſpectatus. At Quum primùm (duę enim ſunt dictiones, ſicut Qñ primum) &, poſtq̄, poſteaquàm, ſimulac, ſimulatq;, ſimul vt, duo verba poſtulāt: q̄primùm vnum tm̄: vt, Quum primùm ocium nactus fuero literas ad te dabo. Pleriq; tamē errore ducti, & nihil intereſſe credentes, hoc pro illo vtuntur, & dicunt, Quamprimùm ociū na- Expō Clich.

ctus fuero. vbi rectius, cùm primùm dicerent. Citò, celeriter, confeſtim, protinus, ilico, continuò, eueſtigiò, idem ſignificant. Poſtridie, ſignificat poſteriori die: ſicut Pridie, priori die: & ordinantur primò cū genitiuo: vt, Pridie illius diei, quo ad te veni, morbo captus ſum. Poſtridie calendarū Martij receſſi. Cum accuſatiuo: vt, Pridie calendas Ianuarij ad te veniam, & poſtridie nonas Ianuarij recedam. Interdū habent poſt ſe aduerbiū Quàm: vt, Pridie quàm receſſi te allocutus ſum. Poſtridie quàm vrbem intraui, te ſalutaui. Aliquando ſine caſu, & aduer-
Terentius. bio: vt, Has ad te literas calendis Ianuarij dedi, tuas autem pridie accepi. Terentius in Andria, Venit Chremes poſtridie ad me.

Primùm, Deinde, Prætereà, Adhoc, Poſtremùm.

Præceptum CXXVIII.

AT ſiquis multa referre velit, pro prima re ponat Primùm, vel Primò, vtrunq; enim in vſu eſt: pro ſecunda, Deinde, vel Secundo loco: pro tertia, Prætereà, vel Tertio loco: pro quarta (quod perrarò accidit) Adhoc, vel Prætereà, vel quarto loco. In calce, Poſtremò, vel Poſtremùm, vel Demū. Sit igitur huiuſcemodi exemplum: Tria ſunt, quæ magnam mihi afferunt voluptatem: primum enim, quòd optimum amicum nactus ſum: deinde autem, quòd ſingularem [illegible]am erga me ſæpe teſtificaris beneuolentiam: poſtremum verò, quòd te incolumen intellexi.

¶At ſiquis &c. Hac in litera autor plures dictiones eleganter continuationem exprimentes in longa oratione ponit. Et duas continet partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. Secunda ibi, Sit igitur.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Quando in aliqua oratione multa occurrunt quodā ordine referenda, vt multæ cauſæ ad vnam rem afferendæ, aut aliquid in partes digerendum, debet primæ par-

ti præponi hoc aduerbium ordinis, Primùm, vel Primò. Siquidem aduerbia ordinis, à nominibus ordinis numerum ſignificantibus formata, in um, vel in o, terminantur: vt ſecundùm, vel ſecundò: tertiùm, vel tertiò: quartùm, vel quartò. Ante ſecundam partem, Secundùm, vel Secundo loco. Ante tertiam partem, Prẹtereà, vel Tertiò loco. Ante quartam, ſi vltima nõ fuerit, Adhoc, ſiue Adhæc (quod aduerbium eſt ordinis, ſignificãs inſuper, vel præterea) vel quarto loco. Ante vltimam partem, poſtremùm, vel poſtremò, demum, deniꝙ, nouiſſime: vt, Multa ſunt, quæ animum meum ad te amandum vehementer impellunt. Primum enim, quòd virtutem ſtudioſè colas: deinde quòd acri polleas ingenio: præterea quòd literarum es ſtudioſiſſim⁹: adhoc quòd ſingulari me amore proſequeris: poſtremùm quòd tuum in me amorem multis beneficijs clariſſime teſtificaris, oſtẽdiſꝙ. Ibi quinꝙ ad eandem rem adductæ cauſæ hoc pacto per ordinem ſunt conſtituendæ.

De ordine harum coniunctionum, Enim, Autem, Verò.

Præcepum CXXIX.

Quo iure id quoq; aduertendum eſt, quòd tres inuenimus coniunctiones recto, atq; vſitato ordine, quæ ſunt Enim, Autem, *&* Verò. *Sed tuipſe hæc omnia, ac multò plura facilè cognoueris, ſi Ciceronis ſcripta, & in primis epiſtolas lectitabis.*

¶Quo iure &c. Hîc autor expreſſarum in litera coniunctionum venuſtum in oratione ordinem docet habere. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secundò nos hortatur Ciceronianam ad doctrinam, excitationem huius præceptiõis habere ſi cupimus. Secundũ ibi, Sed tuipſe.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Enim coniunctio rationalis eſt, non in principio, ſed medio collocanda: vt, Meritò te amo, ſæpius enim de me bene meritus es. Iſtæ verò coniunctiones rationales, Expoſ. Iod. Clichthoue.

nã,quia,qm̃,qñ,quãdoquidem, quippe, nempe, ſemper præponunt̃:nãq;,& ſiquidem interdũ pręponunt̃,interdum verò interponuntur: vt, Nõ mireris obſecro,quòd tantopere ex te literas petã,ea nãq; eſt amicorũ cõſuetudo. Hæ duæ cõiunctiones Verò & Autem,ſignificantes idem quod Sed,nunq̃ præponunt̃,ſed ſemper interponuntur,differenter tamen,quia Autem negationi poſtponitur,Verò præponit̃:vt,Ioannes ſtudioſus eſt, non aũt ingenioſus. Vel,Studioſus eſt,ingenioſus verò nõ. Præterea dicimus Enimuerò, Tumuerò,Atuerò, Saneuerò, Itauerò,Iamuerò,non tamen dicim⁹ Enimautem,Tumautem,Atautem,Saneautem, & ſic de alijs. Verùm coniunctio aduerſatiua in principio orationis ponit̃:vt, Te huc venturũ arbitrabar, verùm mea opinione deceptus, rem aliter eueniſſe cognoui.

Memoriæ proditum eſt.

Præceptum CXXX.

MEmoriæ proditum eſt, ſignificat ſcriptum eſt. Multa enim talia ornatiſſime vſurpãtur varijs cum ſignificantijs:vt, Memoriæ tradere, Mandare ſcriptis, Mandare literarũ monumentis: quorum ferme omnium eadem vis eſt:ſed Mandare memoriæ, aliud ſibi vendicare videtur.

¶Memoriæ &c. Autor hîc multas orationes ſynonymas ſcripturam alicuius rei ſignificãtes exprimit. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò ſignificantiam illius orationis Mandare memoriæ ſubiũgit. Secundum ibi, Sed mandare.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho. ¶Memoriæ prodere,vel tradere, eſt ſcriptũ relinquere. Vnde res memoriæ prodita,vel tradita dicit̃,quæ in ſcriptis redacta eſt:vt,Memoriæ proditũ eſt Romanos quũ bello,tum virtute cæteris præſtitiſſe. Memoriæ traditum accepimus Romanos à Troianis ortũ duxiſſe. Mandare literis,vel literarũ monumentis,idem ſignificat:vt, Egre-

gia illuſtriū virorū facta literis mādata ſunt. Vel, Præclara nobilium virorū facinora literarū monumentis tradita, mandataq́ ſunt. Memoriæ mandare, eſt animo reponere, ſiue memori mente cōdere. Et quod pleriq; inepte dicūt, retinere: vt. Quæcūq; didiceris, memoriæ manda. id eſt, animo fige, vt menti tenacius hæreant. Nihil te ſcire exiſtima, niſi quod memoriæ mandatum fuerit. & ſic de conſimilibus.

Fallit me hæc res. *Præceptum* CXXVI.

FAllo, verbum tritum eſt apud Ciceronem, Fallit me hæc res, dicimus: fallit te ſpes: quod eſt, fruſtratur, & decipit.

¶Fallo &c. Hîc autor naturam verbi Fallo, ſignificantiamq́ à Cicerone vſurpatā tangit. Et litera non diuidit.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Fallo, pro decipere, & fruſtrari, nominatiuum exigit ſignificantem illud, quod aliquem fraudat, & accuſatiuū ſignificantem perſonam, quæ fraudatur: vt, Hæc me fefellit opinio. Vergilius, Nec me mea cura fefellit. In voce paſſiua petit ablatiuum ſine præpoſitione: vt, Falſus ſum mea ſpe. Sabinus, Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. Ille ſua opinione falſus eſt. id eſt, fraudatus,

Expoſi. Io. Clichtho.

Vergilius.

Sabinus

Miſſum facere. *Præceptum* CXXXII.

MIſſum facere, id eſt, dimittere, venuſtum, & ornatum eſt. Nam miſſam hanc rem facio, ſignificat dimitto illam rem.

¶Miſſum facere &c. Impræſentiarum autor orationis conſtitutæ ex Facio verbo, & Miſſus, ſa, ſum, participio, tum ſignificantiā, tum venuſtatem, tum frequē tem apud oratores vſum exprimit. Et litera non ſcinditur.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Facio, verbum ornate ponitur cū hoc accuſatiuo participiali Miſſum: in quolibet genere, & vtrolibet numero, pro varietate ſubſtantiui additi: vt, Te miſſum

Expoſi. Io. Clichtho.

facio.id eſt dimitto.Teren,Nos miſſos face pro,fac.Antiquum enim eſt imperatiuum, & obſoletū huius verbi Facio,quo tamen Ouidius vſus eſt in ſecunda epiſtola, Phylli face expectes Demophoonta tuum.Item in epiſtola Laodomiæ ad Protheſilaum, Et dicet,referas arma,face iſta Ioui.Nam ratio carminis non admittit Fac monoſyllabum,& longum,ſed hęc miſſa faciamus,alia non minus vtilia dicturi.

De Ne quidem. Præceptum CXXXIII

ADhoc & in eadem oratione duæ hæ particulæ Ne,& Quidem, pulcherrimæ ſunt,ſiquis fuerit illis rectè vſus. Nam quum ponuntur,ſemper aut aliquid dictum eſt,aut mente concipitur:vt,Ne audiui quidem.Significat enim,exempli cauſa, nō ſolum nō vidi,ſed neq; etiam audiui. Item aliud exemplum: Philoſophiæ ſtudia Democritus non ſolum non intermittit, ſed ne remittit quidem. Remittere nanq; philoſophiam, eſt remiſsius philoſophari.Intermittere,ad tempus prætermittere.

¶Ad hoc &c.De pulcherrimo particularū Ne,& Quidem ſitu in oratione hîc autor inſtituit.Et duo agit.Primò præcipit. Secundò exempla aſſignat. Secundum ibi,Vt ne audiui.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi.Iod. Clichthoue. ¶Ne pro Non,eleganter habet poſt ſe hanc dictionem Quid ē,aliquo tamen interpoſito:vt,Tot,ac tantis virtutibus ornatus eſt Cicero,vt ne vna quidem ei deeſſe videatur. Adeò firma erit tui apud me beneficij memoria, vt ne vlla quidem obliuione aboleri poſſit vnq̄. Vbi autem in prima orationis parte hæ particulæ ponuntur, aliquid interdum ſubauditur,& ſubticetur intelligendum: vt,Ne vllas quidem gratias egit. id eſt, non modò gratias non habuit, ſed neq; vllas egit. Frequentius tamen in ſecūda parte ſententiæ locatur ad rem minorem, præ

cedente Non modò cum negatione ad rem maiorem: vt, Hic non modò mihi non eſt gratus, ſed ne iucundus quidem. Et ſummatim, vbi in oratione Latina ponitur negatio, eius loco ferè ſemper poni poteſt, Ne quidem. Quintilianus in primo, Gaudemus ſiquid licentius dixerint, verba ne Alexandrinis quidem permittenda delitijs, riſu, & oſculo excipimus. Democritus philoſophus ex Abdera vrbe Thraciæ oriundus, & hinc Abderites vocatus eſt, de quo vide Diogenem Laërtium. Quintilian⁹. Democritus

Intermittere, relaxare, interrumpere: vt quum quis cœpto deſiſtit, rurſum operaturus, ille intermitit opus. Sic intermittere ſtudium, eſt illud interrumpere. Remittere verò ſtudium, eſt ipſum diminuere, & minus diligẽter, quàm antè, illud exercere: vt, Remiſſior eſt Ioanni literarum cura, quàm antè fuerat.

De ordine plurium ſine coniunctione.
Præceptum CXXXIIII.

SEd ea quoq; adhibenda diligentia eſt: quòd ſiquãdo plura ponimus, præſertim ſine copulatione, qui articulus eſt, & ſi idem videntur ſignificare, quòd vehemẽtius ſonat, collocetur in calce: vt, Tua virtus laudanda, probanda eſt. Nam Probanda, eſt magis: quòd fit animi iudicio. Magiſtratus diligere, amare, colere debemus. Probatiſſimos viros omnes homines verentur, obſeruant, admirantur. Quæ turpia, obſcœna, tetra, fœda ſunt, ea fugere, & aſpernari debemus. Virtutis, officij ſumma laus eſt. Nam officium habet acceſſionem actionis. Sed in his quoq; ordo quidem ſpectandus eſt, quòd ſi trium, quorum duo partem aliquam ſignificent, tertium ſit communius, id profectò plerunq; debet in fine collocari, niſi ſe habuerint quodam generis modo, tunc enim econtrario fit: quod nunc liquidò, ac perſpicuò patefaciam exemplis, ac prioris quidem exemplũ

eſt:Omnis in addiſcenda virtute,cura, opera, diligentia ponenda eſt.Eſt enim Cura conſilium animi,Opera corporis, Diligentia vtrūq; complectitur.Item,In republica plurimum induſtriæ,laboris, temporis ponendū eſt. Amicos conſilio,viribus,opera,adiuuare debemus.Alterius nota exempla ſunt:Non ſunt per ſe res commodæ expetendæ, diuitiæ, honores, voluptates. Commodum enim generis locum detinet, cuius ſpecies ſunt multæ, puta quas modò enumerauimus. Atq; item animalia quæq;,homines,leones,equi,boues,bonum videntur appetere.Sed vtcunq; res ſe habeat,ſi multa ſunt:quod pluris eſt,debet poni in fine.Iam ad alia procedamus.

¶Sed ea &c.Autor hac in litera plures ſine coniunctione dictiones ornata in oratione ſituare demonſtrat. Et quatuor diſtinguitur in partes.In prima, præceptionem ponit de plurium ſitu dictionum,ſe habentium vt magis & minus,quarum neutra partem alicuius totius importat.In ſecunda,aliam dat inſtitutionem de trium ſitu dictionum,quarum duæ partem important,tertia verò totum,grammaticorum, logicorumq; ſententiam inferendo,qui prius locant genus,poſterius verò eius ſpecies, vt appoſitionem,reſtrictionemq; obſeruent.In tertia, ſuam ponit reſolutionem, & grammaticos, & logicos carpendo. In quarta, ſe excuſat ab ampliori proceſſu. Secunda ibi, Sed in his. Tertia ibi, Sed vtcunq;. Quarta ibi, Iam ad alia. Item duæ primæ partes diuidi poſſent in regulam, & exempla, quas relinquo diuiſiones tanquam faciles.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho. ¶Hæc regula in tres partes diuiditur. Prima eſt, Quando multæ ponuntur dictiones ſine copula intermedia, idem ſignificantes, vna tamen maius, & altera minus

quicꝙ importet, tunc quæ minus ſignificat primò poni, & quæ vehementius in fine locari debet, vt fiat gradatim à minori ad maius progreſſio. Terentius. Adeóne me ignauum, adeò ingratum, aut inhumanum putes, vt neꝗ me cõſuetudo, neꝗ amor, neꝗ pudor commoueat? Idem in Eunu. Pergis ſceleſta mecum perplexè loqui? quid ais ſacrilega? quid ais venefica? Omnes tibi opes, operam, ſtudium, animum, deniꝗ meipſum tibi deuoueo. Laudare, eſt voce, & ore, aliquem cõmendare: Probare, eſt alicuius virtutem animo approbare: Hoc ergo maius eſt, illud minus, quemadmodum vocis iudicium, animi iudicio eſt inefficacius. Similiter Diligere eſt mediocriter, Amare vehementer, Colere cum veneratione: poſtremum ergo maximum eſt. Vereri eſt cum reuerentia timere: Obſeruare, eſt venerari, & honore quem amamus proſequi: Admirari, eſt ob virtutis magnitudinem admiratione capi: quare poſtremum vehementiſſimum eſt. Turpia, inhoneſta, quæ virum ſtudioſum minime decent: Obſcœna, laſciua, ſcurrilia, & præter honeſtatẽ ſordidè, ac petulanter dicta, aut facta: Tetra, horrenda, nefanda, infanda: Fœda, quæ adeò execranda ſunt, vt narrata audientium aures offendant: quare hoc vltimum maximum eſt. Virtus, eſt animæ habitus ipſam perficiens, atꝗ opus eius bonum reddens. Officium, eſt ex virtute procedens operatio: & hoc quidem maius eſt, quandoquidem laus omnis ab ipſa actione ſurgit. Non enim ob habitus tantùm cõmendamur, ſed ob bonas, quæ naſcuntur ex illis, operationes. Adde officiũ finem eſſe virtutis, quia ob officium exercendum ordinatur. Finis autem præſtantior eſt his, quæ ſunt ad finem: vt in morali philoſophia latius diſcutiendum eſt. Secunda pars eſt, Si tria ſunt in oratione, quorũ duo cuiuſpiã rei partem tantùm denotant, & tertium complectatur totum, tunc illud generalius in fine collocandum eſt: vt, Amicus amico conſilium, vires, operam præſtare debet. Nempe Conſilium animi eſt, Vires corporis, Opera vtrunꝗ complectitur. Tertia pars eſt, Si multa

Terentius

Virtus
Officium

in oratione eadem ponũtur, quorum vnum ſe habet vt magis commune ad cætera, quæ ſua ſignificatione complectatur, quod communius eſt præcedere debet, & ſpecialia ſequi: vt, Omnis virtus, fortitudo, temperantia, liberalitas, laudem meretur. Animalia rationis expertia, equi, boues, aſini, longè ſunt homine inferiora.

De Quiſquis, Vtut, Vbiubi.
Præceptum CXXXV.

Vltoties geminatio in quibuſdam tam verbis infinitis, quàm aduerbijs, tanti valet, quanti nomen ſemel, & cunq; : vt quiſquis, pro quicunq; : quotquot, pro quotcunq; : quantuſquantus, pro quantuſcunq; : qualiſqualis, pro qualiſcunq; : vtut, pro vtcunq; : vbiubi, pro vbicunq;. Et id aduerte diligenter.

¶Multoties &c. Autor hîc infinitorum geminatorum expoſitionem tum nominum, tum aduerbiorum tradit. Et tria agit. Primò præcipit. Secũdò exornat. Tertiò nos hortatur ad hanc præceptionem memoriæ mandandã. Secundum ibi, Vt quiſquis. Tertium ibi, Et id.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthouei. ¶Quando iſtæ dictiones, Quis, Qualis, Quãtus, Quot, Vt, Vbi, & ſimiles geminantur, ſignificant idem quod ſimplex dictio, compoſita cum Cunq; : vt, Quantũquantum: id eſt, Quantũcunq; : Quoquo, pro Quocũq; : Quotieſquoties, pro Quotieſcunq;. Terentius, Iam vbiubi erit, inuentum tuum Pamphilum, & adductum curabo. Terentius Et petunt hæ dictiones geminas orationes, quoniam vno verbo ſententiã non cõplent: vt, Hoc quidem negocium expediã, vtcunq; ferent vires. Prætereà cõponuntur prædictæ dictiones cum, Vis: vt, Quiuis, Quantumuis, Quouis, Vbiuis: & ſignificant idem quod ipſęmet compoſitæ cũ, Libet: vt, Quilibet, Quantumlibet, Quolibet, Vbilibet, ſcilicet indifferentiam perſonæ, quantita-

tis,vel loci,vel cuiuſpiam alterius rei:& vnum tm̄ requi-
runt verbū:vt,Vbiuis loci maneamus.i.in quocunq; lo-
co placet:vel,petis.Illud etiā non eſt omittendum,quòd
q̄uis Quicunq;,& Quiſquis idem ſignificent,nō,tm̄ eo-
dem modo flectunt̄,nec eoſdem retinent caſus:nā Qui-
cunq; per oēs caſus vtriuſq; numeri in triplici genere de-
clinatur,nec vllus caſuū ad integrā declinationem faciē-
tium ei deeſt:ſed Quiſquis,geminata dictio, ſolùm illos
habet caſus ſingulares,& plurales, qui nominatiuū ſin-
gularem ſyllabis nō excedunt:cæteris aūt ntō in ſyllabis
ſupercreſcentibus,caret.Quare in ſingulari numero ntm̄
habet in omni genere,accuſatiuū,& ablm̄:vt,Quiſquis,
quemquem, quoquo. Quæquæ, quamquam, quaqua.
Quicquid,quicquid,quoquo.Et caret genitiuo, & dati-
uo ſingularibus,ntm̄ in ſyllabarum numero ſuperanti-
bus:non em̄ dicimus,cuiuſcuius,cuicui.In plurali nume
ro nominatiuum,& accuſatiuum pluralem tm̄ habet:vt,
Quiqui,quoſquos.Quæquę,quaſquas.Quæquæ,quæ-
quæ, vtroq; nominaliter ſcripto:nā Quæq;, vbi ſecunda
pars coniunctio eſt correpta, venit à Quiſq;, & ſignifi-
cat omnis,de quo nunc ſermonem nō agitamus.Carent
etiam ſuprà proxime dicta gtō,datiuo, & ablatiuo plu-
ralibus,quòd hi caſus plures ntō ſyllabas habeant.Dici-
mus em̄ nunq̄ Quorumquorum, quibuſquibus. Licet
em̄ ars omnes admittat caſus, vſus tamen(quem penes
arbitriū eſt,& ius,& norma loquendi)hmōi excreſcen-
tes caſus nō recipit.Et qm̄ de cōpoſitis huius dictionis
Quis,incidit ſermo,nō videbit̄ huic loco incongruū, id
vnū de illis adijcere,quòd hoc nomen infinitū,ſiue pro-
nomen(nihil em̄ impræſentiarū refert)in ntō ſingulari
fœminini generis,& ntō,& accuſatiuo plurali neutri ge-
neris,habet Quæ,vel Qua,quod nō eſt intelligendū de
ipſo ſimplici,quòd indifferenter alterā illarum termina
tionum in prædictis caſibus habeat.Dicimus em̄ in ſim-
plici in prædictis caſibus ſemper Quæ,nec vnq̄ rectè lo-
quentes diceremus Qua,ſed hoc rōne compoſitorū eius
poſitū eſſe cognoſcāt oēs;nā aliqua ei⁹ cōpoſita,habēt,æ,

in prædictis caſib⁹,& nō,a.Cōtrà alia habēt,a,& nō,æ. Ad quod clarius dignoſcendū ponūtur duæ regulæ.Prima.Omnia cōpoſita noīs Qui,& Quis,habentia hoc ipſum pronomen in principio cōpoſitionis,habent in nominatiuo ſingulari fœminini generis, & in noīatiuo,& actō plurali neutri generis,æ,& non,a: vt, Quidā, Quiuis,Quicūq;,Quilibet,habent Quædā,Queuis,Quæcūq;,Quælibet:& non,Quadā,Quauis,Quacunq;,Qualibet. Item Quiſnam, Quiſquis, Quiſpiam, Quiſputas, Quiſq;,Quiſq̄,habent Quænā,Quæpiam, Quæputas, Quæq;,Quæq̄,& nō.a. Secūda regula eſt,quòd compoſita huius noīs Quis,habentia hoc ipſum nomen in fine,& nō in principio,habent in ntō ſingulari fœminini generis,& in ntō,& accuſatiuo plurali neutri generis,a, & non,æ;vt Aliquis,Aliqua,& non Aliquæ:Siquis,Siqua,& non ſiquæ. Vergilius, Siqua tui Corydonis habet te cura, venito. Nequis,Nequa:nō autem Nequæ.

Vergilius Vergilius in.viii.Ænei.Atq; hos nequa forent pedibus veſtigia rectis.Simplicis autè nominis infiniti Quis, vel Qui,in numero ſingulari maſculini generis duplex nominatiuus diuerſa(vt ſatis omnibus cōſtat)ſortitur officia: nam Quis interrogat, & non refert: Qui verò refert, nō autem interrogat:in cæteris caſibus eadem voce huiuſce ꝓnominis interrogamus,& referimus,excepta hac neutra voce Quid, qua interrogamus ſolùm:referimus verò nunq̄.Proinde ab altero neutri generis nō multùm differt.Nam Quod refert,& interrogat,& adiectiui fungitur officio ; nam ſubſtantiuum eiuſdem cum generis,numeri,& caſus ſibi aſciſcit:vt quod mun⁹, quod donum:nec alterum ſecū adiectiuū admittit,niſi illud invim ſubſtantiui tranſierit:vt quod bonum,quod malū.Quid verò interrogat ſolùm,aut indeterminatam reddit locutionem,quum ſignificat aliquid, & ſubſtantiui naturam habet.Adiectiuum enim & genere,& numero, & caſu, ſibi conforme recipit:vt,Quid vtile.quid dignum tantis meritis rependā?Subſtantiuum verò in eodē caſu ſecum nūq̄ habet,ſed bene in genitiuo caſu poſitum;vt, Quid

animi habes? Quid cauſę eſt quòd ad me non veneris? queadmodũ tertio & vigeſimo præcepto lati⁹ declaratũ eſt. Eandē ſeruãt differentiã in neutro genere cõpoſita huius pronnminis Quis, & Qui: nã quæ o ante d habēt, ad ieƈtiuorũ ſeruant naturã: vt quoddã, aliquod, quodlibet, quodcunq;: ſed quæ i ante d retinēt, ſubſtantiua ſunt: vt quiddã, aliqd, quicqd, quicq̃, quidpiã. De quorũ quidē compoſitorũ, & ſimplicis natura latius traƈtãda alius requiritur locus. Nec debet quiſq̃ iſtorum acceptiones, & quæ grammaticæ locutioni conducunt proprietates, vt exiguũ aliquid relinquere, aut cõtemnere: nempe & his reƈtē intelleƈtis certa patet ad eloquentiam via: quibus ſanē negleƈtis, aut perperam intelleƈtis, ne Latinũ quidē ſermonem quiſq̃ proferre poſſet.

Accedit. *Præceptum* CXXXVI.

ET id aduerte diligēter, Accedit pro additur, quãm vſitatiſſimum eſt, tam pulcherrimum videri debet. Vnde & Acceſſio additionem ſignat: vt, Ad meas miſerias mihi accedit dolor. i. additur.

¶Et id &c. Autor hîc harum ſignificantiam diƈtionum Accedo, & Acceſſio, atq; eius verbi cõſtruƈtionē innuit. Et duo facit. Primò præcipit, Secundò exornat. Secũdũ ibi, Vt ad meas.

Explanatio Clichthoueana.

¶Accedere, pro adire, aƈtũ vel loci, vel pſonæ, ſine præpoſitione reqrit: vt, Acceſſi patrē. Interdũ adiũgit̃ præpoſitio Ad. Teren. in Eunucho, Accede ad ignē hunc, iam caleſces plus ſatis. Inde Acceſſus, us, ui, nomen. i. adit⁹. Ouidius, Quo ferar? acceſſum terra paterna negat. Accedere verò ꝓ addi, & adiũgi, datiuũ exigit, vel aƈtũ cum præpoſitione Ad: vt, Malo malũ accedere ſolet. Ad meã paupertatē mihi acceſſit & morbus. Inde Acceſſio, adieƈtio, crementum: vt, Siqua tibi fortunæ acceſſio fuerit, ne mei ſis immemor oro. Tantus eſt meus in te amor, vt ne vllam quidē acceſſionē illi poſſe fieri crediderim. Expõ Clich.

De confido. Præceptum CXXXVII.

COnfido, non ſicut quidam arbitrãtur (neſcio quo pacto) conſtruitur, ſed iungitur datiuo, aliâs abla tiuo caſui: & in his potiſſimùm verſatur, quæ ad animum ſpectant: vt, Confido tua virtute, humanitate, tuo conſilio. & idem de alijs huiuſmodi.

¶Confido. Hîc autor verbi Confido vſurpatam apud oratores conſtructionem exprimit. Et duo taugit. Primò inſtitutionem. Secundò eius exempla. Secundum ibi, Vt confido.

Elucidatio Clichthoueana.

Expō. Clich. ¶Aduertendum quòd Confidere, eſt fiduciam habere: nec accuſatiuum cum præpoſitione Super, aut ablatiuū cum præpoſitione In poſt ſe petit, vt pleriq; arbitrantur, ſed vel datiuum: vt, Tuæ humanitati confiſus ad te con fugere decreui. Vel ablatiuum ſine præpoſitione: vt, Tua (qua in omnes vteris) benignitate confiſus, opem tuam implorare ſtatui. Simplex autem Fido, modò datiuum habet. Mantuanus,
Fidite virtuti, fortuna fugacior vndis
Non manet, & certam neſcit habere domum.
Modò ablatiuum: vt, Tua fiſus beneuolentia intrepidus ad te acceſſi. A Fido, Fiducia, in bonam partem. A Confido, Confidentia, in malā partem accipitu. pro ma Terentius. lefaciendi impudentia, & audacia. Terentius, O ingentem confidentiam.

Credo, pro committo.

Præceptum CXXXVIII.

CRedo quoq; pro committo ornatiſſimum eſt: vt, Credo tibi conſilia mea. Credo tibi grandem pecuniam. & ſic de alijs.

¶Credo &c. Autor hîc ſignificantiam verbi Credo ab oratoribus vſitatam ponit. Et duo facit. Primò præce ptionē dat, Secundò exēplificat, Secundū ibi, Vt credo.

Declaratio

Declaratio Clichthoueana.

¶Credo, pro cõmitto tranſitiuũ eſt, & datiuũ cũ accuſatiuo poſtulat: vt, Credo tibi negocia mea. Verg. Auſus ſe credere cœlo. Interdũ, fidẽ habere, etiã trãſitiuũ: vt Quintilianus in. vj. Credẽdũ doctiſſimis hominibus, qui vnicum aduerſorũ ſolatiũ literas putauerunt. Vnde res non eſt credita, quæ nõ accipit fidem apud audientes. Vergi. Ora dei iuſſu nonvnq̃ credita Teucris. Inde nomen Credulus, qui credit. Vergi. Sed non ego credulus illis. Inuenitur hoc nomen cum accuſatiuo mediante præpoſitione In. Ouidius, Cõſcia mens recti famæ mendacia ridet, Sed nos in vitiũ credula turba ſumꝰ. Et Credibile, quod credi poteſt. Incredibile, quod hominum fidem excedit. Deniq; Credere eſt fidere, & datiuum ſolum petit. Vergili. O formoſe puer, nimiũm ne crede colori. Idem, Nõ bene ripæ Creditur. Expo. Iodo. Clichthoue. Vergilius Ouidius.

Grandis, Maior, vel Minor natu.

Præceptum CXXXIX.

GRande adiectiuum nomẽ proli, vel ætati cõuenit, vel pecuniæ. Pecuniæ exempla ſuprà poſuimus. Sed hic grandior Neſtore videtur. id eſt, videtur quòd Neſtorem vincat ætate, & antecedat. Hic eſt grãdis natu, grandiſſimus natu, ſignificat longæuum hominem, atq; admodum ſenem. Et quia de Natu facta mẽtio eſt, Maior natu ornatiſſime ſignificat ſeniorẽ: ſicut Minor natu, iuniorem.

¶Grande &c. Hoc in loco autor, quibus ſubſtantiuis adiectiuum Grande congruat; explicat. Et tres ſcinditur in partes. In prima, ſæpe dictum agit. In ſecunda, exempla ponit. In tertia, harum orationum Maior natu, & Minor natu, ſignificantiam aſſignat. Secunda ibi, Sed hic. Tertia ibi, Et quia.

Explanatio Clichthoueana.

¶Grãde adiectiuum ſignificat magnum, & attribuitur Expõ Clich.

interdum moli, vt grādia ſaxa, & ædificia, rectè dicimus. Attribuitur & pecuniæ: vt, Hic grandi pecunia multatus eſt. Prætereà proli: vt, Hic filiorum eſt grandior. Deniq; ætati, & cæteris quidem frequentius: vt, Hic eſt grandis ætate, æuo, natu. id eſt, perfecta ætate. Grandior æuo, quàm Ioannes. i. maiorē habet ætatem. Grandiſſimus natu, id eſt annis, & æuo maturus, ſiue grandæuus. Natu verò ablatiuus eſt ſingularis ætatem ſignificans, & rectè adiectiuis cuiuſlibet gradus exceſſum, aut diminumentū ſignificantibus additur: vt, Ioannes eſt maior natu, quàm ego: id eſt, ſenior. Maximus natu: id eſt, antiquiſſimus. Sum minor natu, quam Ioannes: id eſt, iunior. Ego ſum minimus natu fratrum: id eſt, minimā inter fratres ætatem natus. Neſtor Neſtor filius Nelei rex Pyli trecētos annos vixiſſe memoratur: vt ipſe apud Ouidium de ſeipſo refert, Annos vixi bis centum, iam tertia viuitur ætas.

De Parentheſi.

Præceptum CXL.

INſuper haud illepida ſit interpoſitio nonnunquā in oratione, atq; interiecta parentheſis: vt, Dediſti ad me (quæ mea ſumma eſt voluptas) ſuauiſſimas literas. Omnes amicos (niſi fallor) plurimùm admiror. Scire velim (ea nanq; eſt amicorum conſuetudo) quid nuper in cauſa Marci Antonij egeris. Et ita demum re poſtulante noſtram orationem huiuſmodi interpoſitionibus aſpergamus.

¶Inſuper &c. Autor hîc ad venuſtam parentheſis interpoſitionem in oratione nos hortatur. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt dediſti.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Parentheſis, Latinè interpoſitio dicitur: & eſt integræ ſententiæ inter alterius diuiſæ partes interceptio: duo-

busq́ ſemicirculis à ſententia cui interponitur, diſtingui ſolet. Ea ornatiſſimam reddit orationem, ſi modò accommodatè, & decenter fiat, neq; nimiùm frequens, ſed materia orationis expetéte: vt, Me vltima (vt ita dixerim) ſuſpiria trahentem, ad vitam reuocaſti. Tuæ literæ ſummam (mihi crede) voluptatem animo meo attulerunt. Virtus (vt mea fert ſententia) cæteris dignior habenda eſt. Si tibi vita (quod dij iubeant) eſt ſuperſtes, mirum in modum gaudeo: ſin languida (quod ſuperi auertant) valetudo, tuam ſortem doleo.

De Increbruit. *Præceptum* CXLI.

HÆc res apud me increbruit, ferè ſignificat, ad aures peruenit. & rei notitiam ſignificat.

¶Hæc res &c. Hîc autor ſignificationem expreſſæ in litera orationis ponit, quæ diuiſione non eget.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Crebreſcere, frequentius eſſe, & augeri ſignificat. Vergilius, Crebreſcunt optatæ auræ. Inde Crebreſcere, frequenti oratione diuulgari, & ad cuiuſpiam notitiam peruenire. & accuſatiuum petit ſignificantem perſonam, vel locum cū præpoſitione Apud: vt, Huius rei fama apud nos increbruit. Expō. Clich.

Vt nos neſcire quid dicamus. *Præceptum* CXLII.

NEſcio hanc rem, ignoro, præterit me, fugit me, latet me, huius rei neſcius ſum, ignarus ſum, hæc res ſcientiam meam fugit.

¶Neſcio &c. Impræſentiarum autor plures orationes ſynonymas ignorantiam rei venuſtè exprimentes notat. Et litera non partitur.

Gloſſa Clichthoueana.

¶ Trifariam rei alicuius ignorantiam exprimere poſſumus. Primò ponendo perſonam ignorantem in nominatiuo, & rem ignoratam in accuſatiuo cum iſtis ver- Expoſ. Iod. Clichthoue.

bis Neſcio, Ignoro: vt, Neſcio huius rei veritatem. Secundò ediuerſo, ponendo rem ignoratā in nominatiuo, & perſonā ignorantem in accuſatiuo cum iſtis verbis fugit, præterit, latet: quæ interdū ſignificāt ignotum, & incognitum eſſe: vt, Huius rei veritas me fugit, Illius rei notícia me præterit. Vergilius, Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Tertiò ponendo perſonam ignorātem in nominatiuo, aut altero quocunq; caſu, rem ignoratam in genitiuo cum iſtis adiectiuis neſcius, ignarus, inſcius, imperitus, ignorans: vt, Huius profectò ſum rei neſcius. Iſtius loci ſum ignarus.

Vergilius

Reliquum eſt, pro reſtat.

Præceptum CXLIII.

HOc reliquum eſt, & hoc reſtat, perpulchrè, & magno cum ornatu, idem ſignificāt. Exemplum eſt: Omnia tibi & natura, & fortuna tribuit, reliquum eſt vt bene, & laudabiliter viuas.

¶Hoc reliquum &c. Autor hîc elegantem vſum huius orationis, Hoc reliquum eſt, ſignificationemq; oſtendit. Et duo facit. Primò præceptionem dat. Secundò eam exemplis declarat. Secundum ibi, Exemplum eſt.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthoue.

¶Reliquū eſt, pro reſtat, poſt ſe requirit coniunctionem Vt, cum verbo optatiuo: vt, Cûm claro polleas ingenio, & egregios præceptores nactus fueris, reliquum eſt vt literis inſudes. Quum tibi ſuperi optimos præſtiterint parentes, & animum virtuti natum, reliquum eſt vt pro viribus bene agas. Sic dicimus, Nihil ſpei eſt reliquum. Ille nihil pecuniæ reliquum fecit.

Vulgò. id eſt, vbiq;. *Præceptum.* CXLII.

RVmor eſt vulgò. id eſt, vbiq;, & cōmuniter dicitur. & ornatus eſt ſermo.

¶Rumor &c. Hîc autor ſignificantiam aduerbij Vulgò exprimit. Et non diuiditur litera.

Explanatio Clichthoueana.

¶Cōmuniter barbarè ſignificat Ferè apud omnes, ſiue Expoſi. Io.
quod in omnium ore verſatur. Rectè enim eſt coniun- Clichtho.
ctim, collectim, & ſimul: vt, Illi communiter victitant.
Ouidius, Diiq́ꝫ ô communiter omnes. Vulgò aūt aduer- Ouidius
bium ſigificat vbiq́ꝫ, & quod ineptè per Communiter ſi-
gnificatur. Terentius, Verum eſt, quod vulgò dici ſolet: Terenitus
Omnes ſibi malle melius, quàm alteri. Quintil. in ſepti- Quintilian⁹.
mo, Vulgò dicitur, ſcelera non babere conſilium.

Accipere, pro audire, & cognoſcere.

Præceptum CXLV

ACcipere, pro Audire, & Cognoſcere, peruenuſtè dicitur: vt, Accepi rumoribus. quorum incertus eſt autor. Accepi hominum fama. quæ certo autore continetur. Accepi nunciis. id eſt, nunciationibus. quos nuncios is, qui mittitur, affert. Accepi literis. quas plerūq; ab amicis accipimus. Et ita in conſimilibus locis.

¶Accipere &c. Impræſentiarū autor quid verbū Accipio ornatè ſignificet, ornatè exprimit. Et duas habet particulas. In prima, inſtitutionem ponit. In ſecunda, eius exempla ſubiungit. Secunda ibi, Vt accepi.

Explanatio Clichthoueana.

¶Accipio pro intelligere, & cognoſcere, multùm exor- Expoſi. Io. Clichthouei.
nat orationem, ſi accuſatiuo iungatur, & ablatiuo inter-
cedente plerunq́ꝫ præpoſitione: vt, Tibi bene eſſe ex tuis
literis accepi. Amicum meum bona valetudine eſſe ex Vergilius.
nuncio accepi. Vergilius, Quà facere id poſſis, noſtram
nunc accipe mentem. Prætereà Accipere eſt habere, ſiue
pati, & quibuſdam accuſatiuis iunctū ſplendidā reddit
orationem: vt, Hic vulnus letale accepit. id eſt, vulnerat⁹ Iuuenalis.
eſt. Accepi iniuriam, cladem, &c. Iuuenalis, Quādoqui-
dem accepto claudenda eſt ianua damno. Rumor, & Fa-
ma, vt declarat autor, differunt: quòd Rumor eſt rerum
nouarum ſine certo autore. Fama autem rerum recentiū
certo autore vulgatarum. Nuncius eſt modò ille, qui nū-
ciat aliquid, & tunc actiuè capit: modò illud quod nun-

ciatur, & tunc paſſiuè: vt, quod vulgariter dicunt, Habui bona noua: ſic rectius dicitur, Lætum accepi nuncium. Triſtem de fratris obitu nuncium accepi. Idem ſignificat, Nuncium, nuncij: vt, Iucunda, aut triſtia accepi nuncia.

Hiſce, hoſce, haſce. *Præceptum* CLVI.

Pronominibus articularibus demonſtratiuis conſueuerunt oratores addere, ce, adiectionem in his caſibus, qui in, s, deſinũt, euphoniæ cauſa: vt hiſce, hoſce, haſce: pro his, hos, has.

¶ Pronominibus &c. Hîc autor quibus in caſibus ſyllabica adiectio, ce, pronomini hic, hæc, hoc, concinnè iungatur, oſtendit. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt hiſce.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſt. Iod. Clichthoue. ¶ Pronomen Hic, in caſibus exeuntibus in, ſ, ſuſcipit hanc ſyllabicam adiectionem, ce: vt huiuſce, pro huius: huiuſcemodi, pro huiuſmodi: hiſce, pro his: hoſce, pro hos: haſce, pro has. Terentius Terentius, Hiſce, amabò, tu non inſidiabere? Et capiuntur hæc compoſita (ſicut & ſimplex) demonſtratiuè. Præterea in caſibus deſinentibus in, c, componitur idem pronomen cum hac adiectione, cine: vt hiccine, hoccine, hunccine, hanccine, haccine, hæccine: & capiuntur hæc omnia interrogatiuè. Reſoluuntur enim per ſuum ſimplex, & aduerbium interrogandi Ne. Terentius, Hoccine eſt humanum factum, aut inceptũ? Hoccine eſt officiũ patris? id eſt, eſt ne hoc humanum factum? hoc ne eſt officium patris? Eodem modo Siccine aduerbium. id eſt, ſic ne: vt, Siccine accepta beneficia rependis?

De tranſlatione huius præpoſitionis Cum.

Præceptum CXLVII.

Sæpe præpoſitio, quæ præponi ſolet, poſtponitur, etiam ſi ſignificantia eadem manet: & in quibuſdam quidem ſemper, quæ ſunt, Mecum, Tecum, Se

cum, Nobiſcum, Vobiſcum. In quibuſdam verò non ſemper: vt, Qui cum, Quo cum, Quibus cum. Te propter, ac etiam Propter te, idem ſignificant: & ſic Quibuſcum, & Cum quibus. Et in his potiſsimùm ea præpoſitionum translatio fit, quæ modò enumerauimus.

¶Sæpe &c. Autor hîc de eleganti præpoſitionis Cũ ſitu, ſuo cũ caſuali, meminit. Et duas partes habet. In prima, quemadmodũ ſemper poſtponit̃. In ſecunda, quemadmodum indifferenter præponitur, & poſtponitur in aliquibus dictionibus dilucidat, hanc prępoſitionẽ Propter ſibi addendo. Secunda ibi, In quibuſdam.

Explanatio Clichthoueana.

¶Cum, præpoſitio per anaſtrophen poſtponitur inter- Expoſi. Io.
dum ſuo caſuali, vt ſemper in ablatiuis tum ſingularibꝰ, Clichthouei.
tum pluralibus trium primorũ pronominum, Ego, Tu,
Sui. Interdum & ablatiuis huius pronominis Quis, vel
Qui. Terentius, Vt habeas qui cum ſaltites. Eſt mihi ſo- Terentiu
cius, quocum familiariter viuo. Sunt & amici, quibuſcũ
iucundiſſima mihi eſt conſuetudo. Alijs itidem præpoſi-
tionibus id conuenit. Vergilius, Te propter eundẽ Ex- Vergilius
tinctus pudor. Ouidius, Te penes arbitriũ noſtrę vitæq́; Ouidius
necisq́;. Vir ille, quo de verba modo feci, adeſt. Id tamen
frequentius carmine, quâm proſa, vſuuenit.

Clam, præpoſitio potius, quàm aduerbium.

Præceptum CXLVIII.

CLam, plerũq; præpoſitio eſt, & nonnunq̃ aduerbium, ſed oratores præpoſitionem potius accipiunt, ſiue adiungitur ablatiuo, vt Priſcianus ſentit, ſiue etiam accuſatiuo, quod opinatur Donatus: vt, Clam me profectus eſt. i. me neſciente.

¶Clam &c. Frequẽtem dictionis Clam vſum, acceptioneſq́; autor hîc inſerit. Et duo facit. Primò inſtituit. Secũdò exornat. Secundum ibi, Vt clam.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Clam, præpoſitio ablatiuo potius iũgitur. Terentius, Nec clam te eſt quàm illi vtræq; res inutiles fient. id eſt, non ignoras. Interdum aduerbium, ſcilicet nullo ſequente caſu, & ſignificat furtim, latenter: vt, Clàm ingreſſus eſt. & rurſum, Clàm abſceſſit. Inde Clãculùm. Terentius Terentius, Inuidere omnes mihi, & mordere clanculùm. Inde Clandeſtinum, furtiuum, occultum, & latens: vt, Clandeſtinum odium. Clandeſtinum incendium. Palam, ei oppoſita dictio, aliquando prępoſitio eſt: vt, Palã omnibus Iuuenalis. hoc factũ eſt. Aliqñ aduerbiũ. Iuuenalis, Fiet iſta palàm.

Coram, & præpoſitio, & aduerbium.

Præceptum CXLIX.

Corâm, cum accentu in prima ſyllaba, præpoſitio eſt, & quid ſignificet, nemo eſt qui neſciat: cũ accentu verò in vltima ſyllaba, aduerbium pulcherrimum eſt, ſignificans (vt ita dicam) præſentialiter: quo frequentiſsime docti vtuntur: vt apud Marcum Ciceronem, *Cupio tecum coràm iocari. i. præſentialiter. Etiam coràm tecum loquar.*

¶Coram &c. Hîc autor pro accentus diuerſitate ſignificantiam dictionis Coram docet variari. Et duo agit. Primò præceptionem ponit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt apud.

Expoſitio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Coram, præpoſitio in conſpectu ſigeificat: vt, Coram Vergilius iudice cauſam egi. Coram ſenatu orationem habui. id eſt Terentius ante ſenatores. Sed quum aduerbium eſt, ſignificat præſentialiter. Vergilius, Coràm quem quæritis adſum. Quum mihi tecum coràm loquendi non datur copia, has ad te literas dare conſtitui. Terentius, Ah vereor in os coràm te laudare.

De aduerbijs in, i, o, & u, deſinentibus.

Præceptum CL.

*MVlta aduerbia in,i, exeuntia etiã in ipſis epiſto-
lis ſunt pulcherrima,ſed hæc in primis, Ruri,
Veſperi,* Domi,Belli. *Multa item in,o: vt Se-
riò,Conſultò,Poſtremò, Falſò,Meritò,Precariò.Cætera
verò in eodem exitu deſinentia,haud in frequenti ſunt
vſu oratorũ.In,u,verò non multa ſunt:*Diu,*cuius ſigni-
ficatio manifeſta eſt:*Interdiu,*quod eſt quaſi intra mediũ
diei tempus: &* Noctu, *pro nocte, quod magis eſt no-
men.* Vnde,Diu, *noctuq; dicimus.*

¶Multa &c. Imprę́ſentiarum autor aduerbia epiſtolis
congrua exprimit.Et trifariè partitur. In prima parte ad-
uerbia in,i, explanando. In ſecunda,aduerbia in,o, ex-
emplificando.In tertia,aduerbia in,u,elucidando decla-
rat.Secunda ibi,Multa item. Tertia ibi,In,u,verò.

Explanatio Clichthoueana.

¶Aduerbia in,i,terminata orationem venuſtam reddũt: Expo.Iodo.
vt,Ioannes ruri vitam agit. Terentius, Ruri ſe contine- Clichtho.
bat.Nempe ibi aduerbium eſt,non nomen: nominaliter Terenrius
enim Rure dicimus.Terentius.Ex meo propinquo rure
hoc capio commodi. Veſperi, tempore veſpertino, ad-
uerbium eſt.Terentius,Nunq̃ tam mane egredior, neq;
tam veſperi reuertor, quin te in agro conſpicer fodere.
Ibi Veſperi aduerbium eſt: nominaliter enim ablatiuo Ouidius
ſingulari Veſpere dicitur.Ouidius,Seroq; trahens à veſpe
re nomen. Multa domi ęgregia facta geſſit.Belli vitam
egit.Pro in domo, in bello. Similiter aduerbia in,o: vt,
Seriò:id eſt citra iocũ. vt,Seriò loquor. Conſultò, id eſt
præmeditatè,& ex conſilio: vt, Conſultò id feci. id eſt,
dedita opera,ſiue ex induſtria. Sic etiam dicimus aduer-
bialiter,Compoſitò: id eſt, ex conuentione, vel pacto
prius inito.Vergilius,Compoſitò rumpit vocem, & me Vergilius
deſtinat aræ.Poſtremò,vel Poſtremũm: Primò, vel pri-
mùm:vt,Te nunc poſtremò alloquor. Falſò,& Verò:
vt,Hic falſò me accuſat.Verò hanc rem cognoſco. Me-
ritò:id eſt,dignè:vt,Meritò te amo ob ſingulares(quib⁹

Plinius ornatus es) virtutes. Precariò, per preces. Plinius, de viris illuſtri. Et quaſi precariò regnare cœpit. Aduerbia in u, ſunt: vt Diu, pro longo tẽporis interuallo: vt, Iam diu te videre optaui. Nec dicendum eſt, Diu eſt quòd ego te non vidi. quin potius, Multis antè diebus te non vidi. vel, Multò antè tempore mihi viſus nõ es. Interdiu, tempore diurno: ſicut Noctu, tempore nocturno: vt, Pleraq; animalia interdiu dormiunt, & noctu vigilant. Diu prætereà capitur nonnunquam pro diurno tempore: vt, Diu, noctuq; literis inſudandum eſt.

Nullus, pro Non. Præceptum CLI.

NVllus, a, um, nõnunquam pro Non, præſertim Sum, es, eſt, verbo adiuncto: vt, Nullus ſum. id eſt, interij. Reſpublica nulla eſt. id eſt, extincta eſt. idq; ornatiſſimum fuerit.

¶Nullus &c. Hîc autor ornatam nominis Nullus acceptionem ſine ſubſtantiuo cum verbo Sum duntaxat depromit. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò exornationem. i. exempla. Secundum ibi, Vt nullus.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Nullus pro Non cum verbo ſubſtantiuo, nullo altero ſequente nomine ponitur. Terentius, Nullus es Geta. id eſt, perijſti, occidiſti. Ouidius, Proq; viro, qui nullus erat, veniebat ad aras. id eſt, qui perierat. Vbi verò alijs adiungitur verbis, aut verbo ſubſtantiuo, aliquo nomine ſequente, Nullus ſolitam habet ſignificationem: vt, Nulla mihi ſine te eſt voluptas.

Terentius

Ouidius

Præſtò ſum. id eſt, adſum: vel, appareo.
Præceptum CLII.

PRæſtò ſum, ſignificat adſum, & ferè appareo: & ſic idem aduerbium eiuſdem verbi modis omnibus, & temporibus peruenuſtè connectitur in eadem, quam modò poſuimus, ſignificantia: vt, Præſtò mihi fuit ſeruus tuus vrbem ingredienti. id eſt, adfuit.

¶Præſto ſum &c. Venuſtam aduerbij Præſtò cum verbo Sum, tum connexionem, tum ſignificantiã elucidat. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt præſtò.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Præſtò, non ſignificat paratum, vt pleriq; putant, dicētes, Ego ſum præſtò tuis obſequijs. ſed idem eſt quod præſens, & verbo ſubſtantiuo per omnia tempora, & modos adiunctum, explicatur per verbum Adſum, conſimilis numeri, perſonæ, & temporis: vt, Cùm nobis eundem fuerit, ero præſtò. id eſt, adero. Quum literas ad te dare volui, non fuit præſtò mihi tabellarius. id eſt, non adfuit. Aduerbium dicit in analogia: ſicut enim aduerbium adiectum verbo ipſum determinat, ita nomen Præſtò, additum verbo ſubſtantiuo adiacet ipſi more aduerbij. Expoſi. Io. Clichtho.

Licet mihi bono viro eſſe: vel, bonum virum.

Præceptum CLIII.

Licet mihi bonum virum eſſe: & licet mihi bono viro eſſe: vtrumq; Latinè, atq; vſitatè dicitur: ſed id poſterius magis oratorum eſt.

¶Licet &c. Impræſentiarum autor harum diſcrepantiam orationum in litera expreſſarum apud & grammaticos, & oratores exprimit. Et diſtributione non opus eſt.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Infinitiuus verbi ſubſtantiui: ſcilicet Eſſe, ſi nominatiuum antecedentem habeat, habebit & ſequentem: vt, Cupio tibi eſſe bonus amicus: & non, amicum. Si verò obliquum præcedentem habet, vt genitiuum, datiuum, vel ablatiuum, eiuſdem caſus ſequentem obliquum habere poteſt, vel accuſatiuum poſt ſe, tametſi obliquus alterius caſus præceſſerit. Et quis tunc diuerſis caſibus interponi contra verbi ſubſtantiui natu- Expoſi. Io. Clichtho.

ram videatur, nullum tñ eſt contra grammaticæ leges vitium, nam facilè ſubauditur accuſatiuus verbo ſubſtantiuo præponendus: vt, Eſt patris eſſe benignũ in filios.
Ouidius Intereſt ſcholaſtici eſſe ſtudioſum, & modeſtũ. Ouidius, Et tutè non licet eſſe mihi. Idem, Quo mihi cõmiſſo non licet eſſe piam. Sic, Licet mihi eſſe docto, vel, doctũ. probo; vel, probum. & ſic de aliis.

Perpetuùm, & In perpetuum, aduerbia.

Præceptum CLIIII.

PErpetuùm, & In perpetuum, aduerbia, pro eodem ponuntur, & eis frequenter vtimur.

¶Perpetuùm &c. Autor ſynonymitatem aduerbiorum Perpetuùm, & In perpetuum, aliorumq́ ſimiliũ, atq; frequentem apud oratores vſum demonſtrat in litera, quæ diſtributione caret.

Elucidatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Perpetuùm, & eius compoſitũ In perpetuum, ſignificat perpetuitatem temporis, & iugem durationem: vt, Meus in te amor perpetuùm durabit. Virtus in perpetuum manet, nullo interitu caſura. Dicimus & Perpetuò, aduerbium. Ouidius, Perpetuoq́ virens buxus. Sic Æternũ, & Inæternũ aduerbia ſunt. Verg. Æternùmq́ vale dulciſſime Palla. Inæternũ tui apud me erit memoria. Sic Longùm aduerbialiter, pro lõgo tempore. Vergilius, Et longùm formoſe vale, vale Inquit Iola.

Ouidius

Vergilius

Deuincio, pro obligo.

Præceptum CLV.

DEuincio verbum pulcherrimum eſt, tamen præcipuè epiſtolis congruit. Significat & Deuincio obligo, & Deuinctus, obligatus, ſicut & ſæpe Obnoxius: quod non ſolum trito more ſignificat quod notum eſt, ſed etiam deuinctum.

¶Deuincio &c. Hîc autor verbi Deuincio tum ſignificantiã, tum vſurpationem exprimit. Et duas habet partes. In prima, præceptionem dat. In ſecunda, horum ſy-

honymitatem vocabulorum Deuinctus, & Obnoxius infert.Secunda ibi,Et deuinctus.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi.Iod. Clichthoue.

¶Deuincio, interdum cõiungo,& vinculo connecto ſignificat,& regit datiuum eiuſdem perſonæ cũ nominatiuo ſuppoſito,prætereà accuſatiuum,& ablatiuũ ſequente præpoſitione:vt,Hic ſibi oẽs ſummo deuinxit amore. Ego ſum tibi vera deuinctus charitate.Ob amorem illũ, quo vterq; mutuò deuincti ſumus, te vt id facias rogo. Prætereà ſignificat obligo:& eandem cum priore ſeruat conſtructionem:vt,Sum tibi perpetua ſeruitute deuinctus.Me tibi innumeris,ijſdemq; maximis beneficijs deuinxiſti.Terentius, Spero conſuetudine,& coniugio liberali deuinctũ Chreme ex his facilè emerſurum malis. Obnoxius,itidem obligatus ſignificat,vt quod vulgariter dicunt,ego multùm teneor tibi, ſic elegantius dicitur,Ego ſum tibi plurimùm obnoxius.Prætereà Obnoxius eſt ſubiectus:vt,Varijs caſibus,& morbis vita noſtra obnoxia eſt.

Terentius

Obnoxius

Collocare apud aliquem beneficium.

Præceptum CLVI.

COllocare apud aliquem beneficium, eſt alicui beneficium facere:vt,Apud gratos viros beneficiũ collocaſti.

¶Collocare.Autor hîc quid hæc ſignificet oratio, Colloco apud te beneficiũ,& ſimiles oſtẽdit.Et duo agit.Primò præcipit.Secũdò exẽplificat.Secundũ ibi,Vt apud.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichtho.

¶Collocare apud aliquem beneficium, eſt meritum, & beneficium in aliquem conferre:& accuſatiuo ſignificanti perſonam iungitur cum præpoſitione Apud:vt,Quicquid apud ingratos beneficij collocatur,id totum prorſus perditur.Siquid apud me beneficij collocaueris,non me ingratum ſenties. Cumulare aliquem meritis, beneficijs,donis,muneribus,penè idem ſignificant:vt, Me

ampliſſimis (quæ tua eſt liberalitas) beneficijs cumulaſti.

Gratificor. *Præceptum* CLVII.

GRatificor tibi hãc rem, præclarè vſurpatur pro gra tum facio.

¶Gratificor &c. Impræſentiarum autor ſignificantiam verbi Gratificor, atq; conſtructionem notat. Et litera non ſcinditur.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichtho. ¶Gratificari verbũ deponens, eſt gratum facere, & datiuum ſignificantem perſonam petit, adiuncto interdum accuſatiuo ſignificante rem, quæ grata ſit cuiꝗ: vt quod inculte dicunt, facies mihi magnum placitum, ſic potius dicendum eſt, Mihi profectò rem facies quàm gratiſſimam. vel, Hac in re mihi non parum gratificabere. Nullum pro te laborem recuſauero, dum me tibi gratificari ſenſero. Hanc tibi rem gratificabor. vel, Hac in re tibi gratificabor.

De Indulgeo, & Ignoſco.
Præceptum CLVIII.

INdulgeo ſanè verbum eſt aptiſſimum, & ſplendidi ornatus, quod & datiuo iungitur, & ferè ſignificat do operam, atq; ita exponitur: vt, Hic nimio ſomno indulget. i. nimis dormit. Nimio cibo indulget. id eſt, nimis comedit. De alijs conſimili pacto. Indulgere præ tereà quaſi concedere, eſt verbum luxurioſum, quandam deſignans clementiam. Et indulgentem patrem appella mus, leniore erga liberos ingenio: quare & ab Ignoſco plurimùm differt. Eſt enim Ignoſco, parco: id eſt, do veniam, ſiue excuſatum habeo. Ignoſco tibi ſiquid (exẽpli cauſa) admiſeris ſceleris. Indulgeo verò, vt multa agere impune queas. Quorum verborum diſcrimen diligentiſ ſime conſyderandum eſt.

¶ Indulgeo &c. Hîc autor duplicem verbi Indulgeo ſignificantiam, nec non & conſtructionem exprimit. Et duas partes continet. In prima, præceptionem ponit. In ſecũda, diſcrimen inter Indulgeo, & Ignoſco verba ſubiungit. Secunda ibi, Quare &c.

Interpretatio Clichthoueana.

¶ Indulgere, modò operam dare ſignificat. Vergilius, Quid tantùm inſano iuuat indulgere labori? Hic genio indulget. id eſt, voluptatibus animum laxat. Indulget Baccho, ſtudio. id eſt, vino, vel ſtudio deditus eſt. Modò permittere, vt quæ velis impune facias, & pro liberi animi arbitrio licenter agas: vt, Hic animo indulget. id eſt, quicquid appetit animus, laxis concedit habenis. Mater indulget filio, & præceptor diſcipulis: qui omnia diſcipulos impune agere ſinit. Hinc Indulgentia, mollicies animi, lenitaſq́, & citra honeſtum clementia. Mantuanus, Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos. Nec apud probatos autores Indulgentia veniam ſignificat, vt multi credunt, opinantes deum concedere indulgentiam peccatorum. Nulli enim deus concedit indulgentiam: id eſt, licentius peccandi impunitatem, ſed pro ſua pietate veniam concedit: hoc eſt parcit, & ignoſcit malo perpetrato. Ignoſcere autem eſt commiſſo crimini parcere, & veniam dare, & meritam pœnam remittere: vt, Ignoſce quæſo meo errori, quem poſthac nunquã commiſſurus ſum. Huic culpa ignoſcenda eſt, qui facilè veniam meretur. Ergo Ignoſcere ad præteritum ſpectat, Indulgere verò ad futurum. Ignoſcere bonorum eſt, Indulgere malorum, quandoquidem bonus nunq̃ indulget, vt malum impune fiat.

Expõ Clich.
Vergilius
Mantuanus.

Tantus, & Quantus.

Præceptum CLIX.

Tantus, a, um, & Quantus, eodẽ modo ſe habẽt in oratiõe: vt raro alterũ abſq́; altero ponat: vt, Cõcio hæc tanta eſt, quãta antehac vnq̃ fuit. Tribuis

mihi tantùm, quantùm nec agnoſco,nec poſtulo.Tantũ in te eſt doctrinæ,quantum in doctißimo ſolet eſſe viro.

¶Tantus &c.Autor hîc elegantem ſitum harum dictio num Tantus,& Quãtus,in oratione demõſtrat. Et duo facit.Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Secundum ibi,Vt concio.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Tantus,& Quantus ſibi mutuò reſpõdent, vt alteru tro præcedente, alterum ſequatur:vt, Tanta eſt tua vir tus,quantam homines prædicant.Inde Tãtùm, & Quã tùm,aduerbia ſimilem ſeruant annexionem:vt,Tantùm te amo,quantùm tua requirunt merita.Iuuenalis,Quan tum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca, Tãtum habet & fidei.Interdum alterum eorum ſubticetur, & alterum exprimitur.Iuuenalis, Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit.Alíquando Tantùm aduerbium eſt excluſiuum,ſignificans ſolùm,vel tantummodo. Quinti lianus libro ſeptimo,Nemo expectet vt alieno tantùm labore ſit diſertus,

Iuuenalis

Quintilian⁹.

Talis,& Qualis. *Præceptum* CLX.

TAlis,& Qualis,alterutrum creberrime ponitur, rarò vtrũq;:vt,Talem ſolemus ſentire bonum vi rum.& ſubintelligimus, qualem diximus.Et cõ trã,Orator eſt illuſtris, qualis alter nullus reperiatur. Verùm hæc de his ſatis.*

¶Talis &c.Impræſentiarũ autor relatiua nomina Talis, & Qualis,in oratione venuſtè ſituare docet.Et duo tan git.Primò præceptionem.Secundò eius exempla.Secun dum ibi,Vt talem.

Declaratio Clichthoueana.

Expo.Clich. ¶Talis,& Qualis,licet mutuam habeant ſæpius conne xionem,vt quum vnum præceſſerit,alterum ferè ſequa tur(vt,Talis eſt tua beneuolentia,qualem fama prius ac cepi)ſæpe tamẽ vnum ſine altero ponitur, vt quũ quis alicuius virtutes memorauerit,& ſubiungat,Talem pro fectò

feſtò virũ ſummis extollere præconijs ęquũ eſt. ibi Talē relatiuē ſine altero expreſſo ponitur. Item, Cicero clariſſimus fuit orator, qualem & Quintilianum fuiſſe ambigit nemo. Interdum poſt Talis ponitur Qui, pro Qualis: vt, Talem te velim oſtendas, quem omnes laudant.

Vel, pro Etiam.
Præceptum CLXI.

Vel, pro Etiam particula in multis locis rectiſſime congruit: vt, Annibal fuit imperator, vel omniũ primus. Tua eximia virtus vt te amen vel maxime impellit.

¶ Vel, pro &c. Hîc autor elegantem coniunctionis diſiunctiuæ Vel vſurpationem apud eloquẽtes viros manifeſtat. Et duo agit. Primò inſtitutionem ponit. Secundò eam exornat. Secundum ibi, Vt Annibal.

Explanatio Clichthoueana.

¶ Vel, coniunctio diſiunctiua ſignificat Aut. Quintilianus libro primo, Ipſius magiſtri (ſi tamen ambitioſis vtilia præferet) hoc opus ſit, quum adhuc rudia tractabit ingenia, nõ ſtatim onerare infirmitatem diſcentium, ſed temperare vires ſuas, & ad intellectum audientis deſcendere: nam vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus, vel etiam inſtillantibus complent, ſic animi puerorum quãtùm excipere poſſunt, videndum eſt. Nam maiora intellectu, velut parum aptos ad percipiendum animos non ſubibunt. Aliquando ſignificat Etiam, & tunc cum multis dictionibus, tum ſuperlatiuis, & adiectiuo Solus potiſſimùm adiungitur: vt, Cicero orator eſt vel omnium clariſſimus. Quintilianus libro primo de grammatica, Quò minus ferendi ſunt, qui hanc artem (grammaticam intelligens) vt tenuem, ac ieiunam cauillantur, quæ niſi oratoris futuri fideliter fundamenta iecerit, quicquid ſuperſtruxeris corruet, neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola omni ſtu-

Expõ Clich.

Quintilian⁹.

diorum genere plus habet operis, quàm oſtentationis. Denicꝙ Vel pro ſaltem accipit: vt, Si nō te corām videre, vel literis tuam agnoſcere valetudinem cōcedatur opto.

Verſor. Præceptum CLXII.

Verſor verbum in frequētiſſimo eſt vſu veterum, ac diſertorum hominum, perdiffuſaq; eſt eius verbi ſignificātia, ac deniq; varijs poteſt rationibus exponi: vt, Ego verſor in literarum ſtudio. i. do operam literarum ſtudio. Virtus circa difficile verſatur. i. virtus in difficili conſiſtit. Verſamur in tenebris. i. ferè ſumus, ac viuimus, & quaſi ſtamus in tenebris. Et, quod eſt exē plis ſuperioribus declaratum, duos ſibi plerunq; ac frequentius caſus poſtulat: nam aut accuſatiuū præpoſita Circa, aut ablatiuū In præcedēte. Nam cum accuſatiuo: vt, Ante fundum verſari, Ad portam verſabatur, per rarò dicta ſunt. Sed quemadmodū cæteris rebus omnibus ita huic ſumma adhibenda eſt diligentia.

¶Verſor &c. Autor hic amplam verbi Verſor & ſignificantiam, & vſurpationem innuit. Et tres diſtribuitur in partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, quibus cum caſibus, caſuſꝙ quibus præpoſitionibus iungantur, concludit. Secunda ibi, Vt ego. Tertia ibi, Et quod.

Interpretatio Clichthoueana.

Expo. Iodo. Clichtho. ¶Verſari verbum deponens ſignificat eſſe, ſiue conſiſtere: iungitur accuſatiuo cum præpoſitione Circa, vel ablatiuo cum præpoſitione In. Terentius, Ah neſcis quantis in malis verſer miſer. Hic in ciuilibus verſatur negocijs. i. circa res ciuiles animum intendit, illiſꝙ occupatur. Grāmatica circa Latini ſermonis compoſitionem, contextumꝙ verſatur: rhetorica verò circa ornatum. Alijs præpoſitionibus adiunctos caſus rarò admodum habet. Verſor itidem paſſiuum eſt huius frequentatiui Verſo, as, are, quod frequenter mutare, aut animo agitare ſignificat

ficat. Vergilius, Sors omnia verſat. Idem, At Cyterea no Vergilius
uas artes, noua pectore verſat Conſilia. Et tunc ſicut ſi-
gnificationem habet aliam, ita & conſtructionem; vt,
Omnia cæco turbine verſantur.

Enimuero, Sinautem.

Præceptum CLXIII.

N*Onnunq̃ duæ particulæ ornatiſſime coniungũ-
tur, quarum eadem ſit vtriuſq; ſignificatio: vt,
Enimuero: nam pro explenda ſententia altera
duntaxat ſufficere poterat. Et ſimiliter Sinautem, cauſa
complendæ ſententiæ: eo in loco Autem particula nullã
omnino vim habet. Sinautem per ſe ſignificat, Sed ſi.*

¶Nonnunq̃ duæ &c. Hic autor duas coniunctiones ſynonymas venuſtum in oratione cõtextum habere ait. Et duo facit. Primò regulam. Secundò exempla ponit. Secundum ibi, Vt enimuero.

Explanatio Clichthoueana.

¶Interdum duæ coniunctiones idem penitus ſignificã-tes ſibi coniunguntur, quarum altera ſolùm ornatus grã-tia, & non maioris ſignificationis denotandæ adiungi-tur: vt, Enimuero pro Quia. Immenſas tibi gratias ago, enimuero mihi benigniſſime opem tuliſti. Sinautem ſi-gnificat Sed ſi, quod altera pars ſcilicet Sin, per ſe ſignifi-cat: vt, Si virtutem colueris, omnibus eris gratiſſimus: ſinautem ſecus feceris, & deo, & hominibus eris inui-ſus. Apud probatiſſimos autem autores nũq̃ Sinautem ſignificat, Sed ſi non: q̃uis pleriq; vulgariter loquentes id aſtruere conent̃, & in ea ſignificatione accipi cõtẽdãt. Expo. Iodo. Clichthoue.

Quoad, pro Quouſq;.

Præceptum CLXIIII.

Q*Voad, pro Quouſq; nõ minus ornatè ponitur,
quàm Latinè: vt, Volo in vrbe eſſe quoad tu re-
deas. Itaq; ĩ pleriſq; locis cõſimiliter accipi põt.*

¶Quoad, &c. Hic autor Quemadmodũ Quoad par-

ticula vſurpatur apud eloquentes viros notat. Et duo tangit. Primò præceptionem. Secundò eius exempla. Secundum ibi, Vt volo.

Expoſi. Io. Clichtho. *Interpretatio Clichthoueana.*

¶Quoad ſignificat Quouſq;, & modò ad præteritũ refertur: vt, Te expectaui domi quoad veniſti. Modò ad futurum, & hoc frequentius: vt, Te ſummo proſequar amore quoad vixero. Vnde non ab re notat Aulus Gellius exactiſſimus autor idem tempus ſignificari, quũ dicimus, Tibi amiciſſimus ero quoad viuã: &, quoad moriar. Illic enim totius vitæ ſpacium complectitur oratio, hîc verò vitæ terminum, & interitum. Finitur autem eo primùm tempore vita, quo mors vitalem aufert ſpiritum.

Au. Gellius.

Suſcipere. Præceptum CLXV.

Suſcipere, non ſolum quod tritus, vulgatusq; vſus habet, ſignificat: quod eſt ſuper ſe accipere, & quodammodo adducere aliquid, ſed etiam per ornatè poſitum in epiſtolis, commendatum habere: vt, Suſcepit Ciceronem Cæſar in ſuis aduerſis rebus. quæ vtiq; poſtrema ſignificatio haud quaq; ſi quis inſpiciat accuratius, à priore illa aliena eſt.

¶Suſcipere &c. Autor hîc vtra duarum ſignificantiarum verbi Suſcipio ſit vſitatior, apud eloquentes viros promit. Et bifariè ſcinditur. In prima, inſtituit. In ſecunda, exemplificat. Secunda ibi, Vt ſuſcepit.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. Terentius

¶Suſcipere, vulgata ſignificatione eſt accipere: vt, Magnos pro te labores ſuſcepi. Multa abs te ſuſcepi beneficia. Terentius, Prouinciam ſuſcepiſti duram. Præterea eſt commendatum habere: vt, Hũc mihi amiciſſimum meo nomine ſuſcipias velim. Ego tuis in negocijs te ſuſcipiã. id eſt, commendatum habeo. Quòd ſi quos commendatos habemus, illos in noſtro præſidio, tutelaq; accipere videmur.

Poſitiuo adiuncta negatio contra-
rij poſitiui plerunq; vim tenet.

Præceptum CLXVI.

Optima quoq; ratio eſt, vt poſitiuo cuipiam adiuncta negatio, contrarij poſitiui vim, ac ſignificationem teneat, ſed non ita plenè, tamen accuratè illam expleat: cuius rei exempla ſubijciamus: Hic vir eſt haud improbus. ſignificat enim ferè hunc hominem probum potius, quàm improbum eſſe habendū. Et, Philoſophus haud ignobilis. Hiſtrio non illepidus. Miles non inſtrenuus. Ciuis haud malus. Nam in his, eorumq; ſimilibus rectius, atq; vſitatius dicitur, quando vis laudis cuiuſdam eſt, ſed quaſi diminutæ, & quaſi defraudatæ laudis.

¶Optima &c. In præſentiarū autor de ornata alicuius poſitiui expreſſione agit, Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exornat. Secundum ibi, Cuius rei.

Declaratio Clichthoueana.

¶Quum aliquod poſitiuum exornare volumus, cōtrario eius negationem præponamus tam in nominibus, quàm in aduerbijs: vt, Dediſti ad me literas non iniucundas. id eſt, iucundas. Non ſum huius rei neſcius. id eſt, ſcius. Ioannes haud literarū imperitus eſt. id eſt, peritus. Illis enim binis negationibus affirmatiuam aſſertionem per liptoten denotamus. Et q̄uis non vſq; adeò perfecta eſt per negationem, vt per affirmationem ſignificantia, maior tamen eſt decor, & orationis ornatus: vt, Nō mediocriter te amo. pro, multùm. Non parum gaudeo. pro, valde. Hiſtrio, qui in ſcena aliorum geſtus effingit, & quamproxime imitatur. Inde Hiſtrionicos mores dicimus: & Hiſtrionatum, leuitatem geſticulatoriam. Expoſ. Io. Clichtho.

Peto hanc rem à te.

Præceptum CLXVII.

QVod grammatici dicunt, Peto te hanc rem: ornatius, nec minus Latinè dici queat, Peto hãc rem à te. & id plurimùm Cicero in epiſtolis cõnſueuit.

¶Quod &c. Hîc autor vſurpatam ab autoribus cõſtructionem verbi Peto grammaticos carpendo tangit. Et litera non ſcinditur.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſ. Iod. Clichthoue. ¶Peto, pro Poſtulo, duos quidem accuſatiuos habere poteſt, quum verbum ſit vehementiſſime trãſitionis. Verùm loco alterius accuſatiui perſonam ſignificantis ablatiuum potius habet cùm præpoſitione, à, vel ab: vt, Petiui te auxilium: ſic ornatius, Petiui abs te auxilium. Interdum & Oro eiuſmodi eſt naturæ. Terentius in Andria, Immo verò nunc maxime abs te oro, atq; poſtulo Chreme. Alia eiuſdem verbi ſignificata huic loco non conducunt, quæ conſultò relinquimus.

Conficior, pro Pereo.

Præceptum CLXVIII.

COnficior, paßiua voce crebrò vſitatum eſt, pro eo ferè, quod Pereo: vt, Senio confectus ſum. id eſt, cõſumptus. Et, Vir inops, ac miſer, fame, frigore, dolore conficitur. Et ſic, Annis, ætate, ſtudio cõficitur. Ac, Mœrore, labore, ſenio confectus. & de alijs ſic permultis.

¶Conficior &c. Autor hîc ſignificãtiam, vſurpationem, naturamq; verbi Conficior propalat. Et duo agit. Primò præcipit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt, ſenio.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſ. Io. Clichtho. ¶Conficior, pro conſumor, attenuor, debilitor, habet ablatiuum ſine præpoſitione: vt, Animus meus dolore conficitur ob tuam aduerſitatem. Vergilius, Tum me cõfectum curis, ſomnoq; grauatum. Idem in .iij. Ænei. Ma-

ditè confecta ſuprema. Sic ergo venuſtè dicimus, Corpus labore, & animus dolore confectus eſt. Sum confectus moleſtijs. Alia huiuſce verbi ſignificata abundè apud alios traduntur, hîc non repetenda.

Ablatiui tum participiorum, tum aliorum peruenuſtam reddunt orationem.

Præceptum CLXIX.

ABlatiui caſus non participiorum ſolùm, verùm etiam omnium aliorum in oratione perconcinnè ponuntur, præſertim ſi qua fuerit temporis ſignificatio. Et de participijs quidem manifeſtum eſt: vt, Regnante Octauio Cæſare, parta eſt vniuerſo orbi pax. quaſi, qua tẽpeſtate regnabat Octauius Cæſar. Et aliud, Dionyſio Syracuſis tyrannidem gerente, grauiſsima in Sicilia bella geſta ſunt. id eſt, quo tempore Syracuſanorum tyrannus Dionyſius erat. Sed eodem quoq; modo alia quedam ſe habent nomina, maxime ſi dignitatũ, & honorum extiterint: vt, Cornelio, & Galba ædilibus curulibus, actæ ſunt in theatro fabulæ. Quidam addunt participium, exiſtentibus: ſed nos prohibemus (quòd ad venuſtatem orationis non pertinet) addi oportere. Et itẽ, Scipione conſule Pœni deuicti ſunt. Scipione imperatore, euerſa eſt Numãtia. & reliqua hmõi pariter.

¶Ablatiui &c. Impręſentiarũ autor agit de ornato ablatiuorũ abſolutè poſitorũ vſu, ſiue eiuſdẽ caſus participium, ſiue dignitatis nomen abſq; participio eis addatur. Et tres diſtinguitur in partes. In prima, inſtituit. In ſecunda, vtranq; partem exemplis cõfirmat. In tertia, grammaticorũ opinionem confutat, qui negant id poſſe fieri ſine participio expreſſo, vel ſubintellecto. Secunda ibi, Et de participijs. Tertia ibi, Quidam addunt.

Elucidatio Clichthoueana.

Expoſi. Iod. Clichthoue. ¶Quum duę fuerint orationes de ſuppoſito, & appoſito, ad diuerſa ſuppoſita relatæ, & per aduerbium temporis coniunctæ, verbum (cui aduerbium illud adiacet) elegantius in ablatiuum participij mutatur remoto aduerbio, & illius ſuppoſitum etiam in ablatiuum ſubſtantiuum illius participij. Et interdum conuertitur ipſum verbum in participiũ pręſentis temporis, vtpote ſi actiuum, vel neutrale fuerit, aut deponens præſentis temporis rationem habeat: vt, Cùm imperaret Auguſtus, noua ſalus mundo exorta eſt: ſic elegantius dicitur, Imperante Auguſto, noua ſalus mundo exorta eſt. Quum ſol oritur, fugiunt tenebræ: ſic venuſtius, Sole oriente fugiunt tenebræ. Nonnunquam verbum mutatur in participium præteriti temporis, ſi videlicet paſſiuum ſit, aut deponens, præteri tum ſignificãs: vt, Poſtquam tuæ literæ mihi redditæ ſunt, miro affectus ſum gaudio. Sic, Tuis mihi redditis literis, miro affectus ſum gaudio. Poſtquam ſol exortus eſt, fugit vmbra noctis: venuſtius dicitur, Sole exorto, fugit vmbra noctis. Debent autem (vt prius dictum eſt) illę duæ orationes ad diuerſa referri ſuppoſita, nempe ſi ad vnum referrentur, & idem ſuppoſitum, tunc alterum verbum non mutandum eſt in ablatiuum participij, ſed in nominatiuum: vt: Quum domum intraui nuncium offendi: non dicendum eſt, Me domum intrante nuncium offendi: ſed, Domum intrans nuncium offendi. Quum multis occupatus ſim negocijs, non poſſum tuis rebus intendere: non dicendum eſt, Me diſtracto multis negocijs non poſſum tuis rebus animum intendere: ſed, Multis occupatus negocijs non poſſum &c. Nam prima oratio, & ſecunda, eodem ligantur ſuppoſito. Præterea nomina dignitatum concreta poſita cum nominibus proprijs eorum, qui illis dignitatibus functi ſunt, in ablatiuum transferuntur: vt, Cicerone conſule repreſſa eſt, & extincta Catilinæ coniuratio. Annibale Carthaginienſium duce vaſtata eſt Italia. Nec debet expreſſè ibidem poni participium, exiſtens, in ablatiuo, verùm ad explicandam orationem poteſt ſubaudiri,

Vergilius in.vij.Æneid.Non vobis rege Latino Diuitis Vergilius vber agri,Troiæ ue opulenta deerit. Idem in Bucolicis, Teq́ adeò decus hoc æui te conſule inibit. Octauius Cæſar Iulij in imperio Romano ſucceſſor,qui toto orbe ditioni Romanorum ſubiecto, diutius optatam pacem pacato orbi reſtituit: ſub quo humani generis pijſſimus ſeruator ſalutiferam hominibus attulit pacem, quũ huic orbi natus hominem merito damnatum exilio, offenſo patri reconciliauit Dionyſius Siciliæ tyrãnus crudelis, & ſacrilegus,cui eodem nomine,& moribus filius in tyrannidem ſucceſſit.Hic tandem ob ſuorum immanitatẽ flagitiorum Syracuſis pulſus, Corinthi ludum literariũ aperuit:vt narrat Valerius.

De Genitiuis cum poſſeßiuis pronominibus.
Præceptum CLXX.

Licet etiam tam grammaticè,quàm oratoriè genitiuos quorũcunq; caſuum cum poſſeßiuis quocunq; caſu prolatis coniungere,quod & Priſcianus tradit:vt,Mea cauſa venit,& cæterorum amicorũ. Meum agrum,& Marci Antonij populati ſunt. Tuo amico,& fratris gratificare.Tuum imperatorem ſectare,& Coriolani.Noſter,ac fratris amicus.Sua ille confidit, & ciuium prudentia.Atq; ita figuratur cõſtructio in omnibus poſſeßiuis. Hinc Terentianum illud, Meo præſidio,atq; hoſpitis.

¶Licet &c.Autor hic de venuſta genitiui complexionẽ quinq; cum pronominibus poſſeſſiuis mediante copulatiua, &, coniunctione meminit. Et duo facit. Primò præceptum ponit. Secundò eius exempla ſubiungit.Secundum ibi,Vt mea.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Pronomini poſſeſſiuo in quolibet caſu poſito poteſt Expo.Clich. per cõiunctionem copulatiuã adiungi genitiuus rectus à ſubſtãtiuo pronominis poſſeſſiui: vt,Meã & fratris vi-

litatem quæro. Tuum & patris negocium cures. Tuo & amicorū auxilio ſum ſubleuatus. At ſine cōiunctione media pronoīa poſſeſſiua adiungūtur iſtis genitiuis Vnius, Solius, Ipſius, Cuiuſq;, Duorum, Ipſorū, Triū, Omniū, Plurium, Paucorum, in quocunq; numero, genere, & caſu, ipſa pronomina conſtituta fuerint. Item & participijs præſentis temporis tam ſingularis, quàm pluralis numeri. Cicero, Dico mea vnius opera rempublicam eſſe liberatam. Idem, Et tuo ipſius animo coniecturam ceperis. Sic rectè dicimus, Tua ſoli⁹ culpa plectimur omnes. Noſtra omnium ſalus in deo conſtituta eſt. Meum ſcribentis librum non auferas. Noſtra ſtudentium cura circa literas verſari debet. Ouidius, Et fleſti, & noſtros vidiſti flentis ocellos. Poſtponitur etiam poſſeſſiuis quocunq; genere, numero, aut caſu poſitis, relatiuum referēs perſonam poſſidentem per pronomen poſſeſſiuum denotatam: vt, Accepi literas tuas, qui es mihi amiciſſimus. Suſcepi tua munera, qui es mihi benefactor ampliſſim⁹. Ouidius, Et mea ſcripta legis, q ſum ſubmotus ad Iſtrū.

Cicero

Ouidius.

Ouidius

Coriolanus. Coriolanus, poſſeſſiuum eſt deductum à Coriolis vrbe Volſcorum, quo cognomento dictus eſt Æneus Martius inter Romanos vir illuſtris, quòd prædictam Volſcorum vrbem ceperit. De quo Plinius libro primo de viris illuſtribus meminit.

De nominatiuo poſſeſſiuo cum genitiuo poſſeſſoris.

Præceptum CLXXI.

IDq; penitus inſpiciendum ſit, quandoq; etiam diſcretionis, ſeu abundantiæ cuiuſdam cauſa, ſolet addi cū genitiuo poſſeſſoris & nominatiuus poſſeſſiuus: vt, Suus eſt Caij Cæſaris mos. i. eius, & non alterius. Suus Titij filius hæres teſtamento conſtitutus eſt. Suus (vt ipſe quoq; Priſcianus exponit) ad diſcretionem eius pertinet, qui ſecundum leges ſuus non eſt. i. ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Suus autem pro vniuſcuiuſq; pro

prio accipitur: quod ipſum apud viros eloquentiſſimos frequens eſt.

¶Idq; &c. Hîc autor poſſeſſiuũ Suus pronomen in nominatiuo poſitum ornatè genitiuo poſſeſſoris diſcretionis cauſa copulari docet. Et tres habet partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. In tertia, quid pronomen Suus importet, cõcludit. Secunda ibi, Vt ſuus. Tertia ibi, Suus vt ipſe.

Explanatio Clichthouea na.

¶Suus ſine coniunctione media poteſt iungi genitiuo poſſeſſoris ad maiorem diſcretionem, & certitudinem: vt, Sua patris beneuolentia. Suum Ciceronis ingenium. Sententiæ quidem neceſſitas non exigit pronomen addi poſſeſſiuum, ad cæterorum tamen excluſionem, & certiorem attributionem additur. Præterea, Suus proprius eleganter habet poſt ſe obliquos ſingulares huius nominis Quiſq;: vt, Scire velim quæ ſit ſua cuiuſq; ſententia. Quintilianus, Sua cuiq; ſunt vitia. Sua cuiq; propoſita eſt lex. Suus cuiq; decor. Perſius, Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno. Teren, Suus cuiq; mos. Vergilius, Trahit ſua quẽq; voluptas.

Expoſi. Io. Clichtho.

Quintilian⁹. Perſius Vergilius

Quid diſtant Die quarto, & Die quarta.

Præceptum CLXXII.

Die quarta (vt Nonius Marcellus etiam teſtis eſt) & Die quarto, non idem ſignificant, ſed maſculino genere præteritum tempus deſignatur, fœminino futurum: quod venuſtiſſimi tamen aliter protulerũt, vt ſit Die quarto, pro eo quod aliter Nudiuſquartus dicitur. Die tertio, Nudiuſtertius. & itidẽ de alijs.

¶Die quarta &c. Autor hîc harum diſtantiam orationum Die quarta, & Die quarto recitat. Et duo tangit. Primò falſam Marcelli opinionem. Secũdò falſam vetuſtiſſi

morum ſententiam. Secundum ibi, Quod vetuſtiſſimi.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Nomē Dies cum maſculino genere nominis ordinalis poſitum præteritum tempus apud antiquos ſignificabat: vt, Die tertio. i. nudiuſtertius. qđ barbari dicūt, ante heri Die quarto, nudiuſquartus. & ita deinceps. Sed fœminino generi nominis ordinem ſignificātis additū, ſignificabat tempus futurum: vt, Die tertia. id eſt, perene die. quod inepti dicunt, poſt cras. Sic Die quarta. id eſt, ſequente diem perendinum. Hæc tamen differentia non vſquequaq; ſeruata ab autoribus conſpicitur, quin potius Dies in maſculino genere diurnum tempus ſiue præteritum, ſiue futurum ſignificet: in fœminino autem genere tempus incertum, & longam temporis moram notat. Longa dies homini docuit parere leonem. Longa dies hominem expertum reddit, ac efficit.

Quid intereſt inter Tua cauſa: &, Tui cauſa feci.

Præceptum GLXXIII.

MEa cauſa, & Mei cauſa: Tua cauſa, & Tui cauſa, & ita in alijs pronominibus poſſeſsiuis, vt doctiores teſtātur, dici poſſunt ſine vllo diſcrimine, nec procedit illa differentia, à quibuſdam non indoctis excogitata.

¶Mea &c. Impræſentiarū autor has nihil diſtare orationes Mea cauſa, & Mei cauſa, & ſic de ſingulis alijs demōſtrat. Et duas habet partes. In prima, præceptionem ponit. In ſecumda, Seruium carpit de earum diſcrepantia. Secunda ibi, Nec procedit.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Autor Seruium ſecutus inter has orationes, Tua cauſa feci, & Tui cauſa feci, differentiam ponit his verbis: Tua cauſa feci, & Tui cauſa feci (ne præter veterum, & doctorum conſuetudinem aliquid efficiamus) inter ſeſe haud mediocriter diſcernūtur. Nam Tui cauſa dicimus,

ſiquid ei,ad quem ſermonem vertimus, præſtiterimus: ut,Tui cauſa ad Antonij caſtra profectus ſum.quod eſt, te tuēdi gratia.Sed Tua cauſa,cùm tua(vt ita dixerim) cōtemplatione aliquid alteri præſtiterimus:vt, Tua cauſa fratris tui cauſam ègi.Verùm Lauren. Valla de lingua Latina bene meritus.j.cap.ij.lib.elegātiarum clarè oſtendit hanc differentiam à priſca doctiſſimorum virorum autoritate,& vſu, longè eſſe alienam,probatq́ non inualidis exemplis nihil intereſſe inter has orationes, quibus nomen Cauſa cum poſſeſſiuis pronominibus, aut genitiuis primitiuorum iungitur.Quem imitatus Gui. Iuuena. in lingua Latina non mediocriter eruditus, hunc autoris textum altero, qui commentario præmittitur,textu permutauit,verioreḿq Lauren,Vallę ſententiam paucis explicuit. Vnde aliqua ſunt nomina, quæ pronominibus poſſeſſiuis iungi quidem poſſunt, ſed nō genitiuis primitiuorum:vt,Tua virtus:non,tui.Mea longitudo:non,mei.Sua pulchritudo,noſtra prudentia,veſtra probitas: non ſui, noſtri, veſtri. Alia ſunt, quæ ſine vllo diſcrimine,in eadeḿq ſignificatione & poſſeſſiuis iunguntur, & genitiuis primitiuorum: vt mea cauſa, & mei cauſa:mea fama, mea imago,mea forma,& mei.Terentius, Hem tot mei ſoliciti ſunt cauſa, vt me expleāt. Potius tamen,& vſitatiùs(vt ſentit Laurentius Valla) poſſeſſiuis pronominibus adiunguntur. Alia & genitiuis primitiuorum , & pronominibus poſſeſſiuis iunguntur, hac differentia, quòd genitiuis primitiuorum adiuncta paſſiuam habent ſignificantiam:poſſeſſiuis autem addita , actiuam : qualia ſunt, amor , odium , faſtidium, copia,vtilitas,vſus,memoria,& ſimilia:vt,Amor meus, quo ego amo : Amor mei , qui habetur de me. Ouidius,Vror amore mei. Vergilius,Victus amore tui, cognato ſanguine victus. Sic odium meum, quod in alterum habeo:odium mei, quod quis habet in me.Memoria mea,quam de aliqua re habeo:memoria mei, quę habetur de me. Deniq́ aliqua & genitiuis primitiuorum, & poſſeſſiuis pronominibus differenter iungūtur,

Terentius

Ouidius

Vergilius.

non eadem qua præcedentes dictiones differentia, ſed altera, quòd ſcilicet cum genitiuis primitiuorum adiuncta partem integralem, vel aliud quippiam eſſentiale rei ſignificatæ per illum genitiuum pronominis important: at cum poſſeſſiuis adiuncta partem poſſeſſionis, aut quicq̃ extrinſecam habitudinem ad rem à pronomine demonſtratam retinens ſignificant: qualia ſunt, pars, dimidium, medium, membrum, quid, aliquid, multum: vt, Pars mea, id eſt, à me poſſeſſa: pars mei, id eſt, corporis. Dimidium meum, quod poſſideo: dimidium mei, id eſt, medietas corporis. Quare nihil tui habens, bene aliquid tuum habeo.

De differentia inter genitiuos primitiui, & poſſeſſiui.
Præceptum . CLXXIIII.

HI genitiui primitiuorum Mei, Tui, Sui, Noſtri, & Veſtri, ſemper capiuntur paſſiuè: vt, Hic gerit curam noſtri. id eſt, curat nos, ſeu curamur ab illo. At, Mis, Tis, & Sis, Noſtrum, & Veſtrũ, capiebantur actiuè, & poſſeſſiuè, ſed Mis, Tis, & Sis exoluerũt. i. ab vſu receſſerũt: Noſtrum verò, & Veſtrum, partitiuè ſæpe ponuntur: vt, Nemo noſtrum, Nullus veſtrum. quorum locum occupant, & naturam pronomina poſſeſſiua, Meus, Tuus, Suus, Noſter, & Veſter.

¶Hi genitiui &c. Hîc autor diſcrepantiam inter primitiuorum genitiuos trium pronominum, & deriuatiua poſſeſſiua oſtendit. Et duo agit. Primò duplices genitiuos primitiuorum pronominum & paſſiuos, & actiuos eſſe ſupponit. Secundò poſſeſſiua pronomina actiuorum loco capi genitiuorum, ſiue fuerint in vſu, ſiue non, concludit. Secundum ibi, Sed mis.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſ. Iod. Clichtho. ¶Priſciani ſentẽtiam ſecutus autor ponit genitiuos primitiuorum Mei, Tui, Sui, differre à poſſeſſiuis, quòd

hæc duplicem, illa verò ſimplicem poſſeſſionem denotent, ſic inquiens: Et quia aliquid de his, quæ ad poſſeſſionem ſpectant locuti ſumus, haud ab re fuerit differentiam illam proferre in medium, quæ inter genitiuos primitiui eſt, & poſſeſſiui, vt Mei, Tui, Sui, Noſtri, & Veſtri. Quā tandem pulcherrime Priſcianus exponit. Vox nanq; eſt eadem, ſed vis ipſa longè diuerſa, cùm genitiui primitiui ſimplicem ſignificent poſſeſſionem, poſſeſſiui verò duplicem: vt mei amicus, id eſt, meus amicus. Sed mei filij amicus, duplicem poſſeſſionem continet, alteram meam in filio, alteram in amico. Quod eò ſubiecimus, ne quum ornatum requirimus verborum, vim ignoremus ipſam, atq; in errorem quempiam incidamus. Sed nunc inſtitutum proſequamur. Hæc autor. Verùm Laurentius Valla primo ſecundi libri elegantiarum capite manifeſtè oſtendit genitiuos primitiuorum paſſiuè capi. Cuius quum rationibus, tum exemplis inductus Guido Iuuena. textum autoris, hoc ante commentarium prefixo textu commutauit, ac Laurentij Vallæ determinationem breuibus perſtrinxit, qua primùm differit genitiuos primitiuorum Mei, Tui, Sui, Noſtri, & Veſtri, ſemper apud autores paſſiuè capi: vt, Deſyderio tui huc veni. Te mei (vt arbitror) cępit tædium. Quare nominibus poſſeſſionem, aut proprietatem accidentalem denotantibus (quòd hæc actiuè ſignificent, & poſſeſſiuè) hi genitiui non iunguntur: vt non rectè dicimus, Liber mei: aut, anima mei. Erant prædictis pronominibus primitiuis, & alij genitiui, ſcilicet Mis, Tis, Sis, actiuè, & poſſeſſiuè ſignificantes. Vnde (vt coniectura deriuationis ducor poëtæ in datiuo ſingulari interdum Mi dicunt, pro Mihi. Vergilius, O virgo noua mi facies, inopináue ſurgit. Ouidius, Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi Arcadiæ vaſtator aper. Cæterùm hæc tria Mis, Tis, Sis, ab vſu receſſerunt, & Noſtrum, & Veſtrum (quę partitionem ſignificant) partitiuis nominibus adiungi debent.

Vergilius.
Ouidius.

vt, Quiſq; noſtrum hoc facturus eſt. Nemo veſtrum hoc fecit. Genitiuorum autem quōdam actiuè ſignificantiū, locū obtinent pronomina deriuatiua, & poſſeſſiua, meꝰ, tuus, ſuus, noſter, & veſter, ſemper actiuè capta: vt, Meū deſyderium, quo aliquid deſydero. Meū tædium, quod in alterum habeo. Quàm differenter ergo genitiui primitiuorū, & pronomina poſſeſſiua eiſdem nominibus vel vt dictiones rectæ, vel vt adiectiua iungãtur, ſuperiori præcepto abundè dictum eſt, & à Laurentio Valla in principio ſecundi elegantiarum libri diffuſius declaratū.

In mentem venit.

Præceptum CLXXV.

HÆc res mihi in mentem venit. Dicitur & cum genitiuo, Huius rei mihi in mentem venit. Nec mihi curæ eſt, an pro nominatiuo genitiuus poſitus ſit. Vtrunq; verò non ſolum poëtæ, ſed etiam Marcus Cicero vſurpauit.

¶Hæc res &c. Hîc autor ſignificantiã orationis, In mentem venit, ſiue nominatiuo, ſiue genitiuo iungatur, vſurpatam apud & oratores, & poëtas exprimit. Et litera diſtributione non eget.

Elucidatio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶In mentem venit, pro occurrit, nominatiuum interdū ante ſe habet: vt, Ille dies mihi in mentem venit, quo à te diſceſſi. Interdum nominatiuus ille in genitiuum trãſit: vt, Illius facti mihi in mentem venit. Terentius. Terentius, Quum eius aduenti mihi in mentem venit. Interdum neq; nominatiuus, neq; genitiuus ei adiungitur, ſed ſubſequitur integra oratio, locum ſuppoſiti obtinens: vt, Non mihi in mentem venit, quid tibi dicturus eram. Vergilius Vergilius, Nō venit in mentem quorum conſederis aruis. Sic dicimus, Cogitanti mihi quid ad te ſcripturus eſſem, in mentem venit te de mea valetudine certiorem facere. Non venit mihi in mentem illi ſalutem dicere. Quum autem genitiuus præponitur, ſubauditur nominatiuus, Recordatio. Cicero.

Cicero, Huius temporis venerat in mentem. ſubaudiendum eſt, recordatio huius temporis.

De temporum commutatione.

Præceptum CLXXVI.

ORatores, ſicut & poëte, perſæpe & præſentibus temporibus vtuntur pro præteritis, nonnunq̃ & pro futuris, verũ id quidẽ multò rarius. Sed contrà haud crebrò fit, niſi fortè Inquam verbum, quod futuri temporis eſt, præteriti loco, vel præſentis accipiamus. Sed multa, quæ ſuper his dici poſſunt, in aliud quoq; tempus ſeruamus.

¶Oratores &c. Autor hîc temporum commutationem in verbis, & venuſtam, & vſitatã eſſe apud tum poëtas, tum oratores diſſerit. Et duo facit. Primò quod dictum eſt. Secundò excuſationem apponit. Secundum ibi, Sed multa quæ ſuper.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Temporis pro tempore commutatio plerũq; ab autoribus vſurpatur. Teren. Quod ſi fit, pereo funditus. i. peribo. Vergi. Et omnis humo fumat Neptunia Troia. i. fumauit. Et poteſt hæc temporum commutatio ſex modis fieri. Primò præſens in præteritum. Secundò præſens in futurum. Tertiò præteritum in præſens. Quartò præteritum in futurum. Quintò futurum in præſens. Sextò futurum in præteritum. Quorum omnium exempla tum ex poëtis, tum ex oratoribus abundẽ occurrent, ſiquis accuratius eorum ſcripta lectitauerit. Expõ Clich. Terentius. Vergilius

Similis datiuo, & Plenus genitiuo iungitur.

Præceptum CLXXVII.

SImilis, & Plenus nomina (quorũ prius datiuo iungitur, poſterius etiam ablatiuo) oratores vt plurimum, ac ferè ſemper genitiuo iungũt: vt, Similis es tuorũ maiorũ. Dignitatis, & officij es plenus. Nõnunq̃ verò, ſed perrarò, proferũtur, cum ſuperioribus caſibus.

¶Similis &c. Impræſentiarũ autor horũ nominum *Simi lis*, & Plenus, & cõſtructionem, & vſurpationem apud oratores, grammaticosq́ manifeſtat. Et duas habet partes. In prima, præcipit. In ſecunda, exemplificat. Secũda ibi, Vt ſimilis es.

Declaratio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Similis, nomen genitiuo iunctũ, morũ, & factorũ frequentius ſimilitudinem ſignificat: vt, Hic ſui patris, & optimi quidem viri, eſt ſimilis. Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patris. Sed datiuo iunctũ ſimilitudinem figuræ corporalis, & membrorũ potius denotat. Verg. Omnia Mercurio ſimilis, vultumq́, coloremq́. Idem, Os, humerosq́ deo ſimilis. Plenus verò interdum ablatiuo iungitur: vt, Liberalitate, & beneuolentia plenus. Frequentius tamẽ cũ genitiuo: vt, Hic virtutis eſt plenus, & probitatis. Sic Refertus. id eſt repletus, aliquãdo ablatiuũ habet: vt, Refertus laude. Aliquãdo genitiuũ: vt quũ trãſit in vim nominis: vt, Audiui eã vrbem ſceleratiſſimorũ hominũ eſſe refertiſſimam. Hic locus doctorum virorũ refertus eſt.

Vergilius

Vt imperatiuis ſubiunctiua verba iunguntur.

Præceptum CLXXVIII.

SÆpenumero etiam maioris ſignificantiæ cauſa vel ornatiſsime imperatiuis ſubiunctiua verba iunguntur: qđ Cicero ſæpe efficere ſolebat: quale eſt illud, Cura vt vir ſis. Et alio loco ſcribens ad filium, Effice, & labora, vt excellas.

¶Sæpenumero &c. Hîc autor de eleganti ſubiunctiuæ orationis ſitu, aut optatiuæ, poſt imperatiuam meminit. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò exornat. Secundum ibi, Quale eſt.

Expoſitio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Poſt verbum imperatiui modi ornatẽ ponitur verbum futuri temporis optatiui, vel præſentis cõiunctiui. Siquidem quod verbo imperatiuo imperamus, aut admonemus, vt quis faciat, ſequente verbo optatiui, vel cõ

iunctiui modi cōmodè explicamus. Et id quidem coniū ctione, vt, nonnunq̄ interpoſita. Cicero, Cura vt valeas. Effice vt omnes te ament, & commendent. Interdum eleganter omittitur particula; vt. Prudentius, Fac cùm vocante ſomno caſtum petis cubile, Frontem, locumq́ cordis, crucis figura ſignes. Vergilius, Inſani feriant ſine littora fluctus. Ouidius, Mœnia fac condas, Bœotiaq́ il la vocato. Sic dicimus, Fac me ames. Cicero Prudentius Vergilius. Ouidius.

Curritur, cœnatur, prandetur.
Præceptum CLXXIX.

Decurritur ſpacium, cœnatur rhombus, prandetur turtur, & conſimilia pulcherrime dicuntur.

¶Decurritur &c. Autor hîc verba neutra, abſolutaq́, paſſiua reperiri in voce demonſtrat. Et litera nō partitur.

Explanatio Clichthoueana.

¶Verba neutra interdum tranſeunt in vim verborum tranſitiuorum, & accuſatiuum habent, & vocem paſſiuam; vt, Magnum decurri ſpacium. Prandebimus piſcem. Cœnabimus panem. Hinc paſſiuè dicimus, ſpacium decurritur, piſcis prandetur, panis cœnatur. Et hoc non modò de verbis neutris tranſitiuis, quæ vocem paſſiuam ſolùm in tertijs perſonis (niſi per proſopopœiā eis & in prima, & ſecunda vtamur) habent, id verum eſt, quinetiam de abſolutis: vt, Pater defletur à filijs. Frater à me deploratur. Hinc participia præteriti temporis plerumq́ à verbis neutris formata inueniuntur, vt regnatus, triumphatus, fletus deploratus, intratus, requietus, uigilatus. Vergilius, Acri quondam regnata Lycurgo. Idem, Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho. Ouidius, Viſaq́ & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ. Idem, Et deplorata colonis Vota iacent. Idem, Da requiem, requietus ager benè credita ſeruat. Idem, Non mihi grata dies, noctes vigilantur amare. Expoſi. Io. Clichtho. Vergilius Ouidius

Vt tranſitiua verba abſolutè proferuntur.

Præceptum CLXXX.

ATq; vt abſoluta interdũ verba obliquis caſibus iunguntur, ita tranſitiua quoq; nõnunq̃; nõ ſolùm pro grammaticorum more, ſed etiã pro oratorum conſuetudine, abſolutè proferuntur, præſertim verò ſiqua ſui paßio cum actione ipſa ſignificatur. qualia illa ſunt, amo, lugeo, rideo, metuo, quæ quum tranſitiua ſint, tamen abſolutè proferuntur.

¶Atq; &c. Impræſentiarum autor tranſitiua verba, ſiue actiua, ſiue neutra fuerint abſolutè plerũq; locari dicit. Et duas continet partes. In prima præcipit. In ſecunda, exẽplificat. Secunda ibi, Qualia illa ſunt.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſſ. Iod. Clichthoue. ¶Quòd abſoluta vim tranſitiuorum habentia, obliquis iungant, q̃ plurima autorũ exempla manifeſtè comprobant. Vergilius, Formoſum paſtor Corydõ ardebat Alexim. id eſt, ardenter amabat. E diuerſo tranſitiua interdum tranſeunt in vim, & naturam verborum abſolutorum, & ſine obliquo ponuntur, præſertim quum paſſionem actioni coniunctam ſignificant. Ouidius, Et ſi quid faciam nunc quoq; quæris, amo. Vergilius, Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem. id eſt, amore capta. Ouidius Ridere abſolutè ponit, quum dicit, Riſit, & ò vatum ſtolidiſſime falleris inquit, Vergilius autem tranſitiuè, quum inquit, Ille dolum ridens. Sic quũ dicimus, Lugeo patrem, tranſitiuè ponitur. Nam accuſatiuum regit, in quem ſuus tranſit actus. At quum dicimus, Mœrore confectus lugeo, ibi abſolutè ponitur, quum non regat obliquum, in quem ſuus tranſit actus. Sic, Doleo caſum tuum: ſed melius, Caſus tuus mihi dolet.

Ouidius
Vergilius
Ouidius
Vergilius,

De terminatis in bundus.

Præceptum CLXXXI.

Quæ in bundus exeunt nomina, non tam ſimilitudinem ſignificant (quod pleriq; arbitrãtur) quàm abundantiam quandã potius, ac vehementiã: vt gloriabundus, nõ tam glorianti ſimilis, quàm abundè ſeſe, vehementerq́; efferens: quã opinionem eloquentium, atq; eruditiſſimorum hominum vbiq; teſtimoniis comprobatam, tu quoq; firmiter amplectere. Nã (vt alios omittam) Aulus Gel. autor probatiſſimus, ex ſententia quoq; doctiſſimi Appollinaris, inquit, Errabũdus dicitur, qui longo, atq; abundanti errore eſt. & tu quoq; eiſdem vtere nominibus,

¶Quæ in bundus &c. Hîc autor verbalium expoſitionem nominum in bundus grammaticos carpendo explanat. Et tria agit. Primò præceptionem dat. Secundò exornat. Tertiò ad maiorum imitationem illa verbalia nomina ita exponentium nos hortatur. Secundum ibi, Vt gloriabundus. Tertium ibi, Quam opinionem.

Explanatio Clichthoueana.

¶Vt decimi Noctium Atticarum libri capite decimoquinto teſtatur Aulus Gellius, nomina in bundus terminata non ſignificant ſimilitudinem, ſed potius abundantiam, & vehementiam, & exponuntur per participium præſens illius verbi à quo deſcendunt, adiuncto hoc aduerbio vehementer, aut abũdanter: vt ſitibũdus, vehementer ſitiens: lætabundus, vehementi lætitia perfuſus: furibundus, meditabũdus, vehementer furens, & meditans. Moribundus, iamiam moriens. Vergilius, Cui me moribundam deſeris hoſpes? Expoſi. Io. Clichthouei. Vergilius.

De Fretus. *Præceptum* CLXXXII.

Fretus, a, um, incertæ originis, ablatiuo iũctum, pulcherrimum eſt: & ſignificat ferè cõfiſum, atq; munitum: vt, Veſtra humanitate fretus. Veſtra ſapiẽtia, non mea virtute fretus.

¶Fretus &c. Huius ſignificantiam nominis Fretus, atq; conſtructionem hîc autor ponit. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò eius exempla. Secundum ibi, Vt veſtra.

Declaratio Clichthoueana.

Expõ. Clich. ¶Fretus incertæ originis eſt, quia non apertè conſtat à quo formetur. Non enim à Fruor deducitur, quum ſignificatio dictionis Fretus à ſignificatione verbi Fruor aliena ſit. Eſt enim Fretus, confiſus, & fiduciam habens: quare non tam participium, quàm nomen cenſendum eſt, quamuis vocem, regimen, & ſignificationem participij habeat. Ablatiuum ſine præpoſitiõe requirit: vt, Tuo fretus præſidio, non meis viribus, hoc faciam. Terentius, Dauum optime video, cuius conſilio fretus ſum.

Terentius.

Certiorem facere.

Præceptum CLXXXIII.

Certiorem facere, vſitatè, ac frequenter in epiſtolis vſurpatur. Nam facio te de hac re certiorem: id eſt, tibi ſignifico hanc rem: vt, Sæpiſſime velim me de tua valetudine facias certiorem.

¶ Certiorem &c. Frequentem orationis complexę ex accuſatiuo Certiorem, & Facio verbo, & vſum, & ſignificationem autor hîc exprimit. Et diſtributione non opus eſt.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Certiorem facere: vel efficere, eſt ſignificare: & iungitur genitiuo recto à comparatiuo: vt, Me tuarum rerum certiorem facias velim. vel ablatiuo cum præpoſitione De: vt, Me de tuis rebus certiorem facias. Quod ineptè dicitur, facias mihi ſcire. In voce paſſiua comparatiuus accuſatiuus in nominatiuum mutatur: vt, De tuis succeſſibus factus ſum certior. Cicero ad Lentulum, Legi tuas literas, quibus ad me ſcribis gratum eſſe, quòd crebrò

Cicero.

certior per me fias de omnibus rebus. Nec in oratione ſoluta dicendum eſt, Facere certum: q̃uis poëtæ gratia carminis interdum ſic dixerint. Vergilius in.iij.Ænei. An Vergilius chiſen facio certum, remq; ordine pando.

De habeo.

Præceptum CLXXXIIII.

HAbeo, varia conſtructione figuratum plurimum ornatus habet: vt, Bene hæc res ſe habet. Et ita, Bene habeo me. Et cum participijs: vt, Bene me habens redeo rure. Et contrarium aduerbium ſimiliter ei verbo iungitur, quod eſt, Male.

¶Habeo &c. Hîc autor elegantem verbi Habeo com plexi cum aduerbijs Bene, & Male, tum vſurpationem, tum ſignificantiam explanat. Et duo facit: Primò inſti tuit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt bene.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Habeo, verbum habens nominatiuum ante ſe pro ſuppoſito, & accuſatiuum poſt ſe eiuſdem perſonæ, & ad idem pertinentem, ſignificat aliqua eſſe valetudine, vel bona, vel mala, pro qualitate aduerbij adiuncti: vt, Bene me habeo. Tu male te habes. Res bene ſe habet. id eſt, bene ſuccedit. Quum autem nominatiuus ante verbum rectus, & accuſatiuus poſt verbum ad diuerſa ſpectant, ſignificat lætitiam, aut triſtitiam afferre: vt, Tua felicitas bene me habet. id eſt, delectat me. Tua aduer ſitas male me habet. id eſt, uexat, et torquet me. Teren tius, Præter ſpem euenit ſcio, hoc male habet uirum. id eſt, affligit. Alia huiuſce verbi ſignificata (nam plura ſu perſunt) huic loco impertinentia conſultò relinquimus, ex alijs locis perquirenda diligentius. Expoſt. Iod. Clichthoue. Terentius.

De participijs futuri temporis.

Præceptum CLXXXV.

PArticipia ſæpenumero futuri tēporis ornatiſsimè vſurpantur: vt, Scripturus ſum ad Scipionem literas. quod eſt ferè, debeo ſcribere. Et aliud, Tu ad ædes cras iturus es. quaſi, ire debes. Cicero eſt Athenas profecturus. id eſt, debet Athenas proficiſci. Plautus in Cyprum traiecturus eſt. ferè eſt, nauigare debet in Cyprum. Quod idcirco ita expoſuimus, quoniam quis propriè nauigare, id eſt trāsmittere, & ſoluere de eo loco dicitur, vnde proficiſcitur. Is demum traijcere dicitur, qui rate vehitur ad eum locum, quò proficiſcitur: vt, Cicero ſoluit Athenis, & in Aſiam traiecit. Verùm ad propoſitum redeundum eſt. Illa igitur participia, quæ à verbis manant paſsiuis, & paſsiuè quoq; exponi debent: vt, Cuius inſons animus eſt, multandus non eſt. id eſt, multari, & puniri non debet. Sontes accuſandi ſunt. id eſt, accuſari debent. Vir flagitioſus eſt trudēdus in carcerem. id eſt, conijciendus in vincula. & ita reliqua exponantur, vt ſuprà diximus. Nec tamen negauerim quin eorundem participiorum alia quoq; ratio ſit, ſed ea nos modò proſequimur impræſentiarum, quæ venuſtius eloquium reddant.

¶ Participia &c. Impræſentiarum autor venuſtum participiorum futuri temporis tum in rus, tum in dus, vſum promit. Et quatuor diſtribuitur in partes. In prima, participia in rus actiuè ſignificantia exponere docet. In ſecunda, digreſſionem facit de Soluo, & Traijcio verbis. In tertia, participiorum in dus paſſiuè ſignificantium expoſitionem notat. In quarta, ſe excuſat ab aliarum declaratione expoſitionum. Secunda ibi, Quod idcirco. Tertia ibi, Verùm ad propoſitum. Quarta ibi, Nec tamen.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Participia futuri temporis in rus terminata, duobus Expoſi.Io.
modis exponuntur. Primò per futurum tempus indi- Clichtho.
catiui: vt, Spero Ioannem venturum eſſe. id eſt, quòd ve-
niet. Audiui patrem hîc propediem affuturum. Et ele-
gantius participio in rus decoratur oratio, quàm futuro
indicatiui: vt, Tabellarius cras profecturus eſt. id eſt, pro
ficiſcetur. Secundò exponuntur per verbum Debeo,
& infinitiuum ſui verbi. Ouidius, Per quod ſæpe ieras, Ouidius
per quod iturus eras. id eſt, ire debebas. Eram arduum
(neſcio quid) facturus. id eſt, facere debebam. Sum ti-
bi aliqua dicturus. id eſt, debeo dicere. Participia
autem in dus trifariam exponi poſſunt. Primò per fu-
turum indicatiui paſſiuæ vocis: vt, Hoc negocium
abs te agendum eſſe intellexi. id eſt, quòd agetur.
Secundò per verbum Debeo, & infinitiuum vo-
cis paſſiuæ. Quintilianus, Non ſit præceptor eorum, Quintilian⁹.
quæ emendanda erunt, diſſimulator. id eſt, quæ emen-
dari debent. Ingenium aſſiduo ſtudio excolendum
eſt. id eſt, excoli debet. Tertiò per nomen Dignus,
& infinitiuum paſſiuę vocis: vt, Qui virtutem ample-
ctitur, laudandus eſt. id eſt, dignus laudari. Qui ho-
neſtam ducit vitam, meritò ingenti laude efferendus
eſt. Soluere, eſt retinacula nauem in portu alligan-
tia diſſoluere: quod faciunt nautæ mare petituri. & Ouidius
ergo de loco dicitur, à quo quis recedit. Ouidius, Au-
ra dabit zephyros, tu modò ſolue ratem. Traijcere ve-
rò eſt mare, aut fluuium pernauigando, nauem ad ali-
quem locum ducere. Et dicitur de loco, ad quem
quis nauigare ſtatuit: illumq; in accuſatiuo præpoſi-
tione In adiuncta petit: vt, Hic ſoluit Roma, & in
Galliam traiecit. Tranſmittere, eſt nauem per flu-
uium ducere. Vergilius, Stabant orantes primi tranſ- Vergilius
mittere curſum. Sons, nocens, flagitioſus. Inſons,
innocens, innoxius. Multo, reiecta, c, eſt capitis ſuppli
cio, vel pecunia punire: vt, Hic multatus eſt graui
pecunia. Inde Multa, tæ, eſt alicuius criminis in pecu-
nia, vel corpore punitio: vt, Hic multa capitis dãnatus

eſt; ille verò multa pecuniaria crimen diluit.

De Repeto.

Præceptum CLXXXVI.

QVid Repeto? nónne perpulchrè ponitur ſiquid ei acceſſerit, neq; datiuus ſolùm caſus, ſed etiã ablatiuus? vt, Repeto hãc rem memoria. quod non teneo memoria ſignificat (vt permulti exiſtimant) ſed potius memoria voluto, & reminiſcor, & quaſi obliuioni data rurſum inueſtigo memoria. Hoc nos vti verbo ornatiſsime poterimus, quoniã eodem & veteres eloquentiſsimi vſi ſunt. Hinc illud de oratore Ciceronis libro, Cogitanti mihi, ac memoria repetenti. Et Affricanus à M. Næuio tribuno plebis accuſatus, quòd ab Antiocho pecuniam accepiſſet, commodiſsime eo verbo vſus: Memoria (inquit) Quirites repeto hunc diem hodiernũ eſſe, quo Annibalem Pœnũ inimiciſsimum huic imperio vici in Africa, & perpetuam pacem vobis, ac victoriam peperi inſuperabilem. Verùm captus ingenti voluptate longius in Africani verbis referẽdis progreſſus ſum. Quamobrem ad noſtrum inſtitutum referat ſe oratio.

¶Quid repeto &c. Hîc autor quibus cũ caſibus Repeto conſtruatur elucidat. Et tria facit. Primò præcipit. Secundò exemplificando eius verbi ſignificantiam manifeſtat. Tertiò ſeipſum carpit de nimia verborum ambage. Secũdum ibi, Vt repeto. Tertium ibi, Verùm captus.

Expoſitio Clichthouena.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Repeto præter duas notas ſignificationes, quib9 ſignificat aut redire: Vergilius, Ipſe vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis: aut repoſcere: vt, Ioannes repetit à me depoſitum, iſti ablatiuo Memoria iunctum ſignificat, quod animo exciderat rurſum in memoriam reducere, & iterum poſt obliuionem meminiſſe: vt, Id ſæpius

mecum cogitaui, verùm memoria repetere non poſſum, quo in loco librum meum poſuerim, memoria repetere nequeo. Memoria repeto hunc diem hodiernum eſſe, quo hanc vrbem primùm acceſſi. Annibal Carthaginiẽ. dux Romanis infeſtiſſimus, ſuperatis Alpibus Italiam occupauit. Romanorum exercitum quum ſæpius, tum apud Trebiam, & lacum Traſumenum, & Cannas, maxima clade profligauit, & ſexdecim annis eam inſidens, igni, ferroq; vaſtauit. Verùm à Scipione Africano Romanorum duce (qui vt hoſtem Italia excedere cogeret, patria faciens Africam inuaſit) in Africam redire coactus eſt, & cum eo conſerto prælio victus, ad Antiochum Syrie, & Aſiæ regem confugit, eumq; ad inferendum Romanis bellum ſuo conſilio induxit. Quem etiam ſua animi magnitudine, & virtute Scipio Africanus deuicit, & ad pacem cum Romanis componendam coẽgit. Cęterùm inuidia ſtimulati aliqui (ſolet enim gloria inuidiam parere) criminati ſunt Scipionem accepiſſe pecuniam ab Antiocho, tanquam pactum precium belli deponendi. Illiuſq; criminis Næuius tribunus plebis eum inſimulauit. Scipio, conuocato populo, dixit eum diem annua reuolutione adeſſe, quo Annibalem atrociſſimum Romanorum hoſtem deuicerat, & ergo non imperatoris tam bene de re publica meriti accuſatione dedecorandum, quin potius votis, & ſacrificijs pro tanto rei publicæ bono quotãnis celebrandum. Hinc in Capitolium comitãte populo proceſſit, & hoſtias cædens ſacra fecit. Poſteà inuidiæ cedens ſponte exilium ſubijt, vt narrat Valerius capite de ingratitudine.

Pro mori, diem obire, oppetere, & ſimilia: Pro viuere, vitã agere, degere ætatem, & ſimilia ornatẽ dicimus.

Præceptum CLXXXVII.

OPtimum factu fuerit, ne eiſdem aut modis orationis, aut verbis vtamur, & (quod initio diximus) varia plurimùm probatur oratio, & ſi veluti quibuſdam floſculis aſpergitur. vt pro mori, diem obire, mortem oppetere, animam expirare, vita decedere, animam efflare, vita defungi, rebus humanis excedere, ex vita migrare, res deſerere humanas, exire de vita, mortem obire, mortem oppetere, animam expirare, extremum claudere diem, interire, occidere, cõſimiliaq́;. Et iterum, pro viuere, vitam agere, degere ætatem.

¶Optimum &c. Autor hîc vocalium varietatem orationum venuſtum ait reddere ſermonem. Et duo facit. Primò præcipit. Secundò exornat. Secundum ibi, Vt pro mori.

Expoſi. Io. Clichtho.

Explanatio Clichthoueana.

¶Aliquem mori tribus præſertim diuerſis rationibus explicari poteſt. Primò per verba abſoluta, nullum poſt ſe caſum habẽtia: vt, Hic obijt, oppetijt, interijt, occubuit. Vergi. O terq́, quaterq́ beati, Queis ante oĩa patrũ Troię ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Idem, Mẽ ne Iliacis occumbere campis Non potuiſſe? Idem, Nec ad huc crudelibus occubat vmbris. Sic dicimus, Satius eſt emori, quàm turpe quicq́ admittere. Secundò per verba quum neutralia, tum actiua, accuſatiuum poſt ſe habentia: vt, Obire mortem. Terentius, Is obijt mortem. Obire diem, Oppetere mortem, Expirare, efflare, exhalare animam, vitam, ſpiritum. Vergilius, Vt regem ęquęuum crudeli funere vidi Vitam exhalantem. Finire vitam, Vitam cum morte commutare, Res humanas deſerere, Extremum claudere diem, In extremam noctem (vt ait Vergilius) ſua lumina claudere, Effundere, emittere animam, vitam, ſpiritum. Vergilius, Tuaq́ animam hanc effundere dextra. Cicero ad Lentulum, Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar meritorũ tuorũ aſſecutus. Vltima trahere, & fundere ſuſpiria, &c.

Terentius Vergilius

Vergilius Cicero

Tertiò, per verba cum ablatiuo poſita, nunc adiuncta, nunc omiſſa præpoſitione: vt, Vitæ mortalis munere fungi, Vita defungi. Vergilius, Defunctaq́ corpora vita. Rebus humanis excedere, E vita decedere, Vita migrare, Exire de vita, Excedere vita, Corpore ſolui, Fato eripi, Rebus humanis ſuſtolli, aut ſubtrahi. Viuere autem eleganter dicimus, Viuere vitam beatam, miſeram, tranquillam, felicem, infelicem. Viuere dies felices, fauſtos, infauſtos. Ducere vitam. Vergilius, Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam. Idem, Vitamq́ extrema per omnia duco. Agere vitam. Terentius, Primùm hæc pudicè vitam parcè, ac duriter agebat. Degere vitam. Vergilius, Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam Degere more feræ. Vita potiri. Aura veſci æthereæ. Vergilius, Quid puer Aſcanius ſuperátne, & veſcitur aura? Carpere auras vitales. Vergilius, Quiſquis es haud credo inuiſus cœleſtibus auras Vitales carpis. Spirare vitam, & conſimilia. Vergilius Vergilius Terentius Vergilius

Vt Ludo ludum, ſic & Viuo vitam dicimus, & conſimilia.

Præceptum CLXXXVIII.

ET (ne ſingillatim cuncta complectar) illud hoc loco animaduertendum ſit, quòd ſicut ſæpe dicimus, Ludo ludum, Pugno pugnam, Seruio ſeruitutem, Doleo dolorem: ita interdum Viuo vitam, Viuo miſerã, ſeu felicem vitã. Vt ſiquis dixerit, Qui expeditã fuerint virtutẽ cõſecuti, hi viuẽt beatã, & immortalẽ vitam. &, Qui præclarũ certamẽ certauerit, ampliſsimis donabitur muneribus. Et quod de varijs dicimus orationis modis, idipſum de ſingulis partibus intelligendum ſit: vt pro oro, rogo, precor, obſecro: pro quaſi, penè, ferme. Reliqua tuipſe conijcta.

¶Et ne &c. Hîc autor tũ actiua, tũ neutra venuſtè poſt ſe ordinari cũ accuſatiuo ab eis formato eiuſdem ſignifi

cantiæ cum eis propalat. Et tria facit. Primò inſtituit. Secundò exemplificat. Tertiò varietatem etiam ſeruandam ſynonymis in dictionibus concludit. Secundum ibi, Vt ſi. Tertium ibi, Et quod.

Interpretatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthoue. Boetius. ¶ Verba ferè oĩa, q̃ꝗ neutralia ſunt, poſſunt regere acc̃m cõformis ſignificatiõis, ab ipſis verbis formatiõe q̃dē deductũ. Boëthius, Hunc continuũ ludũ ludimus. Idē, Magnũ profectò certamen certauimus. Hic acerrimam pugnam pugnauit, qui potuit animi duros componere motus. Ille grauem ſeruit ſeruitutem, qui animum vitijs ſeruum habet. Nec accuſatiuus ille ad neceſſitatē ponitur, vel ad cõpletiorē, aut perfectionem ſententiã, ſed ſolùm ad ornatũ. Nam viuo vitam, idem eſt, quod viuo. Ludo ludũ, id eſt, ludo. Et ſicut diuerſæ orationes, ita ſynonymæ quoq; dictiones ad varietatem. Proinde ad venuſtatem conducũt: vt pro narro, refero, memoro, recito. Pro delibero, ſtatuo, inſtituo, conſtituo, intēdo, propono, decerno. Pro ſtatim, protinus, illico, extemplò, eueſtigiò, cõfeſtim, continuò. Pro poſteaq̃, vt, vbi, ſimulac, ſimulatq;, ſimulut, &c.

Id genus. *Præceptum* CLXXXIX.

ID genus, pro eius generis (quod ferè ſimile nomē exprimit) pulchrè, & vſitatè dicitur: vt, Multa ſunt id genus monſtra. De multis id genus rebus locutus eſt. quod eſt, ſimilibus: & ita in alijs.

¶ Id genus &c. Hîc autor venuſtã particulæ, Id genus, vſurpationem apud eloquentes viros demõſtrat. Et duo facit. Primò exprimit eius ſignificantiam. Secundò dictũ ſuum exemplis confirmat. Secundum ibi, Vt multa.

Expoſitio Clichthoueana,

¶ Id genus, in nominatiuo caſu omnibus caſibus, & generibus in vtrolibet numero adiungi poteſt, & ſignificat Expoſi. Io. Clichthouei, ferè idē quod huiuſmodi, vel ſimilis: vt, Rari ſunt id ge-

nus homines. Multa id genus exempla paſſim occurrēt. Oues, capras, boues, equos, & cætera id genus animalia pecora vocantur. Poſſumus etiam ipſam particulam, Id gĕnus, & ornatè quidem in genitiuum eius generis transferre: vt, Multa ſunt eius generis animalia. Cicero ad Lentulum, Non eius generis meæ literæ ſunt, vt eas audeam temere committere. Cicero

Ex ſententia. *Præceptum* CXC.

EX ſententia, quaſi ſecundum voluntatem, & pro ſperè: vt, Geſta res eſt ex ſententia. quod eſt, prout optabamus. &, Tibi id euenit ex ſententia. Et multis in locis conſimiliter.

❡Ex ſententia &c. Impræſentiarum autor huius ſignificantiam orationis, Ex ſententia, manifeſtat, duo faciendo. Primò prę̨cipit. Secundò exemplificat. Secundũ ibi, Vt geſta.

Gloſſa Clichthoueana.

❡Ex ſententia ſignificat ex voto, ad votum, ſecundum deſyderium noſtrum. Nam Ex interdum id, quod prępoſitio Secundum, ſignificat: & Sententia, voluntatem, animiq́ arbitrium: vt, Si tuum amorem cõſecutus fuero, oĩa mihi ex ſententia ſuccedent. Cice. ad Len. Illud tibi affirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, optatam fore. Nonnunq́ interponitur gtũs, Animi: vt, Amicum mihi nact⁹ ſum ex animi ſententia. i. vt animus optat. Præterea Sententia propoſitum ſignificat. Terē. Ne is ſuam mutet ſententiam. Sic dicimus, Ab hac animi ſentētia nunq́ diſcedam. Deniq; ſententia, iudicium, vel opinionem ſignificat: inde Rogare ſentētiam, eſt alicuius iudicium ſuper aliqua re petere. Dicere ſententiam, eſt quid ſentiat animus verbis aperire. Ferre ſententiam, eſt conſultatione facta rem iudicare: vt, Iudex hanc tulit ſententiam. i. iudicium. Expoſi. Io. Clichtho.

Inferre. *Præceptum* CXCI.

INferre iniuriã, quaſi iniuriã facere. Manus inferre alicui, eſt aliquē pulſare. Impetũ in quēpiã facere, eſt quēpiam cũ impetu, & quaſi vi adoriri, & irruere.

¶Inferre &c. Autor hîc ſignificationē orationis, Infero iniuriam, explanat. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò ſignificantiam iſtius orationis, Impetum in quēpiam facio, concludit. Secundum ibi, Impetum in.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Inferre, præter notam ſignificationem (qua intra aliquem locū portare ſignificat, Vergilius, Inferretq́ deos Latio) ſignificat contra ferre, ſiue ingerere, & in malam partem accipitur: vt, Hic mihi iniuriam, & damnū intulit. Omniū ſceleratiſſimus eſt, qui ſceleſtas manus in parētes inferre nō erubeſcit. Et petit poſt ſe datiuum cum accuſatiuo, vel loco datiui accuſatiuum cū præpoſitione In: vt, Intuliſti mihi, vel in me, vim. Facere impetum, eſt inuadere quempiam, & ei inſultare. Adoriri verbum deponens, clàm, & ſubitò aliquem inuadere ſignificat. Terentius, Hic ſi me in veris nuptijs adortus eſſet.

Dare veniam. *Præceptum* CXCII.

DAre veniam, pulcherrimum, eſt ignoſcere, & licentiam concedere. Ab initio ætatis habui te amicum. Amicitia mihi tecum eſt, à teneris annis, à paruulo, à primis ætatis temporibus, à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis, ab incunabulis ipſis: & hmōi. Iuuenilis ætas pulcherrime adoleſcentiam ſignificat.

¶Dare &c. Quid hæc oratio, Do veniam, ſignificet, impræſentiarum autor manifeſtat. Et duo tangit. Primò ſæpe dictum. Secundò aliquid ab adoleſcentia continuatum eleganter exprimendum multifariè docet. Secūdum ibi, Ab initio.

Interpretatio Clichthoueana.

Expō Clich. ¶Hoc præceptum duo complectitur. Primum, Dare veniam, eſt parcere, & commiſſo crimini clementer ignoſcere. Deus dat veniam delinquentibus. Etiam Dare veniam, eſt concedere libertatem alicuius rei agendæ: vt, Ioannes dedit mihi veniam abeundi. Venia enim interdum eſt perpetrati criminis remiſſio; interdum verò

libertas,

libertas,& permiſſio: vt, Venia tua dixerim. quod ſaluo honore, vel ſalua pace, vel ſalua gratia, inepte dicitur. Secundum huius præcepti documentum eſt, quòd multis modis poſſumus explicare hanc orationem, à principio iuuentę, vel ætatis. Hic ab ætatis initio literis operam dedit. A teneris annis literarum ſtudio vacauit. Terentius, Terentius. Ego poſtq̃ te emi à paruulo. id eſt, ab ineunte ætate: vel, Cicero. à tenellis annis. Cicero, Præſta te eum, qui à teneris (vt Græci aiunt) vngiculis mihi cognitus es. Idem ad Lentulum, Te verò admoneo, vt omnem gloriam, ad quam Quintilian⁹. à pueritia inflammatus fuiſti, omni cura, atq; induſtria cõſequare. Idem ad eundem, Refero me ad manſuetiores muſas, quæ me maxime, ſicut iam à prima adoleſcentia, delectarunt. Sic dicit Quintilianus, Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percepimus. Qui à teneris annis virtutem coluerit, profectò ſpectatiſſimus eſt. Iuuenilis autem adiectiuum à nomine Iuuenis deductum, iſtis nominibus annus, ætas, æuum, adiunctum ſignificat adoleſcentiam. i. ætatem, qua homines pueritiã tranſgreſſi ad adultam ætatem procedunt: vt, Iuuenilibus annis virtus colenda eſt.

Ferire fœdus. *Præceptum* CXCIII.

Ferire fœdus, optime, atq; ex optimis cauſis ex fecialium conſuetudine ſignificat fœdus componere: vt, Perſæpe ictum, ſeu Percuſſum fœdus eſt. i. cõſtitutum, & compoſitum.

¶Ferire &c. Hîc autor quid hæc locutio, Ferio fœdus, deſignet, eleganter exprimit. Et duo facit. Primò præceptum tradit. Secundò exemplificat. Secundum ibi, Vt perſæpe.

Interpretatio Clichthoueana.

¶Ferire fœdus, eſt bello inito pacem inire, illamq́ inuicem pacto firmare. Et idem ſignificat Componere fœdus, & Conſtituere fœdus. Idem quoq; eſt Inire fœdus, Expõ. Clich. Icere fœdus, ſeu Percutere fœdus, qui poſtremus loquen

A

di modus ex ritu fecialiũ originẽ traxit. Erãt eñ feciales, legati Romani, ad res populationibus, vel bello ablatas, repetendas miſſi, qui (ſi nõ reddebantur ablata) bellum his, q abſtulerãt, vt hoſtibus, indixerunt. Si verò reddebãt, inierũt pacẽ cum hoſtibus, pro qua firmanda, præter cęteros ritus, porca ſilice feriebatur in frontẽ, adiectis precibus: vt Iupiter optimus maximus ita, quinimmo tantò grauius, quantò diuina virtus humanę pręſtat, feriret eũ, qui prius cõpoſitũ fœdus violaturus eſſet. Hinc fœdus dictũ eſt, quòd ibi porca (vt ſentiũt nõnulli) fœdè mactabatur. Per participia ergo dicimus, Fœdus ictum, pactũ, initũ, firmatũ, cõſtitutũ, cõpoſitũ, percuſſum. Contrà, temerare, violare, frangere, rumpere, corrumpere, confundere fœdus dicimus, initum concordiæ pactum facere irritum.

Eſt mihi nomen Scipioni.

Præceptum CXCIIII.

Eſt mihi nomen Scipioni. Scipioni cognomẽ Africano fuit. Cui pago Troiano nomẽ eſt. & ſic de reliquis, datiuo caſu peruſitatẽ, ac pulcherrime dicitur. Quæ eadem & alijs quoq; modis dicitur, ſed frequẽtius modos ſuperiores apud eloquentiſſimos, & doctiſſimos viros inuenies.

¶Eſt mihi &c. Quemadmodũ proprium alicuius nomẽ venuſtè poſſimus exprimere declarat. Et duas habet partes. In prima, modũ apud oratores vſitatiorem ponit. In ſecunda, ſe excuſat ab aliorũ aſſignatione modorũ. Seçũda ibi, Quæ eadem.

Expoſitio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Nomen alicuius varijs modis explicamus. Primò verbo vocatiuo: vt, Hic vocatur Cicero. Vergilius, Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt. Secundò iſto ablatiuo Nomine, vel Cognomine, adiuncto nomini proprio cuiuſcunq; caſus: vt, Imperator nomine Iulius, nõ minus literarũ, quàm belli ſtudioſus fuit. Pompeius

cognomine Magnus, vel cognomento Magnus, egregius fuit. Tertiò per verbum ſubſtantiuum,& nomen proprium in nominatiuo:vt, Eſt mihi nomen Ioannes.

Quartò per verbum ſubſtantiuum,& nomẽ propriũ in genitiuo:vt, Eſt mihi nomen Ioannis. Quintò per verbũ ſubſtantiuũ,& nomẽ propriũ in datiuo:vt, Eſt mihi nomen Ioanni. & hic poſtremus elegantiſſimus eſt. Vergilius, At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo. Prætereà (vt ex autoribus deprehendere licet) rectè dicimus, Habeo nomen Ioannes. Ouidius, Lactea nomẽ habet, candore notabilis ipſo. Item, Habeo nomen Ioannis. Vergilius, Æternumq́ locus Palinuri nomen habebit. Deniq; Habeo nomen Ioannẽ. Vergilius, Æneadaſq́ meo nomẽ de nomine fingo. Et ſi qui ſimiles inueniantur. Ouidius Vergilius

Aiunt, dicunt, fertur. *Præceptum* CXCV.

Quum tritum verbum volumus oſtendere, & quod in ore populo eſt, vtimur vel impersonali Fertur, vel perſonali verbo Aiunt, & nonnunquam Dicitur: & eis ſingulis, Vt, præponimus: & rarò Ita, ſed interdum Quod. Exempla huiuſmodi ſunt: Nam Sirenas (vt aiunt) ſurda debemus aure tranſire. Et item, Nam ita fertur, vt nuſquam tuta ſit fides. Item, Turpe eſt tumultuantem (quod dicitur) de gradu deijci.

¶Quum &c. Hîc autor eleganter exprimere prouerbiũ commune docet. Et duo facit. Primò præceptionẽ tradit. Secundò exemplificat. Secundũ ibi, Exẽpla huiuſmodi.

Explanatio Clichthoueana.

¶Quum aliquod prouerbiũ explicandũ occurrit, illi venuſtè per parentheſim interponuntur hę orationes, vt fertur, vt dicitur, vt aiunt, vt dicunt, vt memorant, vt perhibent, & ſimiles: quib⁹ hoc dictũ vulgatũ eſſe, & frequenter vſurpatũ ſignificemus: vt, Staterã (vt aiunt) tranſilire nõ licet. hoc eſt, mediũ in omnibus rebus tenendum eſt. Bos laſſus (vt dicit̃) fortius figit pedẽ. i. aſſuetudine lõga tritus, & frequẽti exercitatiõe defect⁹ ſi prouocet̃, acrius in- Expoſi. Io. Clichtho.

ſtat,& vrget.Non eſt ouis(vt aiunt)lupo committenda, & ſimilia paſſim inuenientur. Sirenes tres nymphæ fuerunt,filiæ Acheloi,in mari Siculo,quæ ſuæ vocis dulcedine captos nautas,& proinde ad nauis gubernationẽ incautos ponto demergebant.Vlyſſes autem à Circe admonitus,& ſuas,& ſociorum aures cera obturauit,& ſic illęſus tranſiuit.Ob quod illæ indignatę in mare ſe præcipites dederunt.Sed hac velata fabula nihil aliud diuina poëſis admonet,ꝙ voluptates (quę Sirenum nomine denotantur)à prudentiſſimo quoq;,more Vlyſſis,ſurda aure prætereundas eſſe,nec illarum illecebris capiendos fortium virorum animos,alioqui blandimentis ſuis captum animum in facinus omne,& horrẽdum vitiorũ pelagus illæ præcipitarent.Ipſæ verò victæ victores nõ amplius infeſtabãt,ſed comparandæ felicitatis commoditatem,& viam ſua fuga pręſtabunt.Mantuanus,Felix igitur cui victa voluptas Terga dedit,longi quem non fregere labores.Tertium prouerbium ſumptum eſt ex Cicerone,primo libro Officiorum dicente,Fortis verò animi,& conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis,nec tumultuantem de gradu deijci,vt dicitur.Et ſignificat dictum prouerbium,turpe eſſe animo,quòd inconſtans ſit,& in rationis firmitudine minime permanens.

Mantuanus.

Mediã ſup noctẽ. *Præceptum* CXCVI.

Nonnunꝗ ita dicimus,Noctem ſuper mediã vigilamus:quod eſt vltra mediam noctẽ vigilamus: idq; & Seruius ipſe teſtatur,& quorũdam veterum comprobat autoritas.

¶Nonnunquam &c.In præſentiarum autor orationis, Mediam ſuper noctem vigilamus,ſignificantiam notat. Et litera non ſcinditur.

Declaratio Clichthoueana.

Expõ Clich. ¶Super aliquando ſignificat vltra, & accuſatiuum petit,ſignificantem tempus;vt,Mediam ſuper noctem vig

ſaui.Mediam ſuper noctem expectaui.Hic medium ſup diem dormire ſolet.i.vltra.Non minus eleganter capitur eadem præpoſitio ablatiuo iuncta pro De:vt,Super hac re nunc verba facimus .Super tuo negocio multa verba habita ſunt.

Tendo. *Præceptum* CXCVII.

Contra ſermonem tuum tendo.id eſt,reſpondeo tibi.Sicut & ,Tendo contra iter.id eſt,tibi occurro. Sed hæc haud in frequenti vſu oratorũ inuenies.

¶Contra &c.Hac in litera autor quid Tēdo verbum accuſatiuo iunctum cum Cõtra præpoſitione ſignificet venuſtè exprimit.Et ibi diſtributione non opus eſt.

Elucidatio Clichthoueana.

¶Tendere contra ſermonem,eſt reſpondere.Verg.in.ix. Aenei.Nil tendere contra,ſed celerare fugam. Sic Tendere contra iter,eſt obuiare:vt,Quũ rus proficiſcerer, Ioannes contra iter meũ tendebat.Tendere iter verò:omiſſa prepoſitione,eſt ire.Vergi.Quam ſuper haud vllæ poterant impune volucres Tendere iter pennis. Interdum omiſſo illo accuſatiuo Iter,Tendere per ſe poſitum,eſt ire.Verg.Quiſquis es armatus,qui noſtra ad limina tendis.Tendere greſſum,etiam eſt ire. Vergi.Talibus incuſat,greſſumq́; ad mœnia tendit.Præterea Tendere,eſt extendere.Terenti.in Phormi.Non rete accipitri tenditur, neq; miluo,qui male faciunt nobis:illis,qui nihil faciũt, tenditur.Deniq; eſt caſtra ponere.Inde Tentorium.

Expoſi. Io. Clichth o. Vergilius Vergilius. Terentius.

Macte. *Præceptum* CXCVIII.

Macte,magis aucte,& eſt gloriæ:& laudis ſermo:& plerunq; ablatiuo iungitur:vt, Macte virtute eſto.Idq; & poetæ vſurpant, & ſcriptores hiſtoriarum, & demum oratores ipſi, Qui ſermo (vt multi erudītiſſimi tradunt) à ſacris deductus eſt.

¶ Macte &c. Hîc autor huius ſignificantiam dictionis Macte manifeſtat. Et duo agit. Primò inſtitutionem ponit. Secundò eius exempla. Secundum ibi, Vt macte.

Elucidatio Clichthoueana.

Expo. Iodo. Clichtho. ¶ A verbo Macto, as, are (quod eſt hoſtias in ſacrificium cædere. Vergilius, Taurum ingentē mactabat ad aras) venit Macte vocatiuus ſingularis: id eſt, magis aucte, & exaltate. Cæteris enim caſibus caret, quos in vſu antiquorum qnondam fuiſſe Nonius Marcellus tradit. Et cōſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione. Vergi. Macte noua virtute puer, ſic itur ad aſtra. Interdum adiungitur ei verbum ſubſtantiuū imperatiui modi: vt, Macte virtute eſto. id eſt, ſis magis virtute exaltatus. Dicitur & pluraliter Macti etiam cum ablatiuo ſine præpoſitione, & cum verbo ſubſtantiuo. Quintus Curtius lib. iiij. Vos quidem macti virtute eſtote inquit, qui primi intellexiſtis quantò ſatius eſt faſtidire regnum, quàm accipere.

Ad explicandum locum, ſiue genus, gentile nomen, ac patrium effingimus.

Præceptum CXCIX.

QVoties alicuius explicaturi ſumus, ſiue genus, ſiue locum, gentile, ac patrium nomē effingimus: quod qui ſecus effecerit, fortaſſe Latinè locutus ſit, ſed illepidè penitus, atq; indecorè. Vt qui fuerit à Syracuſis oriundus, non de Syracuſis dicēdum, ſed Syracuſanus: non de Athenis, ſed Athenienſis. & ſic de alijs. Atq; in generibus, ac familijs, nos non, De, cum ablatiuo vtimur, vt multi, ſed inde nomen efficimus: vt non de Scauris, ſed Scaurus: non quidē de Gracchis, ſed Gracchus: non de Catullis, ſed Catullus: non de Dathis, ſed Dathus. Quam quidem ad rem id meritò aſſe

rendum ſit, quod Plinius ipſe aiebat, quòd deriuationes non habent firmas regulas, ſed exeunt, terminanturq; vt ipſis autoribus placet. Sic à Tauro Taurum, Taureū, & Taurinum dicimus: & quos nos Romanos dicimus, dicunt Græci Rhomæos. Quos nos Carthaginienſes, illi Carthidoneos vocant. Sed in ēnſis, us, atq; as, ſi ad loca pertinent, frequentiores terminationes ſunt: vt Albanen ſis, Veronenſis, Eleuſinus, Tarentinus, Lacedæmonius, Syracuſanus, Arpinas. Alij quoq; ſunt eorundem nomi nū exitus, ſed hi frequentiore vſu celebrantur. Quod idem & in quibuſdam alijs fit, quæ neq; à generis nominibus fluxere, neq; loci vllius: vt Terentianus Chremes, Platonicus Gyges, Socraticus Gorgias: quæ omnia à proprijs profecta ſunt, atq; originem traxere. Sed quæ alia hac de re dici poſſunt, tu ipſe cogitatione complectere.

¶ Quoties &c. In præſentiarum autor ornate explicare & genus, & patriam, vnde oriundi ſumus, docet. Et quinq; ſcinditur in partes. In prima, de loco, patriaq;. In ſecunda, de genere præcipit. In tertia, hanc abſoluit obiectionem, an talia adiectiua certas habeant terminatiões. In quarta, tres eorum communes aſſignat terminationes, ab alijs ſe excuſando. In quinta, quædam adiectiua à proprijs nominibus hominum formari cōcludit. Secūda ibi, Atq; in generibus. Tertia ibi, Quam quidē. Quarta ibi, Sed in enſis. Quinta ibi, Quod idem.

Interpretatio Clichthoueana.

¶ Hoc præceptum habet tres partes. Primò quod locum aliquem elegantius adiectiuo à loci nomine formato (quod patrium vocatur) ſignificamus, quàm ſubſtantiuo ablatiui caſus cum præpoſitione, de, ſumpto: vt, Vergilius eſt Mantuanus: non, de Mantua. Romanus, non de Roma. Patauinus, non de Expō Clich.

Patauio. Tarentinus, non de Tarento, Cæterùm operæ precium eſt cognoſcere, quo pacto à ſubſtantiuis locorum adiectiua formanda ſunt, & id ne certa quidem regula, ſed duntaxat autorum vſu cognoſcendum eſt. Varia autem eſt ipſorum deriuatorum determinatio. Hæc enim in as terminãtur, vt Arcas: in es, vt Perſes: in js, vt Athenienſis: in os, vt Tros: in us, vt Dardanus: in acus, vt Iliacus: in alus, vt Theſſalus: in anus, vt Romanus: In arus, vt barbarus: in enus, vt Abydenus: in eus, vt Mithyleus: in cus, vt Græcus: in dus, vt Medus: in icus, vt Italicus: in ius, vt Lacedæmonius: in inus penultima longa, vt Florentinus: in ous, vt Cous: in ſus, vt Creſſus, Threiſſus: in an, vt Acarnan: in ax, vt Trax: in yx, vt Phryx: in ox, vt Cappadox: & ſic de alijs facilè apud autores inueniendis terminationibus dicendum eſt. Secunda pars eſt, Ad explicandam alicuius familiam, non ablatiuo cum præpoſitione De, ſed nomine gentili vtendum eſt. Eſt enim gentile nomen adiectiuum à nomine proprio familiæ deductum: vt, Iſte eſt Fabius: nõ, de Fabijs, &c. Tertia pars eſt, A nominibus proprijs virorum, & præſertim autorum cuiuſpiam rei, eleganter formantur adiectiua poſſeſſiua ſignificantia aliquid primitiui, & quo elegantior, ꝙ primitiuo refulget oratio: vt miles Darianus, Pompeianus, Cæſarianus, Marianus, Alexandrinus. id eſt, miles Darij, Pompeii, Cæſaris, Marij, Alexandri. Xerxiana acies. i. Xerxis. *Sic* Terentianus Chremes. i. qui inducitur à Terentio in comœdiarum fabulis. Platonicus Gyges. id eſt, cuius Plato meminit. Socraticus Gorgias, de quo *Socrates* diſſerit. *Sic* Vergilianus Æneas, de quo Vergilius loquitur in libris Æneidũ.

Conor.

Præceptum CC.

Conor hanc rem, optime, ac peruenuſtè dicimus, præſertim ſi difficilior ſit, & ardua. Quo pacto Cicero ſæpe vtebatur, vt de perfecto oratore, Ma

gnum opus,& arduum Brute conamur.

¶Conor &c.Hîc autor verbi Conor & ſignificantiam, & naturam,& vſurpationem ponit.Et duo tangit. Primò præcipit.Secundò exemplificat.Secũdum ibi. Vt de perfecto oratore.

Explanatio Chlichthoueana.

¶Conari interdum laborare ſignificat,& viribus eniti, habetq́ poſt ſe infinitiuum:vt Vergilius, Ter modò conatus lentum conuellere vimen.Secundò eſt rem difficilem,& arduam aggredi,& tunc requirit accuſatiuum ſine præpoſitione: vt, Rem arduam conaris. Difficilem conaris prouinciam.Nonnunq̃ præpoſitio,ad, interuenit:vt,Ad optima conari debent,qui ingenuo ſunt animo.Inde nomina Conamen,& Conatus:id eſt, ſatagentis animi diligentia:vt,Summo conamine literis vacandum eſt.Det tibi deus vires conatibus æquas, id eſt, propoſito quod agere conaris. Expo.Clich.

Studeo.

Præceptum CCI.

ET *Studeo,ſiquid ſtudioſius effecturi'ſimus,etiam accuſatiuo pulcherrime iungitur.*

¶Et Studeo &c.Hîc autor verbi Studeo & conſtructionem,& ſignificantiam explicat.Et litera non ſcinditur.

Gloſſa Clichthoueana.

¶Studere,quum operam dare ſignificat,aliquando datiuum habet:vt,Hic ſtudet virtuti acquirendæ.Aliquando accuſatiuum pro volo,ſiue cupio: vt, Studet artem eloquentiæ. Inde Studium, animi ad aliquid ad agendum diligentia:vt,Nihil vita iſta honeſtius eſt, quæ ſtudio literario operam impendit.Ouidius,Quid iuuat incinctę ſtudium exercere Dianæ?Inde Studioſus,diligẽs, ſedulus:vt, Hic literarum ſtudioſiſſimus eſt. Secundò ſignificat faueo,& tunc ſolùm datiuum habet. Ouidius, Cui ſtudeat deus omnis habet.Cui ſtudet ipſe deus, nec Expo.Clich.

Terentius. mo nocere poteſt. Denique laborare, & eniti ſignificat, & infinitiuo iungitur. Teren. Dum ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ. Omnibus iuſſis tuis morem gerere ſtudebo.

Deſydero. Præceptum CCII.

DEſydero verbum pulcherrime poſitum eſt. Nam quum Deſyderium ſit abſentium rerum, perſæpe dicimus, Deſydero amorem tuum: quaſi tu non me ames. Deſydero tuam prudentiam: quaſi ſis inſipiens. & item de alijs.

¶Deſydero verbum &c. Hîc autor venuſtam verbi Deſydero vſurpationem oſtendit. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò exornat. Secundũ ibi, Nam quum.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶Deſyderare, eſt rem, quam non habeamus, & quã affe qui ſperamus, affectare: vt, Deſydero aduentum tuũ, quũ ſcilicet nondum adueneris. Deſydero ſalutem tuam, quũ non es bona valetudine, quam tibi opto, & eſſe cupio. Deſyderium autem eſt rei, quam non habemus, conſequendæ cupiditas: vt, Captus ſum ingenti deſyderio te vidẽdi. Teneor magnopere deſyderio tui. Res ergo hîc abſens dicitur non ſecũdum locum, ſed habitudinẽ, quã ſcilicet non habemus: vt ſanitas abeſt ægroto.

Complector. Præceptum CCIII.

COmplector, perdiffuſum eſt, atque ornatum verbũ, præſertim verò aliquibus adiectis hac ratione: vt, Te amore, atque beneuolentia complector. pro, te amo. Cogitatione complector. quod eſt, cogito. Et id eſt in animi facultate, ſicut Conſequor eſt rei ipſius.

¶Complector perdiffuſum &c. Impræſentiarum autor amplam verbi Complector apud oratores & vſurpationem, & naturam notat. Et duas habet partes. In prima, præceptionem ponit. In ſecunda, eam exemplis probat. Secunda ibi, Vt te amore, atque beneuolentia &c.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Complecti (præter ſignificationem vulgatã, qua amplecti ſignificat: vt, Ioannes vt primùm me vidit, mediũ complexus eſt. & qua continere ſignificat, ſuoq́ ambitu concludere. Vergilius, Quæ patris Anchiſę gremio complectitur oſſa) ablatiuis quibuſdam iunctum ornatam reddit orationem, quę explicanda eſt per verbum, à quo talis ablatiuus deſcendit, vel per aliquod verbum ſynonymum: vt, Ego te ſingulari amore complector. i. amo. Dolorem meum literis complecti non poſſum. i. ſcribere. Quintus Curtius libro. iiij. Quis ludibria fortunæ, ducum, agminumq́ cædem, multiplicem deuictorum fugã, cladem nunc ſingulorum, nunc vniuerſorum, aut animo aſſequi queat, aut oratione complecti? Tuas virtutes cogitatione complecti non ſatis poſſem. Sic, Numero complecti. id eſt, comprehendere. Complecti verbis, ſcriptis. id eſt, explicare, vel exprimere. De hoc latius vide præcepto. lij. &. xxx. Expoſi. Io. Clichtho.

De Gerundijs. Præceptum CCIIII.

ILlud ignorandum non eſt, quòd gerundiuus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur, ſiquando nobis foret eo opus: vt, Cantando rumpitur anguis. id eſt: dum cantatur, vt ait Seruius. Et alio in loco actiuè dictũ eſt: Cantando tu illum? id eſt, dum canis. Id efficere, atq; vſurpare autores queunt.

¶Illud &c. Gerundia à verbis actiuè, vel paſſiuè ſignificantibus deſcendentia, actiuè, vel paſſiuè exponi autor hîc notat. Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò exempla. Secundum ibi, Vt cantando.

Explanatio Clichthoueana.

¶Gerundia cuiuſlibet ſignificationis, & generis, ex verbis oriũtur, ſuorumq́ verborum ſignificationem ſeruãt; & ſi ab actiuo, actiuã; à paſſiuo, paſſiuã. Quo fit vt cũ Expoſi. Io. Clichtho.

Terentius. mo nocere poteſt. Deniq; laborare, & eniti ſignificat, & infinitiuo iungitur. Teren. Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ. Omnibus iuſſis tuis morem gerere ſtudebo.

Deſydero. *Præceptum* CCII.

DEſydero verbum pulcherrime poſitum eſt. Nam quum Deſyderium ſit abſentium rerum, perſæpe dicimus, Deſydero amorem tuum: quaſi tu non me ames. Deſydero tuam prudentiam: quaſi ſis inſipiens. & item de aliis.

¶ Deſydero verbum &c. Hîc autor venuſtam verbi Deſydero vſurpationem oſtendit. Et duo agit. Primò inſtituit. Secundò exornat. Secundũ ibi, Nam quum.

Gloſſa Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichtho. ¶ Deſyderare, eſt rem, quam non habeamus, & quã aſſequi ſperamus, affectare: vt, Deſydero aduentum tuũ, quũ ſcilicet nondum adueneris. Deſydero ſalutem tuam, quũ non es bona valetudine, quam tibi opto, & eſſe cupio. Deſyderium autem eſt rei, quam non habemus, conſequendæ cupiditas: vt, Captus ſum ingenti deſyderio te videndi. Teneor magnopere deſyderio tui. Res ergo hîc abſens dicitur non ſecũdum locum, ſed habitudinẽ, quã ſcilicet non habemus: vt ſanitas abeſt ægroto.

Complector. *Præceptum* CCIII.

COmplector, perdiffuſum eſt, atq; ornatum verbũ, præſertim verò aliquibus adiectis hac ratione: vt, Te amore, atq; beneuolentia complector. pro, te amo. Cogitatione complector. quod eſt, cogito. Et id eſt in animi facultate, ſicut Conſequor eſt rei ipſius.

¶ Complector perdiffuſum &c. Impræſentiarum autor amplam verbi Complector apud oratores & vſurpationem, & naturam notat. Et duas habet partes. In prima, præceptionem ponit. In ſecunda, eam exemplis probat. Secunda ibi, Vt te amore, atq; beneuolentia &c.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Complecti (præter ſignificationem vulgatã,qua amplecti ſignificat:vt,Ioannes vt primùm me vidit, mediũ complexus eſt.& qua continere ſignificat,ſuoq́; ambitu concludere.Vergilius,Quæ patris Anchiſę gremio complectitur oſſa)ablatiuis quibuſdam iunctum ornatam reddit orationem,quę explicanda eſt per verbum,à quo talis ablatiuus deſcendit,vel per aliquod verbum ſynonymum:vt,Ego te ſingulari amore complector.i.amo. Dolorem meum literis complecti non poſſum. i. ſcribere.Quintus Curtius libro.iiij.Quis ludibria fortunæ,ducum,agminumq́; cædem,multiplicem deuictorum fugã, cladem nunc ſingulorum,nunc vniuerſorum,aut animo aſſequi queat,aut oratione complecti?Tuas virtutes cogitatione complecti non ſatis poſſem.Sic,Numero complecti.id eſt,comprehendere.Complecti verbis, ſcriptis. id eſt,explicare,vel exprimere.De hoc latius vide præcepto.iij.&.xxx. Expoſi.Io. Clichtho.

De Gerundijs. *Præceptum* CCIIII.

Illud ignorandum non eſt, quòd gerundiuus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur, ſiquando nobis foret eo opus:vt,Cantando rumpitur anguis.id eſt: dum cantatur,vt ait Seruius.Et alio in loco actiuè dictũ eſt:Cantando tu illum?id eſt,dum canis .Id efficere,atq; vſurpare autores queunt.

¶Illud &c.Gerundia à verbis actiuè,vel paſſiuè ſignificantibus deſcendentia,actiuè, vel paſſiuè exponi autor hîc notat.Et duo tangit. Primò inſtitutionem. Secundò exempla.Secundum ibi,Vt cantando.

Explanatio Clichthoueana.

¶Gerundia cuiuſlibet ſignificationis, & generis, ex verbis oriũtur, ſuorumq́; verborum ſignificationem ſeruãt: & ſi ab actiuo,actiuã:à paſſiuo,paſſiuã.Quo fit vt cũ Expoſi.Io. Clichtho.

eadem ſit vox gerundiorum actiuorum, & paſſiuorum, eadem voce diuerſam ſignificationem habent, ſed quam explicatio gerundij, & conſtructio ſatis apertè differentem manifeſtant. Nam quæ actiuè ſignificant gerundia, per verbum actiuum reſoluuntur, & illius conſtructionē ſeruant: vt, Colendo agrum copioſam meſſem percipiūt coloni. id eſt, quum colunt agrum. Quæ autem paſſiuè ſignificant, reſoluuntur per verbum paſſiuum. Quintilianus libro vndecimo, Omnis diſciplina memoria cōſtat, fruſtraq́ docemur, ſi quicquid audimus præterfluat. Memoria excolēdo, ſicut alia omnia, augetur. Illa quoq; animalia, quæ carere intellectu videmus, meminerunt, & cognoſcunt, & quamlibet longo itinere deducta ad aſſuetas ſibi ſedes reuertuntur. Non eſt inutile, quò facilius hæreant, aliquas apponere notas, quarum recordatio cōmoueat, & quaſi excitet memoriam. Siquis tamen vnam, maximamq́ à me artem memoriæ quærat, exercitatio eſt, & labor, multa ediſcere, multa cogitare, & ſi fieri poteſt quotidie, potiſſimū eſt. Nihil æquè vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Hæc ille. Vbi, excolendo, paſſiuè capitur. id eſt, dum excolitur. Et ita de alijs gerundijs.

De Quartò prætor, & Quartùm prætor.
Præceptum CCV.

PVtant nōnulli nihil intereſſe ſi quis dixerit, Quartò prætor: &, Quartùm prætor, & ſic de alijs: ſed magna eſt certè differentia, vt Marcus Varro teſtis eſt. Nam Quartò prætor, locum ſignificat, & tres antè factos: Quartùm verò, ſignificat tempus. Caue igitur diligenter ne perperam hiſce vtaris rationibus, nequid contra veterum, atq; eloquentum morem, conſuetudinemq́; faciamus. Quare Tertiùm cōſul: ac, Tertiò cōſul, non idem ſignificant.

¶Putant &c. Hîc autor diſcrepantiam has inter orationes Quartò prætor, & Quartùm prætor, atq; alias ſimi-

les innuit. Et tres partes habet. In prima, proponit. In ſecunda, propoſitum declarat. In tertia, ad veterum cõſuetudinem obſeruandam nos admonet. Secunda ibi, Sed magna. Tertia ibi Caue igitur.

Expoſitio, Clichthoueana.

¶Licet aduerbia ordinis à nominibus ordinis numerũ ſignificantibus formata modò in um, modò in o terminẽtur, ea tamen nominibus dignitatem ſignificantibus iuncta habent diuerſas rationes. Nam in o deſignant locum, ſiue ordinem illius dignitatis ad cæteros, qui antè illa functi ſunt. In um verò numerum ſignificant, quoties idem illam dignitatem geſſerit: vt, Tertiò cõſul, eſt in ordine conſulum tertius, quem ſcilicet duo præceſſerunt. At Tertium conſul, eſt qui bis antè geſſit conſulatum, & nũc iterum gerit pro tertia (ſi ita loqui fas eſt) vice. Et ſic de cæteris dignitatibus, quæ pro tempore geruntur, & ſemel habitæ rurſum eædem poſſunt haberi, dicẽdum eſt. Expoſ. Iod. Clichthoue.

Ruri eſſe. *Præceptum* CCVI.

SEd ne plura iam ſequar (nam infinita penè huiuſmodi præcipi poſſunt) id tene memoriã, quòd non, Rure eſſe: ſed, Ruri eſſe, dicimus: quod cùm Feſtus Pompeius affirmat, tum P. Terentius comprobat. Ait enim, Ruri ſe continebat. Quamobrem ſiqua iam reliqua ſunt, paucis expediamus. Nam quum pro conficiendis epiſtolis hæc potiſsimùm attigerimus, ſi ſalutationis formulam, ac regulam Iduum, Nonarumq́; obſeruationem patefecerim, iure huic paruo inſtituto finem, ac modum ſtatuerim.

¶Sed ne &c. Autor hîc aduerbium Ruri venuſtè cum verbis quietem ſignificantibus, non autem ablatiuum Rure, locari demonſtrat. Et tria agit. Primò præcipit, ſe excuſando ab ampliori præceptorum proceſſu. Secundò exemplificat. Tertiò finem operi ſuo imponere propo

nit.Secundum ibi, Quod quum. Tertium ibi, Quam-obrem.

Expoſitio Clichthoueana.

Expoſi.Io. Clichthouei. ¶Rus nomen tertiæ declinationis,in ablatiuo ſingulari habet Rure,quod ordinatur cum verbis motum de loco ſignificantibus:vt,Pater meus rediit rure.Et adiungitur etiam præpoſitionibus:vt,Ex meo Rure quotannis magnum capio commodum.Ruri autem aduerbium eſt,cũ verbis quietem in loco ſignificantibus iungendum: vt, Malo Ruri,ꝙ in vrbe vitam agere.Inde Ruſticari verbũ deponens,eſt Ruri habitare.Deinde autor propemodũ huius operis metam aſſecutus,quæ declaranda ſuperſunt,aperit.

Vale,& Salue.
Præceptum CCVII.

Vale igitur,ac Salue verba,pro Marci Varronis, & omniũ doctiſsimorũ virorũ ſentẽtia,idẽ ſignificare videtur.Quibus nos aliâs ĩ ſalutãdo,aliâs in contẽnendo vtimur.Ex quo Terẽtianum illud eſt,Valeant,qui inter nos diſsidium volunt, ac cupiunt. Mortuis quoq;,& qui mortalium vita deceſſerunt (quibus nullam huiuſce lucis optare ſalutem poſſumus) nonnũquã Vale dicimus.Et veteres quondam eiſdem idem verbum pro morere dicebant,quaſi nihil amplius mortuis cum viuentibus futurum eſſet,& in perpetuum iam ab eorum aſpectu diſcederent.Nam neq; valent illi,neq; ſalui eſſe poſſunt.Ob eandem rem addunt nonnulli Bene, Feliciterq; aduerbia,aut ſiqua alia ſunt eiuſmodi ſignificantiæ.Veruntamen in epiſtolis ipſis Vale dicere in fine conſueuimus,abſq; vlla aduerbij acceſsione, perinde ac amicis vitæ ſalutem,ac felicitatem exoptemus.Quid igi

tur Vale ſibi quærat, quóue illo pacto vtendum ſit, noſce.

¶Vale &c. Impræſentiarum autor horum Vale, & Salue, verborum & ſignificantiam, & vſurpationem declarat. Et quinq; ſcinditur in partes. In prima, quemadmodum viuis. In ſecunda, quemadmodum mortuis Vale, & Salue dicimus, veterum conſuetudinem tangendo. In tertia, grammaticorum recitat opinionem de horum vſu verborum apud viuos. In quarta, eam confutat, demonſtrando & ſitum, & ſignificationem verbi Vale in epiſtolis. In quinta, capitulum concludendo nos hortatur ad hoc præceptum memoriæ mandandum. Secunda ibi, Mortuis quoq;. Tertia ibi, Ob eandem rem. Quarta ibi, Veruntamen in epiſtolis. Quinta ibi, Quid igitur.

Expoſitio Clichthoueana.

¶Arbitrantur nonnulli Vale quum ſalutantis verbum eſt, ſolùm ſecundas habere perſonas in imperatiuo, & cæteris omnibus carere. Qui ſi accuratius conſyderent, id verbum nihil in ſignificato differre à verbo Valeo, vales, pro ſanùm eſſe, & ſaluũ, percipient. Quid enim Vale ſibi aliud vult, quàm ſis ſaluus, & ſanus: nec aliud quicquam recedentes amico per hoc verbum precamur: quare verbum illud cùm eo ſalutantes vtimur, imperatiuus eſt verbi Valeo, vales, ſignificantis ſanum eſſe. Cicero, Si vales bene eſt, ego quoq; valeo. quare nec quoquo pacto defectiuum eſt. Inde Valetudo, anceps vocabulum corporis diſpoſitionem ſignificat: ſi bonam, adiungenda ſunt ei adiectiua, bona, fauſta, pſpera, optata: ſi malã, alia adiectiua oppoſita, vt mala, infauſta, aduerſa, triſtis, &c. Recedentes ergo amicis valetudinẽ hoc verbo optam⁹, dicentes, Vale amicorum dulciſſime. Aduenientes autẽ non illo verbo vtimur, ſed hoc verbo Salue, quo tam accedentes primo congreſſu, quàm abeuntes ſalutare poſſumus. Terentius, Salue Pamphile, id eſt, ſis ſaluus. Terentius

Expoſi. Iod. Clichthoue.

Quare diſcedentes rectè dixerimus, Salue amicorum optime. vel, Saluete amicorum optimi. In exemplo autem Terentiano, quod autor in litera adducit, Valeo aliã habet rationem, nec ſalutandi verbum eſt, quin potius contemptum, indignationem, & ſtomachum loquentis oſtendens. Terẽtius in Andria, Immo habeat, valeat, viuat cum illa. id eſt, recedat. & faſtidienti, indignatoq; animo rectè accõmodatur. Deniq; mortuis Vale dicimus, eis non corporis ſalutem (nempe illa cum vita extinguitur) optantes, ſed animæ felicitatem, Sedibus ut cœli placidis poſt fata quieſcant. Quũ autem viuentibus Vale dicitur, quum corporis, tum animæ ſalus optatur, optaturq; vt ſit mens ſana in corpore ſano. Nec opus eſt aduerbia quum ſalutamus, Bene, Fauſtè, Feliciter, huic verbo adijcere, quandoquidem illa in ſua ratione includit: quòd ſi quis ea adiecerit, diminuta erit verbi ratio, minuſq; quàm illis non adiectis ſignificatur. Vergilius, Iãq; vale, & nati ſerua communis amorem.

Vergilius.

Dico tibi ſalutem, Iubeo te ſaluere.
Præceptum CCVIII.

PRo ſalute autem plerunq; dicimus, Salutem dico: & ſi quem ſalutare cupimus, datiuo caſui aptiſſime appoſuerimus: vt, Vale, & Cæſari dic ſalutem. Alia quoq; erit ſalutandi ratio: vt, Iube Scipionem ſaluere. quod eſt, Scipionem ſaluta. Nam ille modus vim quandam deſyderij continet, & pro antiquorum more, & conſuetudine, infinitiuus modus in alium transmutatur: vt, Iubeo te ſaluere. id eſt, ſalue. Iubeo te gaudere: pro gaude.

¶Pro ſalute &c. Hîc autor duplicem ornatè ſalutandi modum exprimit. Et duo agit. Primò primum. Secundò ſecundum tangit modum. Secundũ ibi, Alia quoq;.

Expoſitio Clichthoueana.

Salutationem

¶Salutationem accommodatē hac oratione, Salutem dicere, exprimimus, adiuncto datiuo ſignificante perſonam, quam ſalutare volumus: vt, Cicero Marcello ſalutem dicit. Ioannes patri ſuo æqui obſeruantiſſimo ſalutē plurimā dicit: id eſt, eum ſalutat. Idem fit per verbum Impertio, vel Impertior, Exopto, & cætera conformis ſignificati: vt, Impertior tibi plurimam ſalutem. vel, Impertior te plurima ſalute. vt præcepto centeſimoſecundo dictum eſt manifeſtius. Item, Cicero Marcello felicitatem, ſalutemq́ exoptat. et ſi quæ ſint ſimiles loquendi rationes. Deniq; idem fit per infinitiuum Saluere, & verbum Iubeo, iubes, iubere, præponendo nomen ſcribentis (vt in reliquis quoq; modis) in nominatiuo, & eius ad quē ſcribimus nomen in accuſatiuo: vt, Ioannes Petrum amicorum ſuauiſſimum ſaluere iubet. Quum patrios cōtigeris lares, oro meos iubeas ſaluere parentes: id eſt, ſalutes eos. Nam Iubeo, nō ibi imperioſum verbum eſt, ſed ſcribentis deſyderium, affectionemq́ quod optat mentis inſinuat. & ſignificat cupio, vel volo. Ouidius, Dij precor hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis. Et eſt ille infinitiuus huius verbi Salue, Saluere. Expō. Clicht. Ouidius

Meo nomine: vel, meis verbis: pro, mea ex parte.

Præceptum CCIX.

Quod verò alij, Ex mea parte, dicunt, multò quidem ornatius dicitur vel, Meo nomine: vel, Meis verbis.

¶Quod verò &c. Autor hīc quid hæ oratiōes, Meo nomine: &, Meis verbis, ſignificent, grammaticos carpēdo, docet. Et litera non partitur.

Explanatio Clichthoueana.

¶Meo nomine, vel, Meis verbis, eleganter calci epiſtolarum, vbi aliquibus commendari petimus, adijcitur, cū verbis in ſuperiore præcepto declaratis: vt, Chariſſimis parentibus meo nomine ſalutem dicas. vel, Meis verbis Expō Clich.

ſaluere eos iubeas.id eſt.pro me, vel,ex parte mea.Sicut, Suo nomine hunc commendatum habeo:ita,Suo nomine,noſtro,& veſtro,itidem dicendum eſt.

De Calendis,Nonis,& Idibus.
Præceptum CCX.

QVotam autem cuiuſq; menſis diem velimus intelligere, Calendis, Nonis, Idibuſúe notamus. Neq; quid illi ſibi velint,nunc explicare conſilium eſt,ſed quo pacto dicamus ſingulorum menſium dies, & quomodo ab eis denominationem ſuſcipiant. Quamobrem intelligendum eſt in primis primum cuiuſq; menſis diem Calendarum appellatione vocari, ſecundum quas Nonarum dies conſtituuntur. Et in alijs quidem menſibus ſeptima luce, Martio, Maio, Iulio, Octobri: in alijs autem quinta, Ianuario, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, Decembri. Atq; omnes hi dies, qui Calendas, & Nonas interceſſerint, Nonarum cognominatione cenſentur, vbi & numerum meminerimus, ac Nonas ipſas: & ille ablatiuo couſtruitur, hæ accuſatiuo. Sed inter numerandum & præpoſtero vtemur ordine, et Nonarum diem connumerabimus. At Nonis exactis, proximos octo dies (id quoq; in quolibet menſe) Iduum ſimiliter cognominatione ſignificabimus, ſed pari ratione tum ordinis, tum annumerationis. Reliquos verò eius menſis, quotquot fuerint dies, Calendarum appellatione notabimus, qui futuri, ac proximi ſunt menſis, neq; ordinis, neq; numeratiõis ratione immutata. At id omne exemplo illuſtrandum eſt, ſitq; Martius nobis exemplo, cuius curriculum vno ac trigeſimo die conficitur.

Prima itaq; dies erit, Calendis Martij: ſecunda, ſexto Nonas Martij: tertia, quinto Nonas Martij: quarta, quarto Nonas: quinta, tertio Nonas: ſexta, non dicitur ſecundo Nonas, ſed pridie Nonas: ſeptima dies Nonæ erūt Martij. Octaua, octauo Idus Martij: nona, ſeptimo Idus Martij: decima, ſexto Idus Martij: vndecima, q̄nto Idus: duodecima, quarto Idus: decimatertia, tertio Idus: quartadecima, pridie Idus: quintadecima, Idus erunt Martij. Decimaſexta, decimo ſeptimo Calendas Aprilis, quoniam is menſis proximus ſequitur. Decimaſeptima, decimoſexto Calendas Aprilis: decimaoctaua, decimoquinto Calendas Aprilis: decimanona, decimoquarto Calendas: viceſima, decimotertio Calendas: viceſima prima, duodecimo Calendas: viceſimaſecunda, vndecimo Calendas: viceſimatertia, decimo Calendas: viceſimaquarta, nono Calendas: viceſimaquinta, octauo Calendas: viceſimaſexta, ſeptimo Calendas: viceſimaſeptima, ſexto Calendas: viceſimaoctaua, quinto Calendas: viceſimanona, quarto Calendas: triceſima, tertio Calendas: triceſimaprima, & nouiſſima, pridie Calendas Aprilis. In cæteris omnibus eadem ſeruanda eſt ratio dierum. Dierum autem numerus haud te lateat, qui in promptu eſt omnibus.

¶Quotam autem &c. Impręſentiarum autor (quo nomine apud oratores dies cuiuſlibet menſis appellent, manifeſtat. Et quinq; diſtinguitur in partes. In prima, præcipit ſe excuſando de horum ſignificantia vocabulorũ, Calendæ, Nonæ, Idus. In ſecũda, quo die Calendæ. In tertia, quo die Nonæ, & quo numerent ordine. In quarta, quo die Idus cuiuſq; mẽſis ſituẽtur, ꝑpalat. In q̄nta ſæpe

dictum exemplariter probat. Secunda ibi, Quamobrem intelligendum. Tertia ibi, Et in alijs quidē. Quarta ibi, At Nonis, Quinta ibi, At id omne.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſi. Io. Clichthouei.

¶Diem, quo aut literæ ſcriptæ ſunt, aut aliquid factum eſt, vulgato quidem more per numerum ordinalem dierum naturali ſerie ſe conſequentem explicare poſſumus: vt, Prima die Ianuarij has ad te literas dedi. Quinta die Ianuarij vrbem acceſſi. & ſic de alijs. Sed alter modus eſt multò elegantior, & apud veteres lōgè frequentior, quē hoc præcepto autor declarat. Pro quo notandæ ſunt aliquæ regulæ ad literam intelligendam multùm conducentes.

Prima, In vnoquoq; menſe tres ſunt dies Calēdarum, Nonarum, & Iduum appellationem ſibi peculiariter vēdicantes. Nempe primus vniuſcuiuſq; menſis dies, illius Calendæ vocantur. In quatuor menſibus, Martio, Maio, Iulio, & Octobri, ſeptimus dies eſt Nonarum, quum ſex habeāt Nonas. In cæteris autem octo, Ianuario, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, Decembri, quintus dies eſt ſui menſis Nonæ, quum prædicti octo tantùm quatuor habeāt Nonas. Et quum vnuſquiſq; menſis octo habeat Idus, Nonarum diem proxime ſequentes: quatuor prædicti menſes decimumquintum diem Iduum denoīatione notatum habent, cæteri autem octo decimumtertiū diem habēt Iduū noīe ſignificatum. Si enim ſeptem diebus octo adieceris, protinus naſcentur quindecim. Si verò quinq; diebus adiunxeris octo, conſurgent tredecim. Et ex hac regula vnuſquiſq; Calendariū nō notatum his nominibus, vel facillime notare modico ingenij præſidio poterit.

Secunda regula, Dies inter duas prædictarū denominationum extremitates intercepti, à ſequenti ſuam appellationem ſumunt, & numero eorum ad proxime ſequen-

tem habitudinem deſignāte ordinem, cōmodè explicā-tur,nomine numeri in ablatiuo ſingulari maſculino, & Calendarum,Nonarum, Iduumq́ nomine in accuſatiuo plurali collocato,vt q inter Calendas,& Nonas inter medij ſunt,illius menſis nomine dicuntur,adiecto nomi ne numerali:& qui inter Nonas,& Idus interiecti ſunt illi⁹ mēſis Idus addito numerali noīe,q ordinē ſignificet, vocandi ſunt:qui verò inter Idus & proxime ſequentis menſis Calendas ſunt medij, Calendarum ſequentis mē ſis denominatione cùm nomine numerali addito nuncupandi ſunt:vt qui poſt Idus Ianuarij ſuperſunt dies Ianuarij,ſunt dies Calendarum Februarij, & relato ad primum Februarij diem ordine denominantur. Sic poſt Idus Februarij,eiuſdem mēſis reſidui dies,ſunt dies Calēdarum Martij,& ad primum Martij diem collatione facta denoīationem ſortiuntur.Sic qui poſt Idus Martij ſuperant in Martio dies,ſunt dies Calendarum Aprilis,& ita deinceps.Quare poſt Idus Decembris, reſidui dies eiuſdem menſis ſunt dies Calendarum Ianuarij.Quo fit vt vnuſquiſq; menſis vnum tantùm in ſe diem habeat, Calendarum nomen ſortitum.Cæteros autem omnes à præcedente menſe mutuatur,& habet.Id tamen ignorādū non eſt,proximū diē ante Calēdas, Nonas,& Idus, non nomine numerali Secundo,cum accuſatiuis prædictis eſſe nominandum,ſed hoc aduerbio Pridie, vt ſequens præceptum apertius oſtendet:vt,pridie Calēdas, pridie Nonas,pridie Idus:& non,ſecundo Calendas,ſecundo Nonas,ſecundo Idus.Si quid autem ipſis diebus Calendarum,Nonarum,& Iduum nomen ſibi primo vendicantibus factum eſſe ſignificare volumus, in ablatiuo plurali Calendis,Nonis,& Idibus, nullo adiecto,hæc nomina ponemus:vt ſi prima Ianuarij die literæ ſcriptæ ſunt,dicendum eſt eas Calendis Ianuarij ſcriptas eſſe:ſi quinta Ianuarij,tunc Nonis Ianuarij ſcriptæ ſunt:ſi decimatertia Ianuarij,tunc Idibus Ianuarij ſunt perſcriptæ.Alios autem iſtis interceptos dies explicabi-

dictum exemplariter probat. Secunda ibi, Quamobrem intelligendum. Tertia ibi, Et in alijs quidē. Quarta ibi, At Nonis, Quinta ibi, At id omne.

Declaratio Clichthoueana.

Expoſt. Io. Clichthouei. ¶Diem, quo aut literæ ſcriptæ ſunt, aut aliquid factum eſt, vulgato quidem more per numerum ordinalem dierum naturali ſerie ſe conſequentem explicare poſſumus: vt, Prima die Ianuarij has ad te literas dedi. Quinta die Ianuarij vrbem acceſſi. & ſic de alijs. Sed alter modus eſt multò elegantior, & apud veteres lōgē frequentior, quē hoc præcepto autor declarat. Pro quo notandæ ſunt aliquæ regulæ ad literam intelligendam multùm conducentes.

Prima, In vnoquoq; menſe tres ſunt dies Calēdarum, Nonarum, & Iduum appellationem ſibi peculiariter vēdicantes. Nempe primus vniuſcuiuſq; menſis dies, illius Calendæ vocantur. In quatuor menſibus, Martio, Maio, Iulio, & Octobri, ſeptimus dies eſt Nonarum, quum ſex habeāt Nonas. In cæteris autem octo, Ianuario, Februario, Aprili, Iunio, Auguſto, Septembri, Nouembri, Decembri, quintus dies eſt ſui menſis Nonæ, quum prædicti octo tantùm quatuor habeāt Nonas. Et quum vnuſquiſq; menſis octo habeat Idus, Nonarum diem proxime ſequentes: quatuor prædicti menſes decimumquintum diem Iduum denoīatione notatum habent, cæteri autem octo decimumtertiū diem habēt Iduū noīe ſignificatum. Si enim ſeptem diebus octo adieceris, protinus naſcentur quindecim. Si verò quinq; diebus adiunxeris octo, conſurgent tredecim. Et ex hac regula vnuſquiſq; Calendariū nō notatum his nominibus, vel facillime notare modico ingenij præſidio poterit.

Secunda regula, Dies inter duas prædictarū denominationum extremitates intercepti, à ſequenti ſuam appellationem ſumunt, & numero eorum ad proxime ſequen-

tem habitudinem deſignãte ordinem, cõmodè explicã tur, nomine numeri in ablatiuo ſingulari maſculino, & Calendarum, Nonarum, Iduumq; nomine in accuſatiuo plurali collocato, vt q inter Calendas, & Nonas inter medij ſunt, illius menſis nomine dicuntur, adiecto nomine numerali: & qui inter Nonas, & Idus interiecti ſunt illi⁹ mẽſis Idus addito numerali noĩe, q ordinẽ ſignificet, vocandi ſunt: qui verò inter Idus & proxime ſequentis menſis Calendas ſunt medij, Calendarum ſequentis mẽſis denominatione cum nomine numerali addito nuncupandi ſunt: vt qui poſt Idus Ianuarij ſuperſunt dies Ianuarij, ſunt dies Calendarum Februarij, & relato ad primum Februarij diem ordine denominantur. Sic poſt Idus Februarij, eiuſdem mẽſis reſidui dies, ſunt dies Calẽdarum Martij, & ad primum Martij diem collatione facta denoĩationem ſortiuntur. Sic qui poſt Idus Martij ſuperant in Martio dies, ſunt dies Calendarum Aprilis, & ita deinceps. Quare poſt Idus Decembris, reſidui dies eiuſdem menſis ſunt dies Calendarum Ianuarij. Quo fit vt vnuſquiſq; menſis vnum tantùm in ſe diem habeat, Calendarum nomen ſortitum. Cæteros autem omnes à præcedente menſe mutuatur, & habet. Id tamen ignorãdũ non eſt, proximũ diẽ ante Calẽdas, Nonas, & Idus, non nomine numerali Secundo, cum accuſatiuis prædictis eſſe nominandum, ſed hoc aduerbio Pridie, vt ſequens præceptum apertius oſtendet: vt, pridie Calẽdas, pridie Nonas, pridie Idus: & non, ſecundo Calendas, ſecundo Nonas, ſecundo Idus. Si quid autem ipſis diebus Calendarum, Nonarum, & Iduum nomen ſibi primo vendicantibus factum eſſe ſignificare volumus, in ablatiuo plurali Calendis, Nonis, & Idibus, nullo adiecto, hæc nomina ponemus: vt ſi prima Ianuarij die literæ ſcriptæ ſunt, dicendum eſt eas Calendis Ianuarij ſcriptas eſſe: ſi quinta Ianuarij, tunc Nonis Ianuarij ſcriptæ ſunt: ſi decimatertia Ianuarij, tunc Idibus Ianuarij ſunt perſcriptæ. Alios autem iſtis interceptos dies explicabi

mus per nomen numerale in ablatiuo ſingulari,& maſculino genere poſitum,& iſtos proxime ſequentes accuſatiuos Calendas, Nonas, Idus: vt quod ſecundo Ianuarij die factum fuerit, quarto Nonas Ianuarii factum eſſe dicendum eſt: quod ſexto eiuſdem menſis die, octauo Idus Ianuarij: quod penultimo Ianuarij, tertio Calendas Februarij factitatum eſſe annotandum eſt. Cur autem in ablatiuo in prima ſcribendi ratione dicamus Calendis, Nonis, & Idibus, & in ſecunda, nomina numeralia in ablatiuo potius, quàm altero caſu conſtituamus, in promptu eſt ratio, quòd tempus, quo aliquid fit, debitè ſcilicet reſpondendo ad interrogationem per aduerbium, Quando factam, ſolùm in ablatiuo conſtituendum eſt: vt ſi quis interroget, quando literæ ſcriptæ ſunt, rectè reſpondebitur, Calendis Ianuarij: vel, quarto Nonas Ianuarij, pèrinde atque debitè reſpondetur prima die Ianuarij, ſecunda die Ianuarij. Cur verò in ſecundo loquendi modo hæc nomina numeralia potius in ſingulari, quàm in plurali numero, potius item in maſculino, quàm alio quouis genere, & Calendas, Nonas, Idus, in accuſatiuo ponantur, hanc arbitror eſſe rationem, quia hæc nomina numeralia ordinem ſignificant cuiuſque diei ad ipſum diem Calendarum, Nonarum, & Iduum, & denotant quotus eſt quiſque dies ante diem Calendarum, Nonarum, & Iduum, quare illis adiectiuis nominibus numerum ordinis exprimentibus hoc ſubſtantiuum Die ſuppreſſè additum eſſe intelligitur, quo quum tale adiectiuum in debitis accidentibus grammaticalibus debet conuenire. Subauditur prætereà præpoſitio Ante, habens pro ſuo caſuali hæc nomina Calendas, Nonas, & Idus, ob hoc in accuſatiuo collocanda: vt ſi quis dicat: quarto Idus Ianuarij, eſt oratio implicita, ſic explicanda eſt, quarto die ante Idus Ianuarij: ſic quarto Nonas Ianuarij, ideſt quarto die ante Nonas: pridie Calendas Ianuarij, ideſt priori die ante Calendas.

& ita in reliquis.

Tertia regula eſt. In connumerandis, modo qui di-ctus eſt, diebus, dies Calendarum, Nonarum, & Iduũ, debet connumerari: vt quum dicimus Ianuarium ha-bere quatuor Nonas, intelligendum eſt ipſum diem Nonarum eſſe vnum illarum. Et quum iterum dicimus Ianuarium, ſicut & cæteros menſes habere octo Idus, dies Iduum vnus illorum numero intelligi debet. De-niq; quum dicimus Ianuarium habere nouendecim Calendas, intelligitur hoc, connumerato primo Ia-nuarij die, qui Calendarum dies eſt. Et ita de cæte-ris menſibus dicendum eſt. Si enim non connumera-retur dies Calendarum, Nonarum, & Iduum, ſed citra illos ſiſteretur numeratio, non perueniretur ad con-ſtitutum numerum dierum, ſed ſemper minor eſſet numerus, quàm poſitus eſt: vt dempto Nonarum Ianuarij die, non eſſent niſi tres dies Nonarum: die Iduum remoto, non eſſent niſi ſeptem dies Iduum: & die Calendarum Ianuarij non connumerato, tan-tum eſſent decem & octo illius menſis Calendę. Et ſicut hæc regula connumeratione facta per numerum cardi-nalem declarata eſt, ita in numero ordinali etiam habet veritatem: vt quum dicimus quarto Nonas Ianuarij, intelligitur annumerato Nonarum die, quo ſecluſo, ſecundus dies Ianuarij non eſſet ab eo quar-tus, ſed tantùm tertius. Ita quum dicimus, octa-uo Idus Ianuarij, id eſt, octauo die ante Idus, Iduum dies vnus in eodem ordine ponitur: quem ſi ſecluſum intellexeris, tunc ſextus Ianuarij dies (qui octauo Idus inſcribendus eſt) ſolùm ſeptimus eſſet à decimo-tertio die, qui eſt Idus Ianuarij. Quum itidem dicimus decimono Calendas Ianuarij, primũ Ianuarij diem (qui ſunt eius Calendæ) in eo ordine connumerandum eſſe intelligere debemus: quem ſi excludimus, tunc decimuſ quartus dies Decembris (hic enim decimonono Ca-lendas Ianuarij nuncupandus eſt) ſolùm eſſet deci-

muſoctauus à prima die Ianuarij. Et hoc pacto de cæ teris oſtende.

Quarta regula, In calendarum, Nonarum, & Iduum annnumeratione, ordine præpoſtero vtendum eſt, & à poſterioribus ad priora procedendum. Vnde ſi naturalē dierum ordinem, & ſitum ſeruare volumus, à capite ſci licet menſis continua ſerie ad finem verſus procedendo, vtemur præpoſtero ordine numeri ordinalis explican tis dierum ordinem ad Calendas, Nonas, vel Idus, & priores dies poſteriore, maioreq́ numero nominabim⁹, poſteriores verò minore, ſic quòd quantùm in dierum ſerie procedimus, tantùm decreſcat numerus ille ordina lis. In principio quidē numeratiōis maximus, in fine ve rò minimus. Et hoc pacto autor præpoſterum ordinem ſumit, vt eius ipſius exemplo apertè conſtat. Vt, exempli gratia, ſecundus dies Ianuarij eſt quarto Nonas Ianua rij: tertius, tertio Nonas Ianuarij: quartus, pridie Nonas Ianuarij: & quintus, Nonæ Ianuarij: ſextus, octauo Id⁹ Ianuarij: ſeptimus, ſeptimo Idus Ianuarij: octauus dies Ianuarij, ſexto Idus: nonus, quinto Idus: decimus, quar to Idus: vndecimus, tertio Idus: & duodecimus, pridie Idus: decimuſtertius autem Idus Ianuarij nuncupantur. Ibi facile eſt videre, quòd quantum eſt dierum naturali ſerie ſumptorum crementum, tantum eſt numeri deno minantis decrementum. Si verò naturalem numeri deno minantis ordinem ſeruare volumus, à minori ad ma io rem procedendo, vtemur præpoſtero dierum menſis or dine. Et à poſterioribus in medio, aut fine conſtitutis die bus ad menſis principium numerando reuertemur: vt quintus dies Ianuarij Nonæ ſunt eiuſdem: quartus, pri die Nonas: tertius, tertio Nonas: ſecundus, quarto No nas. Sic decimuſtertius dies Ianuarij ſunt Idus eiuſdē: duodecimus pridie Idus: vndecimus tertio Idus: deci mus, quarto Idus: nonus, quinto Idus: octauus, ſexto Idus: ſeptimus, ſeptimo Idus: & ſextus, octauo Idus: octauus, ſexto Idus: ſeptimus, ſeptimo Idus: & ſextus,

octauo Idus. Hîc naturalis numeri denominantis ſeruata eſt ſeries, à minori ſcilicet ad maiorem continuè procedendo: ſed dierum menſis ordo conuerſus eſt, quod liquidò manifeſtat eorum numerus ordinalis, quo ad primum menſis diem comparati denominantur. Nĕpe hic numerus conuerſo ordine explicatus eſt, & maior ante minorem nominatus, immo conuerſa ſerie continuè ſeruata, maior paulatim ad continuè minorem proceſſit. Vnde facile eſt cognoſcere naturalem numerum ordinalem dierum eſſe oppoſitum numero denominanti dies Calendarum, Nonarum, & Iduum, vt quum hic recto ordine præcedit, ille fit pręposterus: & quum ille recta ſerie incedit, hic ordinem conuertat, permutetq́. Et licet hanc ordinis conuerſionem non tetigerit autor, eſt tamen cognitu neceſſaria, præſertim his, qui primùm hac arte imbuũtur, nec aſſidua exercitatione cognoſcunt quotus eſt quiſq; dies pro arbitrio ſumendus à die Calendarum, Nonarum, & Iduum, niſi à Calendis, Nonis, & Idibus numerationis principium auſpicati fuerint, & Iduũ ordinem, & interuallum cognoſcant. Vt, quis non tritus ex tĕpore dicere neſciret quomodo nominandus eſt octau⁹ dies Ianuarij, niſi à decimotertio, qui Iduum dies eſt, incipiens ſupputaret Idus, pridie Idus ſuper duodecimũ diem, tertio Idus ſuper vndecimum, quarto Idus ſuper decimum, quinto Idus ſuper nonum, & ſexto Idus ſup octauum, & tali numeratione facta cognoſcet præfixum diem nuncupandum eſſe, ſexto Idus Ianuarij, quod prius in promptu ignorauit. Prior autem modus longo vſu peritis accommodandus eſt, qui ex diuturna aſſuetudine cognoſcunt qualis cuiq; diei denominatio attribui debet: & ergo hunc in poſterioribus regulis ſeruandum eſſe duximus. Nunc quot quiſq; menſis habeat Nonas, & Idus, & quot dies ab illis denominatos, dictum eſt. Supereſt oſtendere quot dies à Calendis denominatos habeant. Differt enim (vt ex ſecunda patet regula) denominatio Calendarum à denominatione No-

narum, & Iduum, quòd dies, qui denominantur Nonę, vel Idus, illius menſis (cuius ſunt dies) Nonę, & Idus vocantur: vt in Ianuario, dies Nonarum, & Iduum nominatione notati, ſunt dies Nonarum, & Iduum Ianuarij: ſed dies, qui nomine Calendarum cenſentur, non ſunt illius menſis, in quo ſunt Calendæ, niſi primus cuiuſqꝫ menſis dies. Nam reliqui dies poſt Idus cuiuſqꝫ mēſis ſunt dies Calendarum menſis ſequentis, vt cæteri dies poſt Idus Ianuarij, ſunt Calendarum Februarij nomine, & ordine denominandi. & ita in cæteris. Quare ad cognoſcendum quot dies Calendarum nomine in vnoquoqꝫ menſe vocandi ſunt, hæc regula notanda eſt, quinta in ordine.

Quinta regula, Menſium Calendæ ſecundum numerum Nonarum præcedentis menſis, & ſecundum numerum dierum præcedentis menſis variantur. Ad quam intelligendam operæprecium eſt cognoſcere quòd ſunt ſeptem menſes vnius & triginta dierum ſpacio completi, ſcilicet Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Auguſtus, October, December. Quatuor ſunt menſesl triginta dierum, ſcilicet Aprilis, Iunius, September, Nouember. Solus Februarius habet octo & viginti dies, quū non fuerit annus biſſextilis: in anno autem biſſextili, hoc eſt trecentorum & ſexagintaſex dierum, quum ſcilicet inter diui Petri, & Matthiæ apoſtolorum dies feſtos, duo dies intercedunt medij, quod quarto quoqꝫ anno contingere debere aſtronomica ratione exploratum eſt, Februarius habet vigintinouem dies. Hæc itaqꝫ quinta regula quatuor regulis (vt clariora ſint omnia) manifeſtabitur. Prima regula eſt, Quum menſis præcedens habet quatuor Nonas, & vnum & triginta dies, tunc ſequens habet nouendecim Calendarum dies. Nam poſt decimūtertium, qui eſt dies Iduum, ſuperſunt in eo menſe octodecim dies. Nam tredecim, & octodecim cōficiunt triginta vnū, quib⁹ adijciaẗ prim⁹ dies mēſis ſequētis, qui

dies Calendarum etiam connumerandus eſt per tertiam regulam,reſultant nouemdecim dies. Quo fit vt Ianuarius, Februarius,September,& December nouendecim habeant dies Calendarum,quum December, Ianuarius Auguſtus,& Nouember,& quatuor Nonas habeant, & vnũ & triginta dies.Decimuſquartus ergo Decẽbris dies vocatur decimonono Calendas Ianuarij:decimuſquintus,xviij.Calendas:decimuſſextus,decimoſeptimo Calendas:decimuſſeptim⁹,decimoſexto Calendas:decimuſoctau⁹,decimoquinto Calẽdas,decimuſnonus,decimoquarto Calẽdas:vigeſim⁹,decimotertio Calendas: vigeſimuſprimus, duodecimo Calẽdas: vigeſimuſſecundus Decembris, vndecimo Calendas Ianuarij:vigeſimuſtertius,decimo Calendas:vigeſimuſquartus , nono Calẽdas:vigeſimuſquint⁹,octauo Calẽdas:vigeſimuſſextus ſeptimo:vigeſim[illegible]ptim⁹, ſexto:vigeſimuſoctauus, quinto:vigeſimuſnonus,quarto:trigeſimus Decembris, tertio Calendas Ianuarij : trigeſimuſprimus,& vltimus Decembris dies,pridie Calendas Ianuarij: primus aũt Ianuarij dies,Calendę eiuſdem menſis ſunt.

Secunda regula, Quando menſis præcedens habet ſex Nonas,&.xxxj.dies,tunc ſequens habet.xvij.Calendarum dies.Nam poſt decimũmquintum (qui dies eſt Iduum)ſuperſunt in eo menſe.xvj.dies.Nempe. xv. & xvj.conficiunt trigintaunum, illiſq; addatur prim⁹ dies menſis proxime ſequentis,qui Calendarum dies eſt,conſurgent,xvij.dies Calendarum. Quo fit vt Aprilis, Iunius , Auguſtus, & Nouember : ſeptendecim Calendas habeant,nam præcedentes proxime menſes, ſcilicet Martius,Maius,Iulius,October, ſex habent Nonas, & . xxxj . dies:vt decimuſſextus Maij eſt decimoſeptimo Calendas Iunij, decimuſſeptimus, decimoſexto Calendas Iunij : decimuſoctauus, decimo quinto: decimuſnonus : decimoquarto : vigeſimus , decimotertio:vigeſimuſprimus Maij ,duodecimo Ca-

lendas Iunij, vigeſimuſſecundus, vndecimo Calendas: vigeſimuſtertius, decimo Calendas: vigeſimuſquartus, nono: vigeſimuſquintus, octauo Calendas: vigeſimuſſextus, ſeptimo: vigeſimuſſeptimus, ſexto Calēdas: vigeſimuſoctauus, quinto Calendas: vigeſimuſnonus, quarto Calendas: trigeſimus, tertio Calendas Iunij: trigeſimuſprimus, & vltimus dies Maij, pridie Calendas Iunij. Deniq; primus dies Iunij ſuæ ſunt Calendæ: hoc itidem in Martio deducit autor. Tertia regula, Quando menſis præcedens habet triginta dies, tunc ſequens habet. xviij. Calendas. Quum enim omnes menſes, qui triginta diebus conficiuntur, quatuor tm̄ habeāt Nonas, poſt tertiū decimum diem, qui eſt dies Iduum, reſtant. xvij. dies, nēpe tredecim & decem & ſeptem faciunt triginta, illiſq; adijciatur primus dies menſis ſequentis, poſtremus Calendarum dies, conſurgunt decem octo dies Calendarum. Vnde patet Maium, Iulium, & Octobrem habere. xviij. Calēdas: nam Aprilis, Iunius, & September habent triginta dies. ergo decimuſquartus Aprilis erit decimooctauo Calēdas Maij: decimus quintus, decimoſeptimo: decimuſſextus, decimoſexto: decimuſſeptim⁹, decimoquinto: decimuſoctauus, decimoquarto: decimuſnonus, decimotertio: vigeſimus, duodecimo: vigeſimuſprimus, vndecimo: vigeſimuſſecundus, decimo: vigeſimuſtertius, nono: vigeſimuſquartus, octauo: vigeſimuſquintus, ſeptimo: vigeſimuſſextus, ſexto: vigeſimuſſeptimus, quinto: vigeſimuſoctauus, quarto: vigeſimuſnon⁹, tertio: trigeſimus, & poſtremus dies Aprilis, pridie Calēdas Maij: & primus dies Maij, Calendæ erunt Maij. Quarta regula eſt, Quando menſis præcedens habet vigintiocto dies, tunc ſequens habet ſexdecim Calendas: &' quum in eodem ſunt vigintinouem dies (vt in anno biſſextili) ſequens menſis habet. xvij. Calendas. Nā poſt decimumtertium, qui eſt dies Iduum menſis præcedentis, in anno non biſſextili reſtant quindecim dies: quum xiij. &. xv. faciant, xxviij. adiectoq; primo die menſis ſe-

quentis ſunt.xvj.dies Calendarum. In anno verò biſſextili poſt decimumtertiũ diem ſuperſunt ſexdecim dies huiuſce menſis, quum tredecim & ſexdecim conſtituant vigintinouem, quibus adiectus dies Calendarum perficit numerum decem & ſeptem Calendarum. Hinc manifeſtum eſt, quòd ſicut numerus dierum in Februario varius eſt (nam is ſolus habet vigintiocto dies) ita quoq; et Martij Calendæ variantur: nam modò ſexdecim ſunt dies Caleadarum Martij, vt anno non exiſtente biſſextili, modò decem & ſeptem, vt anno currente biſſextili, ꝓ varietate numeri dierum Februarij. Quare decimuſquartus dies Februarij (modò annus non ſit biſſextilis) erit decimoſexto Calendas Martij: decimuſquintus, decimo quinto: decimuſſextus, decimoquarto: decimuſſeptimus decimotertio: decimus octauus, duodecimo: decimuſnonus, vndecimo: vigeſimus, decimo Calendas Martij: vigeſimuſprimus, nono: vigeſimuſſecundus, octauo: vigeſimuſtertius Februarij, ſeptimo Calendas Martij: vigeſimuſquartus, ſexto: vigeſimuſquintus, quinto: vigeſimuſſextus, quarto: vigeſimuſſeptimus, tertio: vigeſimuſoctauus, & vltimus dies Februarij, pridie Calendas Martij: & primus dies Martij, Calendæ ſunt Martij. Quum autem annus eſt biſſextilis, tunc decimuſquartus dies Februarij erit decimoſeptimo Calendas Martij: & hoc pacto conſequenter.

Pridie Calendas, Pridie Nonas, Pridie Idus.

Præceptum CCXI.

PRidie autem Calendas, Pridie Nonas, Pridie Idus, ſignificat quod vetuſtiſsimi dicebãt, die priſtini, ꝓ aduerbio, & die priſtino. Et ſic peruetuſto more, Die craſtini, & Die quinti, & Die quinto, ſimiliter pro aduerbio. Verum nos priſcam nimis, & horridiorem ve

tuſtatem vbiq; fugere, ac vitare debemus. At bene, & præclare Cæſari præcipere ſolebat, tanquam ſcopulum, ſic fugiendum eſſe inauditum, atq; inſolens verbum. Pro genitiuis autem menſium rectius poſſeßiua nomina finxerimus: vt pro Calendis Martij, ſic venuſtius dixerimus, Calendas Martias, & ita Apriles, Maias, Iunias, Iulias, aut Quintiles: Auguſtas, ſeu Sextiles: Septẽbrias: & ita Ianuarias, & ita Februarias. Quòd aũt in Calẽdis, Nonis, & Idibus, ablatiuo caſu iungimus, idẽ poſſumus in accuſatiuum transferre, & Ad præponere, ſed id ſignificat tempus ferè diuturnum: vt Ad decimũ Calendarum Februarij dediſti ad me literas. Ego verò ad octauum Idus Ianuarias ad te ſcripſeram. Habet enĩ vim temporis vehementiorem hoc poſterius.

¶Pridie &c. Hîc autor quid oratio Pridie Calendas ſignificet, & ſic de alijs depromit, antiquos carpendo noſq; adhortando ad horridorum fugam vocabulorum. Et tria facit. Primò inſtituit de ſæpe dictis locutionibus. Secundò idem facit de vſurpatione poſſeſſiuorum fictorum pro genitiuis ſingularibus menſium. Tertiò hãc abſoluit obiectionem, An pro ablatiuo numerali ſine præpoſitione vti poſſimus accuſatiuo cum præpoſitiõe Ad in prædictis locutionibus. Secunda ibi, Pro genitiuis. Tertia ibi, Quòd autem.

Explanatio Clichthoueana.

Expoſi. Io. ¶Diem proxime præcedentẽ Calẽdas, Nonas, & Idus, non licet nominare, ſecundo Calendas, ſecũdo Nonas, ſecundo Idus, nam Secundum (quum à ſequor deducatur) eſt quod alterum ſequitur, quare ſecundo Calendas, eſt dies ſequens Calendas: ſecundo Nonas, dies ſequens Nonas, & ſecundo Idus, dies ſequens Idus. Loco igitur huius nominis Secundo, vtimur hoc aduerbio

Pridie,quod ſignificat priori die,vt præcepto centeſimo uigeſimoſeptimo declaratū eſt.Vltimus ergo cuiuſq; mẽſis dies, eſt pridie Calendas menſis proxime ſequentis. In menſibus quatuor Nonas habentibus, quartus dies eſt pridie Nonas,& duodecimus eſt pridie Idus.In habentibus autem ſex Nonas ſextus dies pridie Nõnas di citur,& decimuſquartus pridie Idus.Sic dies proxime ſequens Calendas,Nonas,& Idus,vocari poteſt poſtridie Calendas,Nonas,& Idus.Vtebantur antiqui aduerbio Priſtini,loco aduerbij Pridie,& his aduerbijs Quinti, Sexti,Craſtini,loco adiectiuorum.Sed iam hæc aduerbia ab vſu receſſerunt.Verba autem vſitata amplecti,inuſitata verò nos fugere debere,quum Cæſar, tum Aulus Gellius admonet libro decimo capite ſeptimo, dicens, Verbis vti aut nimis obſoletis,exculcatiſq;,aut inſolentibus,nouitatiſq; duræ par eſſe delictum videtur.concludens ibidẽ verbis antiquiſſimis,relictiſq;,& deſitis(quæ aures vix pati per inſolentiam poſſent) minime vtẽdum eſſe. Deniq; ponuntur ab autore duo documenta.Primum,loco nominum ſubſtantiuorum menſes ſignificantium,elegãtius vtimur adiectiuis ab eis formatis:vt,ſcriptum Calendis Ianuarijs,pro Ianuarij:pridie Nonas Februarias.i.Februarij:Martias,pro Martij:Apriles,p Aprilis:Maias,pro Maij:Iunias,pro Iunij:Iulia,pro Iulij,vel Quintiles:quo noĩe primũ ille mẽſis vocat⁹ eſt,quaſi quintus à Martio:deinde à ſenatuſcõſulto Iuli⁹ dict⁹ eſt ab Iulio Cæſare inclyto Romanorũ imperatore. Sic Auguſtas dicimus pro Auguſti:ſiue Sextiles,pro Sextilis:quo nomine primùm menſis ille dictus fuit,quòd à Martio eſſet ſextus in ordine menſium. Deinde à Cæſare Auguſto dictus eſt Auguſtus, quo ipſius de rebublica Romana bene meriti perpetua eſſet apud poſteros cum menſe memoria. Septembres,vel Septembrias, pro Septembris:Octobres,vel Octobrias, pro Octobris: Nouembres, vel Nouẽbrias, pro Nouembris: Decẽbres, vel Decẽbrias,pro Decẽbris.Nã à quatuor poſtremorũ

Declaratio Clichthoueana.

¶Peroratio, eſt qua opus perfectum ſignificatur, in fine eius adiecta oratio, & ea opus abſolutum, completumq́ claudere ſolet. Oratio ſm artem rhetoricam ex quinq́ potiſſimùm partibus conſtat, exordio, narratione, diuiſione, confirmatione, confutatiõe, quibus ſexta additur pars, ſcilicet concluſio. Et has omnes: partes in epiſtolis ſeruandas eſſe nonnulli contendunt, & docent, quos meritò reprehendit autor, tanq̃ ignaros quid inter orationem, & epiſtolam interſit. Siquidem debet epiſtola eſſe breuis, multãq́ paucis complecti ſententiam, ne prolixitate faſtidium ingerat: debet eſſe clara, & dilucidis explicata ſententijs, vt lectæ clauſulæ ſententia protinus ſe offerat legentis animo ſine repetita lectione. Non paruo igitur errore ducuntur, qui epiſtolas verborum ambagibus ita inuoluunt, vt ne Sphingis quidem domitor Oedipus illas enodare poſſet, perſuaſum habentes tum demum ſe rectè ſcribere, quum vix intelligendas ſcribunt epiſtolas. Debet poſtremò epiſtola elegantiæ floſculis eſſe reſperſa, vt ſuus cuiq́ ſentẽtiæ ſit decor, ſua cuiq́ orationi venuſtas ex his præceptis deſumpta, nulli tamẽ profuturis, niſi frequens aſſit exercitatio. Sanè hanc elocutionis autem (vt ait Cicero) adipiſcemur, ſi præceptionis rationem diligentia conſequamur exercitationis. Ea ſiquidem prima eſt artis omnis magiſtra. Expo. Clich.

¶ *Finis explanationum Iodoci Clichthouei in Elegantias Auguſtini Dathi.*

C

¶ *Regulæ elegantiarum Franciſci Nigri. xxx. cum commentario* Iodoci Clichthouei Neoportuenſis.

ELegantia, eſt venuſta verborum concinnitas, dulcem auribus ſonum afferens. Cuius quidem generales regulæ ſuut triginta. Prima regula, Laudabitur illa oratio; quæ obliqua dicitur, & à poſterioribus incipiens dictionibus in verbum ſæpius, quàm in aliam orationis partem finitur: vt, Cæſar adeptus eſt monarchiam imperij ſummis viribus: quod elegantius dicitur, Summis viribus imperij monarchiam Cæſar adeptus eſt.

¶ *In triginta regulas elegantiarum Franciſci* Nigri, Iodoci *Clichthouei Neoportuenſis commentarius.*

¶ Elegantia &c. Franciſcus hîc elegantiæ definitionem ponit. Et libellus hic tres diuiditur in partes. In prima, ſæpe dictum agit. In ſecunda, ſuum diuidit librum. In tertia, de membris diuidentibus, id eſt de regulis inſequitur. Secunda ibi, Cuius quidem. Tertia ibi, Prima regula. Quæ regula, & aliæ ſequẽtes omnes (paucis demptis, quas legendo reperies) duas diuiduntur in partes, videlicet in regulam, & exempla, quas breuitatis cauſa relinquo diſtributiones, tanꝙ faciles intuenti, & parum vtiles.

¶ Sicut in corpore debita membrorum proportio adinuicem, vt vnum alteri aptè reſpondeat, illorumq́ ornatus, & decentior cultus elegantia eſt, ſic in oratione pulchra dictionum adinuicem ordinatio, vniuſcuiuſq; ſuo loco apta collocatio, elegantia dicitur. Et ſicut concordantibus neruis cithara dulci modulatione perſonat, & audientium animos magna capit dulcedine, ſic oratio elegans, & culta permulcet audientes, & gratiſſime illorum illabitur auribus. Ad orationis ergo elegantiam

recta cuiuſq; dictionis conſtitutio requiritur,ſicut ad placidam modulationem chordarum omnium concordia. quod Quintil. teſtatur.lib.ij.de inſtitu.orato.Sicut cithara(inquit)ita oratio perfecta non eſt niſi ab imo ad ſummum omnib⁹ intenta neruis conſentiat.Idem in.ix.Feliciſſimus ſermo eſt,cui & rectus ordo,& apta iunctura,cũ his numerus opportunè cadens contingit. Proinde ad cognoſcendum dictionũ in oratiõe aptiorẽ ſitũ, triginta notãdæ ſunt regulæ,quarũ prima eſt eadẽ cũ ſecũdo præcepto Auguſtini prius poſito.Oratio quidem obliqua dicitur,in qua obliqui primũ ſibi locum vendicant rectis præpoſiti:& quæ in conſtructione poſteriora ſunt,ſitu priora,quæ verò priora in conſtructiõe,poſteriora in oratione collocentur:vt,Virtus commendat ſuos cultores magnis preconijs:Sic elegantius,Magnis prçconijs ſuos cultores virtus commendat.Potius verò itidem verbo, quàm alia quacunq; dictione claudẽda eſt oratio.Quintil.in.ix.Verbo ſenſum claudere multò(ſi compoſitio patiatur)optimum eſt.In verbis enim ſermonis vis ineſt. Salluſt.Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia magnæ dilabuntur. Monarchia,principatus vnius: & venit à Monarcha,chæ,quod nomen Græcum vnum principẽ Latinè ſignificat.De hac regula vide latius apud Auguſti.præcepto ſecundo. Quintilia.

II.Regula,de quã præcepto.iij.& ſeptimo.

Commendabitur quoq; oratio,quæ dictionem habet vniuerſalem affirmatiuam,vel negatiuam in fine,vel aliquod inſigne nomen, vel aduerbium. Exemplum primi,Omnes laudant ea,quæ bonus vir facit:quod venuſtius dicitur, *Quæ vir bonus facit,laudant omnes.* Exemplum *ſecundi*, *Ego nemi*

nem habeo,quem magis diligam te:quod pulchrius dicitur,Quem te magis diligam,habeo neminem.Exemplũ tertij.Egregia ſunt ea,quæ ſcribis ad me:quod concinnius,Quæ ad me ſcribis,ſunt egregia.Exemplum quarti,Ego omnia diligenter perfeci,quæ iuſsiſti mihi:quod elegantius dicitur,Quæ mihi iuſsiſti,perfeci omnia diligenter.

¶Hæc regula quadripertita eſt. Prima pars,Dictiones vniuerſales affirmatiuæ,vt Omnis,& eius caſus, eleganter in fine orationis ponuntur:vt,Tuam virtutem mirantur omnes.Quæ mihi iuſſeris,exequar omnia. Secunda,Dictiões vniuerſales negatiuę:vt,Nemo,Nihil,Neſcio,Ignoro,Nuſq̃,Nunq̃,eleganter in fine orationis ponuntur:vt,Me tui amantiorem habes neminẽ. Virtute præclariꝰ eſt nihil.Et hæc pars ſeptimo Auguſtini præcepto itidem declarata eſt.

Tertia,Nomen inſigne,eleganter ponitur in fine oratiõis.Inſigne nomen dicitur,quod excellentiam,& eminentiam ſignificat,quale eſt, Præclarus, Egregius,Eximius,Inſignis,Nobilis, Illuſtris, Generoſus, Præſtans, Excellens, Ingenuus,& conſimilia.vt,Quæ Alexander ille Magnus edidit opera,ſunt præclara.Quis Iulij facta negauerit eſſe eximia? Virtutis præconia ſunt inſignia.

Quarta,Aduerbia eleganter in fine ponuntur, præſertim quæ qualitatem ſignificant: vt,Diligenter, Vigilãter,Exactè,Accuratè,Familiariter,& cætera id genꝰ. Terentius. Terentius,Faciam id equidẽ ſedulò.Idem,Reiecit ſe in eũ flens quàm familiariter.Te multos annos vſus ſum familiariter.Aduerbia itidem ſuperlatiua in calce orationis aptè locantur:vt,Tuę voluntati parebo quàm libentiſſime.Plura de aduerbiorum ſitu,tertio Auguſtini præcepto requirenda ſunt.

III.Regula,de qua præcepto ſexto.

NOmen adiectiuum elegantius ſubſtantiuo præponitur. vt, Virtus ſumma, Imperium magnũ, Conſilium vtile. Melius enim dicitur, Summa virtus, Magnum imperium, Vtile conſilium, & huiuſmodi.

¶Hæc regula ſexto Auguſtini præcepto conſonat, & de adiectiuis nominalibus, pronominalibus, & participialibus intelligenda tradit, non minus in carmine: quàm in proſa; vt, ſyncerus amor, ſumma beneuolentia, laudata virtus creſcit. Quintil. in. xij. Nihil eſt tam occupatum, tam multiforme, tot, ac tam varijs affectibus conciſum, atq; laceratũ, quàm mala mens. Quis inter hæc literis, aut vlli bonæ arti cultus? Non hercle magis quàm frugibus in terra, ſentibus, ac rubis occupata. Quintil.

IIII. *Regula, de qua præceptis quarto, & quinto.*

INter adiectiuum, & ſubſtantiuum ſemper eſt aliquid interponendum: vt, Maxima virtus Cæſaris ſumma laude ſemper extollenda eſt: quod elegantius dicitur, Maxima Cæſaris virtus ſumma ſemper laude extollenda eſt.

¶Hæc regula quatuor habet partes. Prima eſt, Inter adiectiuum, & ſubſtantiuum venuſtè ponitur genitiuus, aut alius caſus ab adiectiuo, aut ſubſtantiuo rectus; vt, Magna virtutis claritas mirum in modum relucet. Secũda, Inter adiectiuum, & ſubſtantiuum in genitiuo caſu poſita, elegũter ponitur accuſatiuus, vel alius caſus regẽs illius ſubſtantiui: vt, Tui beneuolentiam animi haud ſatis laudare poſſum. Magnæ virum ſapientiæ commendare ſolent omnes. Et has duas partes quintum Auguſtini præceptum explicuit. Tertia eſt, Inter adiectiuum, & ſubſtantiuum eleganter præpoſitio (cuius ſubſtantiuum eſt caſuale) aut præpoſitio cũ ſuo caſuali interſeritur: vt, Tuam propter humanitatem magnum in omnes amorem

oſtẽdis. Summa in deum religio obſeruanda eſt. Et hanc partẽ quarto præcepto Auguſtinus tradit. Quarta pars, Inter adiectiuum, & ſubſtantiuum eleganter intercedit pronomen, verbum, aduerbium, aut altera à ſupradictis pars orationis: vt, Perpetuo tibi obſequio deuinctus ſum. Modeſto eſt ingenio, qui laudare magis, quàm laudari petit. Magno videtur honore dignus: qui honorem paruifacit. Quintilianus in decimo, Pigri eſt ingenij contentum eſſe his, quæ ſunt ab alijs inuenta. Idem in duodecimo, Breuis eſt inſtitutio uitæ honeſtæ, beatæq́, ſi naturæ credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit, ideo diſcere meliora volentibus promptum eſt, vt intuenti mirũ ſit illud magis, malos eſſe iam multos.

aliquando intercedit pronomen, verbũ, aduerbium

Quintilian⁹.

V, Regula, cuius parum meminit Dathus, & quæ parum ſeruatur.

Quotieſcunq; ab appoſito alicuius verbi ſecundarij oratio incipit, quod ſubitò relatiuum ſequatur, elegantius inter relatiuum, & antecedens ſecundarium verbum ponitur: vt, *Cnæum Pompeium, qui Romanorum auxit imperium, ſummopere diligo: Venuſtius enim dicitur, Cnæum Pompeium ſummopere diligo, qui Romanorum imperium auxit.*

¶Appoſitum eſt obliquus poſt verbum rectus, à quo incipere dicitur oratio, quum in principio orationis nullo præcedente ponitur, & illud eſt frequentius antecedens. Verbum autem ſecundarium eſt, quod ſecundum in oratione inter verba locum habet, & tale verbum eſt, à quo obliqu⁹ ille in principio orationis poſitus regitur, quare non immeritò antecedentis verbum appellatur. Verbum autem primarium eſt, ante quod nullum aliud ponitur verbum, quaſi primum locum obtinens, & tale

In oratione prima,& non eleganti,eſt verbum relatiui. Dicit ergo regula,quòd quando oratio incipit ab antecedēte obliquo,recto,à verbo alterum verbum ſequente,& poſt talem obliquum immediatè ſequitur relatiuū cum ſuo verbo,quaſi parentheſi incluſum,eleganter verbum ſecundarium ponitur inter obliquum illum,& relatiuum,fitq́ verbum primarium,& verbum relatiui fit ſecundarium: vt,Amicitiam(quæ ſummum eſt inter homines bonum)in primis laudo:Elegantius dicitur,Amicitiam in primis laudo,quæ ſummum eſt inter homines bonum.Ibi verborum ſitus mutatus eſt.

VI. *Regula, De qua præcepto.XI.*

SI fuerit relatiuum in obliquo caſu poſitum, venuſtius antecedens in relatiui caſu poſitum poſtponetur:vt, Virtutes,quibus ab ineunte ætate ſtuduiſti, immortalitate nomen tuum commendabunt:quod elegantius dicitur,Quibus virtutibus ab ineunte ætate ſtuduiſti,immortalitati nomen tuum commendabunt.

¶Hæc regula vndecimo Auguſtini præcepto reſpondet, docetq́, quum oratio ab antecedente nominatiui caſus incipit, verbi, aut adiectiui in calce orationis poſiti ſuppoſito, vel ſubſtantiuo, & poſt antecedens ponatur relatiuum in obliquo, quòd eleantius antecedens mutatur in eundem obliquum caſum cum ſuo relatiuo, quamuis tunc cum adiectiuo, aut verbo poſtremo diſſidere videatur. Et licet illud antecedens mutatum in caſum relatiui præponi poſſet,(Terentius,Eunuchum quem dediſti nobis : quas turbas fecit.) elegantius tamen poſtponitur antecedens ſuo relatiuo. Et hæc regula præſertim locum habet in hoc relatiuo qui, quæ, quod; vt, Literæ quas ad me dediſti fuerunt gratiſſimæ: ſic elegantius dicitur, Quas ad me literas dediſti, fuerunt gratiſſimæ. Terentius.

VII. Regula, cuius meminit præcepto. X.

QVando eſt aliquod ſubſtantiuum cum præpoſitione aliqua iunctum, quod ſit de natura præcedentis, vel ſubſequentis clauſulæ, præpoſitionem in relatiuum vertimus, & verbum ſubſtantiuum adiungimus: vt, Pro tua humanitate multa in me beneficia contuliſti: quod elegantius dicitur, Quæ tua humanitas eſt, multa in me beneficia contuliſti. & ſic in cæteris,

¶Si nomen ſubſtantiuum accuſatiui, vel ablatiui caſus ponatur cum præpoſitione, potiſſimùm cum iſtis, ob, propter, ſecundum, pro, & ſimilibus, elegantius mutabitur illa præpoſitio in relatiuum qui, quæ, quod, nominatiui caſus, eiuſdem numeri, & generis cum nomine ſubſtantiuo caſuali præpoſitionis, & illud nomen ſubſtantiuum etiam in nominatiuum transferri debet, vt relatiuo in genere, numero, & perſona reſpondeat: denique adiungendum eſt verbum ſubſtantiuum Sum, es, eſt, cuius hoc ſubſtantiuum erit ſuppoſitum: vt, Secundum benignitatem ſuam Chriſtus nos redemit: ſic elegantius dicitur, Quæ ſua benignitas eſt, Chriſtus nos redemit. Sic. Pro mea in te beneuolentia hoc te munere donare volo: ſic elegantius dicitur, Quæ mea beneuolentia eſt, hoc te munere donabo.

VIII. Regula, cuius non meminit.

SÆpius relatiuum, quod verbo primario additum eſt, in ſecundarium transferimus: vt, Cicero, qui eloquentiſſimus fuit, cæteris oratoribus in dicendo præſtitit: quod elegantius dicemus, Cicero eloquentiſſimus fuit, qui cæteris oratoribus in dicendo præſtitit.

¶Antecedens, & relatiuum cum diuerſis verbis conſtrui debere, aut eodem geminato notum eſt: quum er-

go relatiuum additur verbo primario, id eſt primo loco poſito, & antecedens verbo ſecundario, & ſecundum verborum locum ſortito, elegantius relatiuum ad verbũ ſecundarium tranſfertur, & antecedens ad primarium: vt quod prius fuerat verbum relatiui, fiat verbum antecedentis, & verbum antecedentis fiat verbum relatiui: vt, Vergilius, qui poëtarum doctiſſimus fuit, cæteros poëtas carmine antecellit: ſic elegantius dicitur, Vergilius poëtarum doctiſſimus fuit, qui cæteros carmine antecellit. Ibi verba eodem ſuo ſeruato ſitu, ſua ſuppoſita permutant. In quinta quidem regula antecedens, & relatiuum ſua ſeruabant verba, verborum tamen ordo mutatus eſt: hîc verò contrà, idem ordo verborum ſeruatus eſt, ſed adiuncta eorum, ſcilicet antecedens, & relatiuũ, variata ſunt. Nempe verbum antecedentis cum relatiuo, & verbũ relatiui cum antecedente poſterius iũgitur.

IX. *Regula, quæ ſuperſedetur.*

SI aliquod habuerimus vel nomen, vel aduerbium inſigne, elegãtius illud cum Quidem, vel Idem pro nomine poſtponemus. Exemplum primi: vt, Marcus Tullius orator ſingularis fuit: quod venuſtius dicitur, Marcus Tullius orator fuit, & quidem ſingularis. Exemplum ſecundi, Quæ mihi iuſſiſti, omnia libẽter perfeci: quod elegantius dicitur, Quæ mihi iuſſiſti omnia perfeci, & quidem libenter.

¶ Duabus partibus hæc regula partita eſt. Prima eſt, quòd adiectiuum inſigne, & excellentiam denotans eleganter ſuo ſubſtantiuo poſtponitur cum pronomine Idem, Hic, vel Is, vel cum coniunctione Quidem: vt, Accepi ex te literas mihi gratiſſimas: ſic elegantius dicitur, Ex te literas accepi, & eaſdem mihi gratiſſimas. Cicero orator eſt præcipuus: ſic elegãtius, Cicero orator eſt, & quidem præcipuus. Et id in omnibus quoq; adiectiuis ſeruandum eſt, etiam non ſignificantibus excel

ſentiam. Secunda pars, Aduerbium inſigne elegãter ſuo verbo poſtponitur, intercedente hac coniunctione Quidem: vt, Ioannes me amat ſingulariter: ſic elegantius, Ioannes me amat, & quidem ſingulariter. Et hoc in omnibus aduerbijs qualitatis obſeruare operæprecium eſt. Quæ tibi profutura cognoſcam exequar, & quidem diligenter.

X. Regula, quã præterijt Auguſtinus.

Sicut in mediocri ſtylo dicẽdi ã re nuda prius incipere oportet, deinde illam exornare, ſic in ſtylo graui ab exornatu incipere, Debemus. Exemplum primi, *Pompeius omnium Romanorum tum armis, tum conſilio facilè princeps fuit.* Exemplum ſecundi, *Omniũ Romanorũ tum armis, tum conſilio facilè princeps Magnus Pompeius fuit.*

¶ Duplex eſt ſtylus. id eſt, ſcribendi character, & modus vnus quidem grauis, ſublimis, altiloquus, grandiloqu⁹, quo res magnæ, & propemodum diuiuæ memorantur: & hic hiſtoriographis, aut diuina conſcribentibus peculiaris eſt. Alter eſt facilis, & leuis, quo res familiares, & ꝑ temporis conditione oblatas amicis ſcribimus, quo ſin epiſtolis vtendum eſt: & hic inferior, & familiaris, ille verò ſuperior appellatur. In ſtylo ergo mediocri primò res nuda, & ſine aliqua ferme elegantia componi debet, deinde rudis oratio paulatim exornari, perinde atq; pictores indigeſtam primùm figuram, & confuſa trahunt lineamenta, poſteà ſingulis membris ſuum addunt decorem: & ſingula verius, diſtinctiuſq; efformant. In ſtylo autem graui ab ornatu exordiendum eſt, nihilq; dicendum niſi cultum, & ſeruatis elegantiæ regulis decoratum: vt, Nullus poſſit ſatis exprimere dignitatem veræ amicitiæ: ſic in ſtylo facili exornat, Veræ dignitatẽ amicitiæ verbis cõſequi poſſet nemo. In graui verò ſic, Sũmã veri amoris dignitatẽ ne humana quidẽ lingua eloqui ſatis poterit.

XI. *Regula, de qua præcepto octauo.*

GEnitiuus caſus ſemp̃ cæteris præponitur: vt, Cõſilium optimi uiri: quod elegantius dicitur, Optimi uiri conſilium.

¶ Hæc regula octauo Auguſtini præcepto concordat, quum dictio recta elegantius præcedat dictionem regẽtem, quàm regens rectam: ſiue ſit nomen, ſiue altera pars orationis, genitiuus ab altero caſu rectus elegantius præponitur ſuæ dictioni regenti: vt, Romanorum virtus totius mundi imperium adepta eſt: meliꝰ quàm, Virtus Romanorum adepta eſt imperium totius mundi. Quintilianus in. vij. Probi verò mores, & anteactæ vitæ integritas, nunq̃ non plurimùm profuerunt. Quum autem dictio regens genitiuum eſt caſuale alicuius propoſitionis, eleganter inter præpoſitionem præcedentem, & ſuũ caſuale ille genitiuꝰ rectus interponit̃: vt, Ob virtutis excellentiã debent illũ oẽs colere. Pro animi tui beneuolentia hoc feciſti: melius quàm, Ob excellentiam virtutis: vel quàm, Virtutis ob excellentiam.

XII. *Regula, de qua latius præcepto nono.*

SI gerundium uerbum habuerimus cũ ſuo appoſito, illud in gerundij caſu ponemus, ac ambo inuicem concordabimus: ut, Veni gratia amandi uirtutem: uenuſtius dicitur, Veni amandæ uirtutis gratia.

¶ Hæc regula nono Auguſtini præcepto conuenit, & docet quòd quũ gerundium vel genitiui, vel accuſatiui, vel ablatiui caſus à verbo tranſitiuo veniẽs ponit̃ in oratione Latina cũ accuſatiuo caſu, ille accuſatiuus elegantius mutatur in eundem caſum cuius eſt gerundiũ, & gerũdiũ in eũdẽ numerũ, & genus, cuiꝰ eſt ille caſus ſubſtantiuus, & ex gerundio cũ ſuo appoſito. (eſt enim appoſitum gerundij obliquus poſt gerundiũ rectus) conſtitue-

tur oratio ex adiectiuo,& ſubſtantiuo:vt,Homines nati ſunt gratia acquirendi virtutem:ſic elegantius, Homines virtutis acquirendæ gratia nati ſunt. vel, Homines acquirendæ virtuti nati ſunt. Similiter. Ad conſequendum artem exercitium eſt neceſſarium. Sic elegantius, Ad conſequendam artem exercitium eſt neceſſarium. Sic, In componendis epiſtolis breuitati ſtudendum eſt: potius quàm, In componendo epiſtolas. Gerundium quidem ſi nominatiui caſus eſt, adiungitur verbo ſubſtantiuo ſequente præſertim datiuo, aut caſu ſui verbi: vt, Abeundum eſt mihi.id eſt, debeo abire. Ouidius, Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. Gerundia in di ponuntur cum nominibus ſubſtantiuis, aut adiectiuis genitiuum poſtulantibus: vt, Miro afficior deſyderio te vidẽdi. vel, Sum cupidus te videndi. Quintilianus in.ij. Neq; enim video quæ iuſtior acquirendi ratio, quàm ex honeſtiſſimo labore, & ab his, de quibus optime merueris, quum & Zeno, Cleantes, Chryſippus mercedes à diſcipulis acceptauerint. Gerundia in dum accuſatiui caſus ordinantur cum præpoſitionibus Ad, Circa, Ob, Propter, Inter, Ante, & In: vt, Ad colendum literas opus eſt labore. Circa inſtituendum iuuenum animos magna cura adhibenda eſt. Vergilius, Et ante domandum, Ingentes tollent animos. Gerundia in do datiui caſus verbo ſine præpoſitione iunguntur: vt, Dedi operam agro colẽdo. Sed ablatiui caſus ponuntur cum iſtis præpoſitionibus De, Ex, A, vel Ab, Cum, In: vt, Quid de veniendo ſtatueris, ſcire velim. Ex patiendo, quàm ex vindicando maior gloria comparatur. A colendo virtutem nunq̃ animum intermittere debemus.

Marginalia: Ouidius. Quintilian⁹. Vergilius

XIII. *Regula, vnde & præcepto. IX.*

SI fuerit aliquod relatiuum inter duo nomina ſubſtãtiua, illud potius cum ſequenti, quàm cum præcedẽti concordamus.

Hanc regulam decimum Auguſtini præceptum edocet. Quum relatiuum præſertim Qui, Quæ, Quod, duobus ſubſtantiuis diuerſorum generum, aut numerorum interponitur, quorum ſequens fuerit proprium cuiuſpiam rei nomen, relatiuum cũ ſequente ſemper conuenire debet, nec cum præcedēte Latinè conuenire poteſt: vt, Eſt loc⁹ in carcere, quod Tullianum appellatur. Si verò ſequens nomen non fuerit alicuius rei proprium nomen, tunc cũ vtrolibet quidem conuenire poteſt, ſed cum ſequēte eleגantius: vt, Colenda eſt virtus, quæ ſummũ eſt hominis bonum. vel, quod ſummũ eſt hominis bonũ. & hoc poſterius venuſtius eſt.

XIIII, *Regula de qua præceptis. xij. xiij. & xiiij.*

SI dictionis alicuius ſignificationem augere volumus, poſitiuo Per, aut Perquã: comparatiuo Longè, vel Multò: ſuperlatiuo autem Quàm iungere debemus. Exemplum omniũ: vt, Perbeatus, vel, perquàm beatus fuit Cæſar, ſed longè beatior Auguſtus, quàm beatiſſimus autem Traianus.

¶Hæc regula duodecimũ, decimũtertiũ, & decimum quartum Auguſtini præceptũ complectitur, docetq; gradus comparationis adiectione aduerbiorum augeri quò vehementius ſignificent. Poſitiuis quidem ſiue nomina ſint, ſiue aduerbia, dictio Per pro valde (vt duodecimũ Auguſtini præcepũ tradit) vel Perquàm pro valde (vt ſextum & quadrageſimum eiuſdem præceptum docet) iungi debet: vt, Pergratus eſt mihi tuus aduentus. vel, Perquàm gratus eſt mihi de tua valetudine nuncius.

Comparatiuis autem longè, aut multò aduerbia adiũgenda: vt, Lõgè ditior eſt, qui nihil cupit, quàm qui multa habet. Longè felicior eſt, qui contemnit opes, quàm qui eas poſſidet. quod decimoquarto Auguſtini præcepto itidem docetur.

Superlatiuis autem Quàm pro valde aduerbium ad-

iungendum eſt: vt, Quàm beatiſſimus eſt, qui fluxas mũdi diuitias contemnit. Quàm feliciſſimus eſt, qui caduca mundi bona floccifacit. Quintilianus in decimo. Quàm maximum ſilentium ſcribentibus maxime conuenire nemo dubitauerit. Neq; enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt, & quoquo reſpexerit deſinit intueri quod propoſitum fuerat. Et id quoq; decimo tertio Auguſtini præcepto diffuſius apertum eſt.

XV. *Regula, de qua præcepto. xv.*

Nomina tertiæ declinationis Græca, ſi peritoſyllaba fuerint, ad ſecundam declinationem referuntur: vt Delphin, *delphinis, delphinus, delphini: elephas, elephantis, elephantus, elephanti.*

¶ Hæc regula decimoquinto Auguſtini præcepto conſona eſt. Peritoſyllaba nomina ſunt, quorum genitiui ſingulares nominatiuum ſingularem ſyllabis excedũt, quæ appellatione Latina excreſcentia, ſiue supercreſcentia dicere poſſumus. Quum ergo Græcum occurrerit nomen, vel à Græca lingua in Latinam traductum, tertiæ declinationis nominatiuum ſyllabis minorem quàm obliquos habens, elegantius ex illius obliquo alterius declinationis nomen formauerimus, quod rectum tertiæ declinationis Græci nominis etiam ſyllabis ſuperet: vt delphin tertiæ declinationis nomen Græcum eſt, & in genitiuo format delphinis, ex hoc itaq; genitiuo pulchrè formatur nomen ſecundæ declinationis, delphinus, delphini. Sic ab elephas, antis, elephantus elephanti, maſculini generis nomen, & ſecundæ inflexionis deducitur.

XVI. *Regula, de qua præcepto. xvi.*

Si aliquod adiectiuum habuerimus ſignificans laudem, vel vituperium, vtile, vel inutile, illud potius

in datiuum ſubſtantiui vertemus cum Sum,es,eſt: vt, Virtutes ſunt mihi iucunditati.

¶Hæc regula decimoſexto Auguſtini præcepto conſona eſt, & præcipit quum verbum ſubſtantiuũ iungit̃ nomini adiectiuo ſignificanti vtile, vel inutile, delectabile, vel triſte, honeſtũ, vel turpe, aut qcq̃ hm̃oi, elegãti⁹ illud adiectiuũ mutat̃ in ſuũ ſubſtantiuũ abſtractum datiui caſus: vt, Hic liber erit tibi vtilis; elegantius, Hic liber erit tibi vtilitati. Malitia eſt hominibus damnoſa: ſic melius, Malitia eſt hominibus dãno. Literæ tuæ mihi iucũdę fuerunt: pulchrius, Literæ tuæ fuerũt mihi iucũditati. Quintilianus in.iiij. Facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & exhauſtis laboribus noſſe menſuram voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exequenda ſcire quantùm ſuperſit. Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo quid vltimum ſit certum eſt.

XVII. *Regula, de qua præceptis. xviij. & xix.*

IN rebus paribus Tum, vel Et, geminatum ponimus; in imparibus verò Quum & Tum, ſed leuius præponitur. Exemplũ primi, Cicero tũ laude, tum rerũ ſcientia valet. Vel, Æneas & fortis, & pius fuit. Exemplum ſecũdi, Cæſarẽ plurimum ualuiſſe quum populus, tum ſenatus affirmat.

¶Hæc regula decimooctauo, & decimonono præceptis Auguſtini continẽtur. Res pares dicuntur, quæ eiuſdem precij, momentiq́ apud homines cenſentur: vt diuitiæ, & generoſitas, ſi eandem apud homines æſtimationem habent, pares dicuntur. Impares verò, quarum vna alteri dignitate, & perfectione præſtat: vt diuitiæ, & virtus. Nã qui ſana ſunt mẽte pluris faciũt virtutẽ quàm diuitias. Itaq; res pares in eadẽ oratiõe poſitæ, ꝑticula Tũ, vel coniunctione Et, coniungendæ ſunt; vt, Hic tũ diuitiarum copia, tum generis nobilitate præſtat. Cæſar & viribus, & ingenio valuit. Impares verò his

particulis Quum,& Tum:vt Quũ præponatur rei leuio ri,& minori,Tum verò poſtpoſitum rei grauiori,maiori ꝙ adijciatur:vt,Quum ſcientia,tũ virtus expetenda eſt.¹

XVIII.*Regula,de qua præcepto.XX.plura.*

SI aliquam perſonam aut laudare,aut vituperare vo luerimus,id trifariam facere poterimus. aut cum genitiuo,quòd magis poëticum eſt:vt,Marcus Ca to vir eſt magnæ virtutis. Aut cum nominatiuo,& abla tiuo:vt,Marcus Cato vir eſt magnus virtute. Aut cum ablatiuo ſolo:vt,Marcus Cato vir eſt magna virtute.

¶Quid ad aliquem laudandum,aut vituperandum re quiratur,uigeſimum Auguſtini præceptum huic regulæ reſpondens luculenter oſtendit,tripliciterꝙ fieri poſſe ibi dem monſtratum eſt.Primò ponẽdo adiectiuum,& ſub ſtantiuum in genitiuo:vt,Cicero eſt acris ingenij, præcla ræ indolis,magnæ ſapientiæ. Secundò ponendo adie ctiuum in nominatiuo,& ſubſtantiuum ſequens in abla tiuo:vt,Cicero eſt acer ingenio, præclarus indole, ma gnus ſapientia.Tertiò ponendo tam adiectiuum, quàm ſubſtantiuũ in ablтõ: vt,Cicero eſt acri ingenio,præclara indole,magna ſapiẽtia.Interdũ poëtæ adiectiuũ in noĩa

Vergilius. tiuo ponunt,& ſubſtãtiuũ in genitiuo loco ablatiui.Ver gilius,Vritur infelix animi.Et idem, O præſtans animi iuuenis,quantùm ipſe feroci Virtute exuperas,tantò me impenſius æquum eſt Conſulere.

XIX.*Regula,de qua præcepto.XXI.*

SÆpenumero verbum infinitiuum vertimus in par ticipium tam ablatiui,quàm accuſatiui caſus,ſi ver bum aliquod præcedat. Exemplum primi, Mihi opus eſt conſulere:quod melius dicitur,Mihi opus eſt cõ ſulto. Exemplum ſecundi,Bonam tibi fortunam inueni re curabo:quod venuſtius dicitur,Bonam tibi fortunam

inuentam

inuentam curabo.

¶Viceſimumprimum Auguſtini præceptum eandem, quam hæc regula elegantiam edocet. Si verbum infinitiui modi accuſatiuo iunctum poſtponatur verbo finiti modi accuſatiuum ſecum admittente, elegantius illud verbum infinitiuum mutabimus in participium præteriti temporis, accuſatiui caſus, ipſumq́ vt adiectiuum cum illo accuſatiuo ſubſtantiuo concordabimus. Terentius, Adoleſcenti morem geſtum oportuit. pro, gerere. Non oportuit hanc rem facere: elegantius, Hanc rem factam non oportuit. Curabo hanc rem expedire. pulchrius dicitur, Hanc rem expeditam curabo. Aliqua tamen verba loco infinitiui habent accuſatiuum nominis gerundiui in dus, qualia ſunt Mando, Loco, Habeo, Puto, Duco, Decerno, Statuo, Exiſtimo. Vergili⁹, Threicio regi furtim mandarat alendum. Hanc domum habitandam locaui. Negocium difficile admodum expediendũ habui. Meam valetudinem tibi literis ſignificandam duxi. Meos tibi ſucceſſus pandendos exiſtimaui. Hanc tibi fortunam aperiendam decreui. &c. At verò ſi dictioni Opus iungatur verbum infinitiuum, ſine ſequentis caſus conſortio, eleganter mutatur illud in ablatiuum, ſingularem neutri generis, participij præteriti temporis: vt, Quid opus eſt facto? pro, facere. Terentius Vergilius

X X. *Regula. Vide præceptum.* X X I I I.

Q*Vum adiectiuum, & ſubſtantiuum in eodem caſu poſita deciderint, ſubſtantiuum in genitiuo caſu ponemus, adiectiuum verò in eo caſu, in quo poni debet, ſed in numero ſingulari, & genere neutro locabimus: vt multa pecunia, parua ſapientia, aliquas literas: quod melius dicitur, multum pecuniæ, parum ſapientiæ, aliquid literarum.*

¶Quum adiectiuum,& ſubſtantiuum adinuicem iun guntur in oratione,à quo quidem adiectiuo poſſit effor mari ſubſtantiuum,ſecum genitiuum caſum recipiẽs,ele gantius illud adiectiuum in ſubſtantiuum ſingularis nu meri,neutri generis,& eiuſdem caſus,cuius fuerat adie ctiuum,conuertimus,præſertim in nominatiuum,& ac cuſatiuum,cum in his duobus potiſſimùm hæc regula locum habere conſpiciatur: ſubſtantiuum verò in geni tiuum caſum eiuſdem numeri,cuius fuerat prius, ſecun dùm cuius ſubſtantiui numerum tota oratio vel ſingula ris,vel pluralis dicenda eſt.Si ſingulare ſubſtantiuũ fue rit,oratio eſt ſingularis:ſi plurale,pluralis,& per nume rum pluralem reſoluenda:vt,Nullas ad me literas dedi ſti:elegantius,Nihil ad me literarum dediſti.Hic multas habet pecunias,ſed paucam prudentiam:elegãtius, Hic multum babet pecuniarum,ſed parum,vel paucum pru dentiæ.Quintilianus in.x.Studendum verò ſemper & vbiq;.Neq; enim ferè tam vllus eſt dies occupatus,vt ni hil lucratiuæ operæ ad ſcribendum, aut ad legendum, aut ad dicendum rapi aliquo momento tẽporis poſſit.

XXI.Regula, de qua præcepto.XXIIII.

Qvum duobus ſubſtantiuis idem adiectiuum aſciſci debeat,adiectiuum in principio oratio nis collocamus, & ſubſtantiua cum Et, *vel* Tum, *geminato poſtponimus:vt, Cæſar fuit magnus vir,& magnus imperator:quod ornatius dicitur,Cæſar fuit magnus & vir,& imperator.*

¶Viceſimumquartum Auguſtini præceptum huic regu læ conſonat.Quando idem adiectiuum duobus ſub ſtantiuis adiungitur,non eſt illud ad ſingulum eorum re petendum,ſed in orationis principio ponendum,& ſub ſtantiua per Tum particulam,aut cõiunctionem Et, co pulata,poſtponenda.Maiorem ſiquidem ſententiæ gra

nitatem affert geminata coniunctio, & venuſtiorem elegantiā ſemel poſita, quæ ad duo refertur, dictio: vt, Alexander fuit magnus rex, & magnus imperator: elegantius dicitur, Alexander fuit magnus & rex, & imperator. & ita in cæteris exemplis.

XXII. Regula, de hac etiam præcepto. XXIIII.

Quum adiectiuum, & ſubſtantiuum ſimul fuerint, quorum ſubſtantiuum ab adiectiuo formatum, fuerit diuerſæ ſignificationis à primo ſubſtantiuo, in duo ſunt potius ſubſtantiua transferenda: vt, Cauendum eſt ne ab honeſtate naturali diſcedamus: quod melius dicitur, Cauendum eſt, ne ab honeſtate, naturaq; diſcedamus.

¶Hæc regula poſtremæ parti vigeſimiquarti præcepti Auguſtini cōcordat. Quū in data oratione de adiectiuo, ſubſtantiuo, illud adiectiuum poſſit reſolui in ſubſtantiuum alterius ſignificationis, diuerſæq; naturæ à primo ſubſtantiuo, elegantius illud adiectiuum mutabitur in ſubſtantiuum, & inter illa duo ſubſtantiua ponetur coniūctio Et: vt, Rex chlamyde, purpuræ indut⁹ eſt: ſic elegātius dicitur, Rex chlamyde, & purpura indut⁹ eſt. Honeſtos iuuenum mores probo: ſic elegantius, Iuuenum honeſtatem, & mores probo.

XXIII. Regula, de qua præcepto. XXV.

Quum gerundium accuſatiuæ vocis habuerimus, potius illud in ſupinum ablatiuæ vocis transferamus: vt, Hoc eſt mirabile ad videndum: quod elegantius dicitur, Hoc eſt mirabile viſu.

¶Gerundium accuſatiuę vocis autor vocat gerundiū in dum, in accuſatiuo caſu, cū præpoſitione præſertim

Ad,poſitum.Supinum verò ablatiuæ vocis appellat ſupinum poſterius in u,terminatum,quòd eius terminatio ablatiuo ſingulari quartę declinationis aſſimiletur. Itaq; ſi nomini adiectiuo adiungatur gerundium accuſatiui caſus cum præpoſitione poſitum,elegantius illud transfertur in vltimum ſupinum:vt,Hoc eſt facile ad dicendum,ſed difficile ad faciendum:ſic elegantius dicit, Hoc eſt facile dictu,ſed difficile factu.vt vigeſimumquintum Auguſtini præcepum itidem declarat.Quintilianus

Quintilian⁹. in primo,Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit: pudẽda dictu ſpectãtur.Fit ex eis cõſuetudo,deinde natura.Diſcunt hæc miſeri,priuſq̃ ſciant vitia eſſe,inde ſoluti,ac fluentes non accipiunt in ſcholis mala iſta;ſed in ſcholas afferunt.

XXIIII.*Regula,de qua præcepto.xxvi.*

SI aliquod ſuperlatiuum durius acciderit,pro eo poſitiuum ponemus,ac ei aduerbium ſuperlatiuum adijciemus:vt vir neceſſariiſſimus:quod elegantius dicitur, maxime neceſſarius.

¶Vigeſimumſextum Auguſtini præceptum hanc regulam confirmat.Durioris ſoni,& aſperæ pronunciationis dictiones ſummopere vitandas eſſe notum eſt. Quare quum nomen ſuperlatiui gradus aſperum,& prolatione durum occurrit,loco eius poſitiuum ipſius ponendum eſt cum aduerbio Maxime.Superlatiuus enim omnis,poſitiuo & Maxime aduerbio explicandus eſt:vt, Memorabiliſſimum edidit facinus.melius dicitur,Maxime memorabile edidit facinus.

XXV.*Regula,de qua præcepto vigeſimoſeptimo.*

SI aliquem maximopere laudare,vel vituperare voluerimus,laudationis,& vituperationis cauſam in genitiuo conſtituemus,& huiuſmodi nomina ſplendorem,

fulgorem, gloriam, vel laudem, vitium, facinus, crimen, aut ſcelus addemus. Exemplum primi, Marcus Antonius plurimum eloquentia valuit: quod venuſtius dicitur, Marcus Antonius plurimum eloquentiæ gloria valuit. Exemplum ſecundi, Lucius Catilina coniuratione damnatus eſt: quod elegantius dicitur, Lucius Catilina coniurationis ſcelere damnatus eſt.

¶Huic regulæ vigeſimumſeptimum Auguſtini præceptum conſentaneum eſt. Mediocriter quidem laudãtes, aut vituperantes, cauſam laudationis, aut vituperationis in ablatiuo cum verbo accommodato ponemus: vt, Cicero in primis eloquentia claruit. Thracius Diomedes crudelitate notatus eſt. Quum verò vehementer, & impẽſè laudare quemquam, aut vitio dare volumus, laudationis, aut culpationis cauſam in genitiuum transferemus, ac laudando ablatiuos laudem denotantes, vt gloria, decore, fama, laude, ſplẽdore: vituperãdo verò ablatiuos vituperiũ ſignificãtes, vt vitio, ſcelere, facinore, flagitio, addemus: vt, Cicero in primis eloquentie gloria claruit. Thracius Diomedes crudelitatis ſcelere, ac tyrannidis vitio notatus eſt.

XXVI. *Regula, vnde & præcepto vigeſimooctauo.*

Quoties nomina ſingularis, vel pluralis numeri ad inuicem connectuntur, viciniori reſpondendum eſt. Si verò pluralis numeri fuerint, ad nobilius tranſeundum erit. Exemplũ primi, Cæſar, & reſpublica Romana meritò Pompeio infeſta fuit. Exẽplõ ſecũdi: vt, Senatores, populuſq; Romanus Cæſarem ſecutus eſt. Exemplum certij: vt, Exercitus noſtri, Romanorũq; turmæ turpiter fugati ſunt.

¶Vigeſimumoctauum Auguſtini præceptum hanc regulam quæ tripertita eſt, latius aperit. Prima pars, Quũ

duo nomina ſingularis numeri connectuntur ad verbũ, vel adiectiuum ſingulare, illud cum viciniore conueniꝛe debet. Si verò intercedat verbum, vel adiectiuum, vtri ꝗ æquè propinquum, cum præcedente: vt, Quantùm frater, tantùm germana mihi dilecta eſt. Sicut tu me, ita & ego te amo. Secunda pars, Quum duo nomina, vnũ ſingularis, & alterum pluralis numeri connectuntur ad inuicem ad vnum verbum, vel adiectiuum ſingulare, illud cum viciniori conuenit: vt, Milites, & imperator validus in bello fuit. Non data munera, ſed dantis animus

Vergilius. magnipendendus eſt. Vergilius, Nihil hîc, niſi carmina deſunt. Tertia pars, Quum duo nomina pluralis numeri, diuerſorum accidentium grammaticalium connectuntur ad verbum, vel adiectiuũ itidem pluralis numeri, illud debet conuenire cum nobiliori, & digniorē perſonam, aut genus habenti: vt, Vos, & amici fuiſtis mihi præſidio. Patres, & matres debent eſſe filijs dilecti. Etiam ſi illa duo nomina ſingularia connectuntur cum verbo, vel adiectiuo plurali, ad nobilius nomen tranſeũdum eſt: vt, Ego, & frater veniemus. Pater, & mater ſunt à filijs honorandi.

XX VII. *Regula, de qua præcepto xl.*

Nonnunꝗ̃ comparatiua pro poſitiuis ponuntur: vt vehementius, pro vehementer: ſæpius, pro ſæpe.

¶Quando comparatiuus duorum, pluriumúe comparationem non denotat, ſed ſimpliciter poſitiui ſignificationem retinet, tunc pro poſitiuo ponitur, maioremꝗ́ ornatum orationi affert. Vergilius, Comites ſenioris A

Vergilius. ceſtæ, id eſt, ſenis. Ioannes ad me venit lætior, id eſt, læ

Quintilian⁹ tus. Sæpius ad te literas dedi, id eſt, ſæpe. Quintilianus in primo. Hi ſunt qui parua facilè faciunt, & audacia proue cti quicquid illi poſſunt, ſtatim oſtendũt, poſſunt autem id demum, quod in proximo eſt, verba continuant, hæc vultu interrito nulla tardati verecundia proferunt. Non

multùm præſtant, ſed citò. Non ſubeſt vera vis, nec penitus immiſſis radicibus nititur, vt quæ ſummò ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundũt, & imitatæ ſpicas, herbulæ inanibus ariſtis ante meſſem areſcunt. Vbi Celeri⁹, pro celeriter ponitur: quod quadrageſimo Auguſtini præcepto clarius elucidatur.

XXVIII. *Regula, de qua latius præcepto. xlij.*

Subiunctiuus modus elegantius pro indicatiuo ponitur: vt velim, pro volo: fecerim, pro feci.

¶Secundum & quadrageſimũ Auguſtini præceptum hanc regulã clariorem reddit. Licet quodlibet tẽpus cõiunctiui pro tempore indicatiui ſibi reſpondente ponere præſertim autem præſens coniunctiui pro pręſenti indicatiui: vt, Tibi perſuaſum eſſe velim, nihil mihi tuo amore grati⁹ eſſe. id eſt, volo. Prætereà pręteritũ perfectũ cõiunctiui, pro pręterito perfecto indicatiui: vt, Nemo ſe id facere poſſe deſperet, quod alium feciſſe viderit. id eſt, vidit. Deniq; futurum coniunctiui pro futuro indicatiui: vt, Si meis precib⁹ acquieueris, me tibi perpetuò deuinctum reddideris. id eſt, reddes. Si aliquid ad me literarum dederis, rem mihi profectò gratiſſimam feceris. id eſt, facies.

XXIX. *Regula, de qua præcepto. lxxxi.*

SI verbum finitum habuerimus cum Quòd coniunctione, ea remota eleganter illud ad infinitiuum reducemus: vt, Gaudeo quòd tribunitiam poteſtatem conſecutus fueris: quod melius dicitur, Te tribunitiam poteſtatem conſecutum fuiſſe gaudeo.

¶Primum & octogeſimum Auguſtini præceptum eandem cum hac regula ſententiam exprimit. Verbum finiti modi cum particula. Quòd in oratione poſitum, elegantius abiecta coniunctione mutatur in verbum infinitiui modi, & nominatiuus in accuſatiuum. Obſeruandum tamen eſt ſummoperè, quòd eadem temporis

ratio ſeruetur, vt præſens in præſens, præteritum in præteritum, & futurum in futurum commutetur: vt, Audiui quòd pater adeſt: Audiui patrem adeſſe. Accepi quòd pater rediјt: Patrem rediјſſe accepi. Intellexi quòd Ioannes huc propediem venturus eſt: Ioannem huc propediem venturum eſſe intellexi. Et hæc regula in verbis actiuis, paſſiuis, neutralibus, deponentibus, & communibus veritatem habet, & locum.

XXX. *Regula, de qua præcepto.* CLXVI.

Quum aliquod adiectiuũ exornare voluerimus, proferemus illud per ſuum oppoſitum addita negatione: vt, Cicero fuit literarum peritus: quod elegantius dicitur, Cicero fuit haud neſcius literarum.

¶ Centeſimum ſexageſimumſextum Auguſtini præceptum hanc poſtremam regulam manifeſtat. Si adiectiuum nomen, quod alterum habet adiectiuum ſibi oppoſitum, in oratione poſitum fuerit, eleganter loco eius adiectiuum ei oppoſitum præpoſito aduerbio negandi Non, ponetur: vt, Cicero eſt peritus eloquentiæ: ſic eleganter dicitur, Cicero haud eſt eloquentiæ imperitus. Magno affectus ſum gaudio: melius ſic dixerint omnes, Non mediocri affectus ſum gaudio. Quintilianus in .ij. Diſertũ præceptorem, prudentem quoq;, & non ignarũ docendi eſſe oportebit, ſubmittentem ſe ad menſuram diſcentis: vt velociſſimus quis ſi fortè iter cum paruulo faciat, det manum, et gradum ſuum minuat, nec procedat vltra, quàm comes poſſit.

¶ *Finis triginta Regularum Franciſci Nigri, & earundem expoſitionum.*

¶ *Nomina magiſtratuum, dignitatumq́; veterum Romanorum Iodoci Clichthouei Neoportuenſis expoſitione declarata, ad iuuentutis eruditionem, ſequuntur.*

De Imperio Romano, & Senatoribus.

PRimò imperium Romanorum reges habuere: quorum primus fuit Romulus. Secundus, Numa Pompilius. Tertius, Tullus Hoſtilius. Quartus, Ancus Martius. Quintus, Tarquinius Priſcus. Sextus, Seruius Tullius. Septimus, Tarquinius Superbus. Poſt cuius exactionem conſules creati ſunt. Senatus erat ſocietas, ac collegium ſenatorũ, qui centum primo numero per Romulum ſtabiliti ſunt: deinde regibus exactis, ſenatus numero ducentum adauctus eſt, & omnes patres conſcripti nominati ſunt, ſiue ætate, ſiue cauſa, ſiue ſimilitudine, quòd ſicuti parens liberos, ita ipſi rempublicam regebant. Eorum dignitas tota eorum vita perdurabat, eorumq́; filij Patritij dicebantur.

¶ Quum Roma auſpicijs Romuli condita eſſet, ſeptem ſubinde reges eius imperium tenuerunt de quibus Florus libro Epithomatũ primo. Hæc eſt, inquit, prima ætas populi Romani, & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, quadam fatorum induſtria tam varijs ingenio, vt reipublicæ ratio, & vtilitas poſtulabat. Nã quid Romulo ardentius? Tali opus fuit, vt inuaderet regnũ. Quid Numa religioſius? Ita res popoſcit, vt ferox populus deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? Bellatoribus viris quàm neceſſarius, vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? vt vrbem Colonia extenderet, & ponte iungeret, & muro tueretur. Iam verò Tarquinij ornamenta, & inſignia, quantã principi populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatem? Actus à Seruio cenſus, quid effecit, niſi vt ipſa ſe noſce-

ret reſpublica. Poſtremò Superbi illius importuna dñatio nonnihil, immo vel plurimùm profuit. Sic enim effectum eſt, vt agitatus iniurijs populus cupiditate libertatis incenderetur. Hæc ille. Exactis, expulſis ob ſtuprũ illatum Lucretiæ à Sexto Tarquinio, filio Tarquinij Superbi. Senatus, nomen collectiuum aliquãdo, eſt multitudo, & collectio ſenatorum: vt, Senatus hoc agendũ decrenit. Erant enim Senatores viri ætate graues, & prudentia inſignes, qui conſilio rempublicam tuebant. Diuiſit & Romulus populum Romanum in Maiores, quos Senatores ab ætate nuncupabat, vt prudentia, & conſilio reipublicæ præeſſent: & Iuniores, quos bello gerẽdo deputabat. Inde Senatorius a, um: vt, Hic eſt vir ordinis ſenatorij. Senatores etiam dicebantur patres conſcripti.

Salluſtius Salluſtius, Delecti quibus corpus annis infirmum, ingeniũ ſapientia validũ erat: reipublicæ conſultabant: hi vel ætate: vel curæ ſimilitudine patres appellabant. Vocabãtur aũt Cõſcripti, quòd eorum nomina literis aureis in quadam tabula inſcribebant: corũq́ filij Patritij vocabãtur. Vnde virum patritium vocabant Romani, qui de ſanguine ſenatorum, patrũq́ conſcriptorum eſſet. Et ad ſenatus Romani ſimilitudinem Parrhiſijs ſenatus inſtitutus eſt: & qui illius aſcribunt numero (quos vulgò dominos de parlamento vocant) rectè ſenatores dicuntur. Nonnũq́ Senatus capitur pro loco, quo ſenatores conueniebant ad conſultandum de reipublicæ negotijs: vt, Hic orationẽ habuit in ſenatu. quod ſæpe apud Ciceronem eſt inuenire, & tunc per Metonymiam capitur contentum pro continente.

De Conſulibus, Dictatoribus, & Imperatoribus.

Conſules duo erant, & eorum officium anni ſpacio perdurabat. Anno completo populus Romanus congregabatur in campo Martio in comitijs, & de conſulibus eligendis pertractabat. Officium con-

ſulum id erat, exequi diligentia, & opera voluntatem, & iuſſa ſenatus. Eis data poteſtas erat damnandi, atq; abſoluendi. Quẽq; conſulem duodecim homines ſecures manibus geſtantes præcedebant, & hi Lictores appellati ſunt. *Dictator erat officialis populi Romani, qui ſupra cæteros magiſtratus præferebatur honore, atq; potentia, quoniam nemini fas erat de ſententia dictatoris querelam agere, aut ipſi contradicere: nec dictator eligebatur, niſi vbi maxima neceſſitas ad hoc agẽdum rempublicam coẽgiſſet: Qui etiam dictator ſub ſe Magiſtrũ militum habebat, quem ipſe elegiſſet. Dictatura ſexto menſe finiebatur, citius tamen, aut tardius, prout pericula, & neceßitas expoſcebant.* *Imperator is dicebatur, qui perdurante bello præerat exercitui, factus communi concordia vel conſul, vel dictator, vel quiſpiam alius magiſtratus. Et quilibet imperator, vel dux, in ſuo exercitu officiales habebat, qui legati dicebantur. Hi omnibus alijs antepoſiti, vbi imperator intereſſe non poterat, eius vice potiebantur.*

¶Conſules, quòd plurimùm reipub. conſulerent, dicti ſunt. Bini ſingulis annis creabantur. Romani annorum ſupputationem, rerumq́; geſtarum ſeriem per conſules deſignabant, vt Greci per Olympiades. Tẽpus enim, quo quid factum eſſet, per eos, qui tum conſules erant, ſignauerunt. Hi ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vendicarent, lege lata inſtitutum eſt, vt prouocatio ab eis ad populũ eſſet: neúe poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi, ſolo hoc eis relicto, vt coẽcere poſſent, & in vincula publica duci iuberent. Inde Conſulatus, dignitas conſulis. Martius campus Romæ erat ſic dictus, quòd Marti conſecratus eſſet. De quo Tit. Liui. Ager Tarquiniorũ, q inter vrbẽ, & Tyberim erat, Marti conſecratus, Martius déinde campus fuit, in eum (quòd multitudinis capax erat) populus Romanus ad cli

Conſules

Marti⁹ cãp⁹

Lictor gendos magiſtratus conuenire ſolebat. Lictor, magiſtratuum miniſter, ac ſatelles erat, ſic dictus (vt nonnulli volunt) à ligando, vel quòd virgarum faſces ligatos gerebant lictores, vel quòd quum magiſtratus populi Romani virgis quemꝙ verberari iuſſiſſent, crura eius, ac manus ligare lictores ſolebant. Alij Lictorem à lino, vel licio appellatum dicunt, quòd lictores licio ex tranſuerſo cincti erant. Erant conſuli lictores. xij. Cæteris verò magiſtratibus, quales ſunt proconſules (qui extraordinariũ gerunt conſulatum) præſides, prætores, & cæteri id genus, tantùm ſex. Dictator, quòd a conſule dicebatur,

Dictator cuius dicto audientes omnes eſſent, appellatus eſt. Eratꝗ extraordinarius magiſtratus, tum ſolùm quũ vis aliqua maior repentè oborta, ingentem vrbi cladem minitari videretur, creari ſolit⁹. Habebat dictator ius animaduertendi in ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: lictores, & vniuerſa regum inſignia habebat. Dictatori cæteros magiſtratus eligere licebat: à quibus dictandis, quidam volunt dictatorem appellatum. Eligebat ſibi dictator magiſtrũ eqtũ, q talis apud dictatorẽ erat, quales apud reges tribuni equitũ, celerũꝗ: vtꝗ dictatori ius ſummũ inpopulũ erat, ita magiſtro equitũ in oẽs milites.

Imperium Cuius officium Dictatura appellatur. Imperij appellatio tametſi diu militare officium in bello fuiſſet, conſuetudine tñ inductum eſt, vt hi, qui reipub. Romanæ gubernacula ſoli tenebant, imperatorium nomen ad dignitatem tranſtulerint, regio nomine reiecto, quod poſt exactos reges odio Romanis habebatur. Quippe imperatores dicebantur, qui ſenatus, & populi Romani iuſſu, vel ducebant exercitus, vel prouincias adminiſtrabãt: & ſinguli duos legatos habebãt. Itaꝗ hi non domini erãt, ſed miniſtri, ꝗuis in tyrannidem verſus ſit hic magiſtratus, & imperatoris nomen in eum trãſlatũ ſit, qui Romani imperij gubernacula tenet.

De Tribunis, Prætoribus, & Præfectis.

TRibuni plebis erant officiales, ad plebis tutamē procreati. Hi erant liberi, & exempti in vrbe, & extra vrbem Romam per vnum miliare, & ſacroſancti dicebantur. Et ſi quis magiſtratus alius eos cōtumelia vlla affeciſſet, trunca eius ceruix in templo Iouis conſecrabatur, quorum miniſtri, ſeu ſatellites, viatores appellabantur. Prætor erat officialis, qui iuſtitiam populo tribuebat, malos coërcebat, innocuē viuētes tutabatur: ſicut poteſtates, ſiue præpoſiti, ſiue baliui faciunt. Et id officium ideo repertum eſt, quia in bellis conſules admodum occupati, iuri reddendo vacare non poterant.

Præfectus erat magiſtratus, cuius erat munire, ac prouidere neceßitatibus reipub. præcipuē tamen annonæ, ac reſtaurare omnes defectus vrbis aduenientes, & quū ſuperiores magiſtratus vrbe exceſſerant, is ſummus adminiſtrator cum rege manebat. Pontifices dicebantur principes antiſtitum, & ſacrorum augurioruni, inter quos vnus ſummus pontifex maximus, ſiue pontificum rex, & ſacrorum habebatur.

¶Tribuni ęrarij dicti ſunt, quibus tributa ſoluebantur: poſteà verò tribuni etiam vocati ſunt, qui magiſtratum gerebant, vt regum tempore tribuni celerum, equitumq́, qui centurijs præerant: poſteà facti ſunt tribuni militum in caſtris, qui parem cum conſulibus haberent poteſtatē: & in diſſenſione plebis à patribus facti ſunt Tribuni plebis, quibus maxima eſt tradita poteſtas, quippe & pro- Tribuni uocabatur ad eos, & omnia ſenatuſconſulta niſi per eos approbata, & ſubſcriptione T literæ à tergo ſignata fuiſſent, irrita habebantur. Hi potiſſimùm plebem, ne à patribus opprimeret, tutabant, nobiliorū impetū reprimētes.

Prætor, quaſi prætor, magiſtratus popu. Ro. creatus, Prætor qui (quum conſules ab vrbe bellorum gratiā auocarentur) inſtitutus eſt, vt in vrbe ius redderet, flagitioſos ple-

ſtebat, innoxios ſubleuabat, & vnicuiq; iuſticiã admini ſtrabat, ſicut nunc vrbium præpoſiti, & poteſtates. id eſt, qui funguntur autoritate iuris reddendi. Quippe Poteſtas abſtractè dignitatem ſignificat: aliquando concretè eum, qui dignitate, & prætura fungitur. Inde Prætoriũ, locus vbi ius reddebatur à prætore. Præfectus erat, qui annonæ pro ipſius vrbis alimonia comparãdæ præpoſitus fuit. Hic emendi frumenti curam habebat, aduehi vndecunq;, & aduectum iuſto precio venire faciebat. Si vltra neceſſitatem habebat, in medium cogebat proferre. Et peculiari nomine Præfectus annonæ dictus eſt. Erat prætereà apud Romanos Præfectus vrbis, qui totius vrbis adminiſtrationem abſentibus maioribus magiſtratibus habebat. Et Præfectus vigilum, qui multo præſidio munitus vrbem noctu circumire, prohibere incendia, aut excitata extinguere, effractores, fures, & cæteros id genus homines noctu nequitiam exercentes comprehendere, & in vincula conijcere habebat, qualem Gallico ſermone vocant, le cheualier du guet.

Præfectus

Pontifex

Pontifex appellatus eſt à poſſe, & facio, vt pleriq; volũt: vel potius à ponte, & facio, vt Varro tradit: nam à pontificibus pons ſublicius primùm eſt factus, & poſteà ſæpe reparatus, necnon cæterorum pontium reſtituendorum his cura data erat. Erant autem maiores, & minores pontifices, inter quos vnus ſummus, qui pontifex maximus, ſiue ſummus pontifex dicebatur: quod à Romanis veteribus ſumptum, noſtræ quoq; religionis homines ſeruãt. Nam minores pontifices, epiſcopos vocant, maiores põtifices archiepiſcopos, & papam, ſummum, maximumq; pontificem (quòd eccleſiæ catholicæ præſit) appellant: inde Pontificatus, ipſius pontificis dignitas; & Pontificius, & Pontificalis, adiectiua deducuntur.

De Cenſoribus, Quæſtoribus, & Ædilibus.

CEnſores erant magiſtratus maximæ autoritatis & prudentiæ: horum cura fuit æſtimationes, ſtaſteras, pondera, vias, ornamentaq; cætera ciuita

tis, & ſuburbiorum, & municipiorum vrbi finitimorũ, vt debitè haberentur, pertractare: vrbis, & ciuium impenſas ſuperuacuas reſecare, moribus præeſſe. Hi magiſtratus in initio ſuo quinquennio perdurabant. poſteà decem & octo menſium terminus ipſis ſtatutus eſt. Quæſtorum erat officium inquirere reipublicæ ratiões, vrbis Romanæ vectigalia, prouentuſq́; exigere. Controuerſiæ ciuium his coram agebantur: ab his, queſtiõibus, & litibus finis aut ſententiis, aut aliter imponebatur.

Interrex, erat officialis, cui plena, & integra poteſtas erat eligendi magiſtratus, qui diſceptationis vi comitiis eligi non poterant. Ea dignitas ſicut populi voluntate dabatur, ita perdurabat, & facta electione ceſſabat. Aediles erant officiales, quibus cura templorum cõmittebatur, ponderum, menſurarum, & à ſordibus expurgandæ ciuitatis, multarũq́; rerum aliarũ. Sedebant in ſellis curulibus. Cõtrouerſiæ de vſuris eis coram agebantur: loca tantùm publica, & reſpublicas, nihilq́; priuatum curabant.

¶Cenſorea à cenſendo vocitati ſunt, quòd rem ſuam quiſq; tanti æſtimare ſolitus ſit, quantùm illi cenſuiſſent. i. æſtimaſſent. Hi quum propter diuturna bella cenſus, æſtimatioq́; rerum, ac bonorum, ſecundum quam tributa pendebantur, facta non eſſet, conſuleſq́; bellis impliciti id præſtare non poſſent, Cenſores creati ſunt, qui quinto quoque anno cenſum agerent, ciuiumq; Romanorum numerum, facultateſq́; recenſerent: & à cenſu agendo Cẽſores appellati ſunt. Cura deinde morum, ac diſciplinæ Romanæ huic magiſtratui tradita, intantumq́; autoritas eorum creuit, vt ſub poteſtate cenſoria eſſet ius priuatorum, publicorũq́; locorum, vectigal populi Romani, in ſenatu legere, ſenatꝰ prĩcipẽ deſcribere, cẽſum agere, luſtrũ Cenſor

condere, equũ adimere, & quos putaſſent parũ dignos, ſenatu amouere. Inde Cenſura, dignitas cenſoris eſt.

Quæſtor Quæſtores per ſyncopã quaſi, quæſitores dicti ſunt. Vergilius. Verg. Quæſitor Minos vrnã mouet. Hi pecuniæ publicæ quærendæ præpoſiti erant, vectigalia agebãt, & ærarij curam habebant. Maleficia quoq; inquirere ſolebant, propter quod à quæſtionibus exercendis nõnulli putãt Quæſtores appellatos. Legitur etiam quæſtores à populo creatos fuiſſe, qui capitalibus rebus præeſſent, & hi Quæſtores parricidij nuncupabantur. Inde Quæſtura, officium quæſtoris.

Interrex Interrex eſt, qui populi conſenſu loco magiſtratus conſtituitur propter tumultuationem, & diſſenſionẽ eligentiũ nõ electi, quũ tamen eligendus eſſet. Vel qui poteſtatẽ habet talẽ magiſtratum eligendi. Quod ſm, rarius eſt illius dictionis ſignificatũ. Inde Interregnũ eſt, quũ loco magiſtratus Interrex creatur. Titus Liuius, Quũ ſine curuli magiſtratu reſpublica eſſet, patritij coiere, & interregẽ creauere: contentio, conſulesne an tribuni militum crearentur in interregno, rem cõplures dies tenuit. Propriè tamen Interregnum appellatur id tẽpus, quo regnũ vacat rege, hoc eſt anteq̃ in demortui locũ nouus rex præficiatur: & Interrex, qui inter eã regis locũ tenet.

Ædilis Aediles ab ædibus dicti ſunt, magiſtrat⁹ erant, qui nõ modò ſacrarũ, ſed etiam priuatarum ædiũ curã gerebant, ludos quoſcũq;, & ex quacunq; cauſa inſtituere ad eos pertinebat. Comœdiæ quoq;, & Tragœdiæ ædiliũ iuſſu recitabantur, & loca in theatro aſſignabantur. Siquis ſeruũ, aut iumentũ morboſum, uitioſumue pro integro, ſanoq́ vendidiſſet, edicto ædilium emptori ſuccurrebatur. Hi etiam curam gerebant, vt cloacæ, & aquęductus, cæteraq́ ædificia tam priuata, quàm publica, lauta, munda, & integra ſeruarẽtur. Deniq; quicquid vitioſum pro ſyncero, fractum pro integro venundabatur, ædilium imperio reddebatur: idq́ ædilitiũ edictum dicebatur. Et quia ædiles ſella curuli vtebantur, ſaltem patritij, ædiles curules dicti ſunt. Alij ex plebe ædiles plebeij ſunt dicti, & hi non ſedebant in curribus.

Ædilitas,

Ædilitas, Ædilitatus, & Ædilitium, eſt officiũ, dignitaſq; Ædilis.

De Chiliarchis, Comitijs, & Magiſtratibus.

Chiliarchæ mille militibus præſidebãt. Centuriones centum militibus præerant. Decuriones decẽ militum principes habebantur. Populus dicebatur vniuerſa collectio ciuium Romanorum: pleriq; tamen opinantur neq; ſenatores, neq; patritios in populo numerari. Plebs populi pars erat ex abiectioribus conſtãs, ſcilicet populus minutus, cuius Tribuni plebis tutores erant. Comitium dicebatur electio magiſtratuũ, ſiue officialium: item locus, & tempus electionis, comitia dicebantur. Magiſtratus generaliter dicebatur quælibet dignitas, aut officium Romanorum: quanquàm interdũ officialem, aut officialium collectionem deſignat. Milites generaliter dicebantur, quicunq; iureiurado accepto militiam peragebãt, ſiue pedites, ſiue equites proficiſcerentur. Turma, ſiue Ala erat triginta equitum contubernium, ſicut Manipulus decem militum erat conſortium.

¶Chiliarchus à chilia, quod eſt mille, & archos, quod eſt princeps dicitur, quaſi mille militum princeps. Chilias enim mille annorum eſt ſpatium. Mantuanus, Ex horis nox, atq; dies: ex nocte, dieq; Lunigenæ ſurgunt menſes, ex mẽſibus anni, Luſtra, & Olympiades nemoris de nomine dictæ, Et quę centuplici voluuntur ſecula curſu, Chiliadeſq; cadunt, quarum iam quinta receſſit. Sic Hecatontarchus, qui centum militibus pręeſt, & hic Latinè Cẽturio dicit: & Pẽtacõtarchus, qui quinquaginta militum eſt princeps; & Decarchus, qui decem: & hic Latinè Decurio appellatur. Populus, collectiuũ nomen eſt, ſua appellatione Romanos omnes tã nobiles, quàm ignobiles complectens. Et diuidebatur in patres, patriciosq; viros, qui nobiliori genere orti, & melioris erant Chiliarchus.

conditionis,& in plebem, quæ erat ignobilium, minimeque fortis virorũ multitudo: inde Plebeij,qui erant de plebe.Qui tamen patritios,& ſenatores à populi nuncupatione ſecludunt,populũ ſolã plebẽ ſignificare ponant neceſſe eſt.

Comitium Comitiũ, à cõ, & itio,ſiue eo,dictũ eſt,quòd populus coibat,conueniebatque ſtatutis tẽporibus ad eligendos magiſtratus.Illa igitur populi congregatio Comitiũ dicebatur:ſiue electio magiſtrat⁹:ſiue loc⁹, in quo fiebat electio:ſiue tẽpus electionis, qui dies comitiales dicti ſunt.

Magiſtratus Magiſtrat⁹ aliquãdo concretũ eſt,& nõ collectiuũ,& eſt aliquis officialis,& dignitate fungens. Aliquando cõcretũ,& collectiuũ,& tunc eſt officialiũ collectio.Aliquãdo abſtractũ,& tunc dignitatẽ ipſam ſignificat:vt,Hic gerit in vrbe magiſtratum.

Miles Miles, à militando dictus,quicunque pro ſtipendio militaret:nec dignitatis nomẽ eſt,vt vſurpãt aliqui,equitẽ auratũ, equeſtris ordinis virũ,militẽ appellantes,ſed potius nomen eſt miniſtri:inde Militia, & Militaris deducitur.

Manipulus Manipul⁹, pars centuriæ erat,quæ vnũ ſignũ ſequebat̃,ex decẽ militib⁹ conſtans:ſic dicta,quòd ſub Romulo milites faſciculos herbæ manuales (qui propriè manipuli dicunt̃) haſtis alligatos pro ſignis gerebant: inde Manipularis miles.

Ouidius Ouid.Pertica ſuſpẽſos portabat longa maniplos, Vnde maniplaris nomina miles habet. inde Manipulatim. i. per ſinugos manipulos: ſicut à Turma dicitur Turmatim.i.per ſingulas turmas.

De Legionibus Cohortibus, & Ouationibus.

Legio erat cœtus militũ ordinatus à ſex milibus in ſeptẽ milia,nõ vltra procedẽs, quanquàm pleriq; numerũ ſex miliũ, ſexcentorũ, & ſexagintaſex militũ bellatorũ legioni aſcribant, quorũ ſexagintaſex erãt officiales. Cohors erat cœtus quingentorũ militum armatorũ. Quidã tñ dixerũt, q nõ niſi ex quinquaginta cõſtabat. Cornua ſunt extremitates acierũ pugnãtiũ, & hoſtiũ. Triũphus dicebat̃ ſummus bonor, qui Romanis

imperatoribus exhibebat, qui ſtrenuè pugnando hoſtes ingenti clade proſtrauerant. Ouatio erat honor, qui illis fiebat, qui egregiè pugnãdo nõ nimis clarã victoriã res portauerãt. Iuſtitiũ erat tẽpus, quãdo iura in vrbe Romana nemini reddebãtur, periculoſis reipublicæ temporibus, & dubijs certaminibus, ſed iura claudebant, & iurgia tacebant, quouſq; inſtans periculum tolleretur.

¶Legio erat militũ cœtus vltra ſex milia, & citra ſeptem milia: neq;. ſ. plures ſeptem milibus, neq; ſex milibus pauciores, ſed intra duos illos extremos terminos interceptum quemlibet numerũ complectens. Dicũt alij quòd ſex milia ſexcentos & ſexagintaſex continuerit milites, quæ primæ ſignificatiõis particula eſt. Alijs placet (quibus magis aſſentior) quòd Legio habebat peditum ſex milia centum, & equites ſeptingẽtos triginta. Decemq; cohortibus firmata erat, & numero militum, & robore imparibus. Prima enĩ cohors mille centũquinq; peditib9 cõſtabat, & equitibus loricatis quadragintaduobus: & hæc Miliaria dicebatur. Secunda quingentos quinquagintaquinq; habebat pedites, equites ſexagintaſex: & hæc quingentaria dicebatur. Tertia eodẽ numero cõſtabat. Quarta, & cæteræ omnes, eodẽ quo ſecunda numero conſtituebantur: vt ex Peroti viri Latinæ linguæ peritiſſimi, in Martialẽ commentarijs videre licet. Et ſicut rerum quarumcunq; extremitates, vt montium, & lunæ, cornua vocantur, ita quoq; in acie extremitates exercitus vocantur cornua, erantq; gemina in acie. ſ. dextrum cornu, & læuum, ſiue ſiniſtrum. Triumphus ingenti victoria parta, & graui clade hoſtibus illata, duci conceſſa gloria eſt. Itaque qui triumphabant, quatuor albis equis vehebantur, & ſenatu prȩeunte ducebantur in Capitolium, & ex tauris ſacrificabant. Ouatio autem, quoties non interfectis, ſed fugatis hoſtibus incruenta fuit victoria, duci præſtabatur. Itaque qui ouabant, vno vtebantur equo, & à plebeijs ſine equitibus in Capitolium deducti, ex oue ſacrificium faciebant.

Legio. Triumphus Ouatio

Iuſtitium. Iuſtitiū, quaſi iuris ſtatio, qes, & ceſſatio dicta eſt, quòd tunc ius ſtaret, & quieſceret.

Priuati ciues dicebantur, qui nullum officium publicum, nullum magiſtratum exercebāt: eorum oppoſiti .i. qui magiſtratum exercebant, publici vocabantur. Colonia erat cœtus, aut multitudo ciuium, tranſmiſſa iuſſu ſenatus ad inhabitandum ciuitates alienas, aut gratia cuſtodiendi, aut poßidendi. Et hi noui habitatores Coloni dicebantur. Lex, erat populi Romani conſtitutio. Senatuſconſultum, erat decretum à ſenatu conſtitutum. Plebiſcitum, erat conſtitutio conſenſu plebis à tribunis ordinata. Decretum, dicebatur imperatoris edictum. Et quodlibet horum vim legis obtinebat. Et ſimiliter ſicuti lex, firmiter ſeruabantur edicta prætoris, præfecti, cenſorum, quæſtorum, & ædilium.

Priuati ¶ Priuati ciues, qui publico munere nō fūgebant. Hinc Publici agere priuatam vitam dicuntur, qui non gerunt publicū magiſtratū. Publici verò, qui officium gerunt. Quum autem vrbs Roma tātæ multitudinis, quanta ad ipſam cōfluebat, capax nō eſſet, imperio ſenat⁹ pars ciuiū traducebat ad inhabitanda loca aliena, quæ vel incolis vacua, vel armis capta erant, vt fugatis hoſtibus, illa loca capta ab amicis habitarentur, aut indigenis in deditionem acceptis, Romani ciues illuc habitatū miſſi deditos à defectione prohiberent: & talis ciuium multitudo Colonia dicebatur: & ciues, Coloni. Vergilius, Vrbs antiqua Vergilius fuit, Tyrij tenuere coloni. Senatuſconſultum, & Plebiſcitum, nomina ſunt ex obliquo, & recto compoſita: & illud à ſenatu conſtitutionem factam ſignificat, quandoquidem Conſultum, ti, decretum eſt: hoc verò à tribunis plebis, ipſa plebe conuocata prius, & conſentiente: nam Scitū, ti, eſt ſtatutū, vt in primo Auguſtini Dathi præcepto dictum eſt. Decretum, à decerno; ſicut edictum ab

edico, nomina nota ſunt.

CIues Romani item tribus nominibus vocabãtur, ſicut Publius Cornelius Scipio. Vnde etiam, vt quidam aiunt, primum eſt prænomen, ſecundũ nomen, tertium cognomen, vel agnomen. Et quia in Romanis hiſtorijs ſæpius breuiter nomina notãtur, opus eſt ſcire quòd per A. Aulus intelligitur, per Ap. Appius. per Fl. Flauius, per M. Marcus, per S. Sextus, per T. Titus, per C. Cælius, per G. Gaius, per P. Publius, per D. Decius, per L. Lucius, per Q. Quintus, per Sp. Spurius, per R. Roma, per Ro. Romani, per Pl. Plebs, per Rp. Reſpublica, per Con. Conſul, per S. Senatus, per Tr. Tribunus, per Se. con. Senatuſconſultum, per B. Brutus, per Iu. Iudices, per Q. Quirites.

¶Prænomen eſt, quod proprio nomini præpoſitũ gentem, familiãq; indicat. Nomen, propriũ, quo vnuſquiſq; nominatᷣ, vocabulũ. Cognomẽ, quod ꝓprio nomini ſubiunctũ adijcitᷣ. A nonnullis additᷣ & Agnomẽ, quod ex aliquo euẽtu, aductitiaq; cauſa cuiq; attribuitᷣ: vt Scipio dictus eſt Africanus à deuicta Africa. Paulꝰ Aemylius, Macedonicus, à Macedonia ſuperata. Et conſuetudine tractũ eſt in hiſtoriarũ libris ipſorũ nominũ ſolũ capitales, primaſq; literas notari: quæ non ſolũ hîc expreſſas, verùm alias quoq; nominũ appellationes notant: vt per C. aliquando Curius, aliqñ Caius, aliqñ Cicero: per L. modò Lepidus: per M. aliqñ Martiꝰ ſignificatᷣ: per Cn. Cnæus: per P. Pompeius, aut Pomponius &c. id genus nomina ſignificantur, quæ apud hiſtoriarum ſcriptores paſſim inueniuntur.

Aſcenſius lectori ſalutem.

HAbes itaq; eloquentiæ ſtudioſe magnum ad venuſtum ſermonem adiumentum. Cui pro orthographia præceptiunculas poſtpoſuimus, reliquũ

eſt vt his diligentius inſudes. Vale. Ex officina noſtra Idibus Iunij.M.D.V.

Iodoci Badij Aſcenſij de rectè ſcribendi ratione compendioſa traditio.

QVandoquidem ad epiſtolarum conſummationem, atq; carminis rationem, & debitam pronunciationẽ ortographia. i. recta ſcriptura, inprimis conducit, conſtitui pauculas præceptiones, quæ ad eam faciant, ſuperioribus adijcere, pleniorem eius rei traditionem in alium locum recipiens.

De ortographia, generalis regula.

Immediatus dictionũ deriuatus, atq; deſcẽſus in primis annotãdus eſt, vt riui fõtibus haud diſſimiles ſint.

¶Quocirca operępreciũ eſt noſſe quòd verbalia, & participia temporis quidem præteriti, & futuri in rus, ferè de ſupinis deducuntur. Supina de præteritis perfectis indicatiui modi, atq; illa de pręſentibus eiuſdem modi, quæ in quibuſdam primaria, in quibuſdam deductiua ſunt. Quæ verò à nominibus trahũtur, vt abſtracta à cõcretis, ea ferè à genitiuis formantur, vnde & gignendi appellationem illis inditam nonnulli volunt. Quibus prænotatis, habeantur hæc pro exemplis regulæ.

Prima regula exemplaris.

Prima præſentis indicatiui ſyllaba, quoties dictio (vt in diuerſis lineis) diuidenda eſt, ſolet manere in deductis integra.

¶Verbi gratia, ſancio, dico, lego, quia in prima ſyllaba c, non habent, etiam non habebunt ipſum, ſanctũ: dixi, dictum, dictio: lectum, & lectio: ſed diuidentur ſic, ſan, ctum: di, xi: le, ctum.

Secunda regula exemplaris.

Si tamen geminetur conſonans, danda eſt vtriq; ſua.

¶Vt à percutio percuſſi, à reperio in carmine repperi, à

repello reppuli, à refero rettuli: &c. quo extra carmen nõ vtẽris, relligio pro religio. Multa enim quæ præter naturam producuntur, geminare ſolent conſonantes: vt quattuor, quottidie, relligio, relliquiæ, &c. Durum præterea eſſet treis conſonantes in vnam ſyllabam contrahere. Vnde ſcriberem ſic, com, pſi: prom, pſi: dem, pſi, em, ptum: licet co, mo: pro, mo: e, mo: dicamus.

Tertia regula exemplaris.

A ſupinis in ctu, fit verbale in ctus, & ctio, & participium in ctus, & cturus: ab itu fit iturus, & itio, ſed in prima coniugatione frequentius atio, & participium in tus, & iturus, ſed & aturus: à ſu, ſus, ſio, & ſurus: à xu, xus, xio, & xurus. & ita in reliquis habendus eſt poſterioris ſupini reſpectus.

¶Vt à ſeco, ſectu, ſectus, ſectio, & ſecturus: à lectu, lectio, & lectus, & lecturus: à ſono, ſonitu, ſonitus, ſoniturus, ſonatio, & interdum ſonaturus, vt primo ſermonũ apud Hora. Et Conſtatura fides, apud Lucanum. A perſuaſu, perſuaſus, perſuaſio, & perſuaſurus: à complector, complexu, complexus, complexio, & complexurus.

Quarta regula exemplaris.

A genitiuis in ti, & tis, fit abſtractũ in tia: à ci, & cis, in cia: quæ ſi gemmetur, ſeruabitur proportionis ratio, quãuis pleriq; pro ſecunda ti ſcribant, eo quòd in habentibus c aut t, ante i, t ſcribitur.

¶Scribetur ergo gratia à grati, clemẽtia à clemẽtis, iuſticia à iuſti, amicicia ab amici, aut fortè amicitia, ſicut pueritia, auaritia, quod per analogiã deprehenditur: nã politiam ſcribi docet politicus: ab audacis fit audacia. Quod & in comparatiuis obſeruabitur, vt gratius, dulcius, audacius. Itẽ mendaciũ à mendace, commercium à cõmercor: aut à merce, conſortium à conſorte.

Quinta regula exemplaris.

In verbis autẽ vbi ci, & vbi ti ſcribitur, docebit ſecũda

præſentis indicatiui perſona,tam in actiua,quàm in paſſiua voce.

¶Vt facio,quia facis ſcribitur,& percutio, quia percutis:ſic patior,quia pateris;farcio,quia farcis, & ita in reliquis obſeruabitur.

Sexta regula exemplaris.

Gerundia, & gerũdiua nomina,& participia in dus, & etiã participialia nomina à genitiuo participij præſentis temporis mutãdo tis in dus,di,do,dum,deducẽda ſunt:præſentis participium à præterito imperfecto verbi indicatiui modi,mutando bam, & bar, in ns, & addendo e illis,quibus ablatum eſt.

¶ Vt tranſibam tranſiens, & à tranſeuntis, tranſeundus,da,dum:& tranſeũdi, do, dum. Non ergo dicetur tranſiendi.Veteres autem à tertia præſertim coniugatione formabant in undi, vt gerundus,faciundus:pro gerẽdus, faciendus:ſed in talibus,quæ ſcripta ſunt ritè ſunt obſeruanda,nec alia ſine delectu ſummo formanda.

II. Regula principalis.

In diuidendis dictionum ſyllabis, opus eſt cognito, quòd in ſimplicibus diuerſæ conſonantes cohærere ferme volũt, in compoſitis verò partes integræ ſeruari,ſed eædem conſonantes vtrobiq; diuidi.

¶Scribes ergo in diuerſis lineis ma,gnus :& eadem ratione ma,ior:ſi,gnum:ti,gnum:ut ſigillum, & tigillum, approbãt:ſic i,gnis, li,gnũ:pi,ſcis:o,mnis : quod vltimũ propter raritatem cõiunctim ſcripſero:ſan,ctifico. & ita in reliquis.In compoſitis ſic,re,ſpicio:re, ſpondeo : abſ, tineo:ſuſ,tineo:ſuſ,cepi:ſuſ,pendo.Quia verò (vt dicetur regula quinta) conſonans non geminatur, quoties tertia poſt ſecundam ponetur, ideo non ſcribetur aſſcribo,aſſcendo.Tutius eſſet coniunctim ſcribere aſcendo, aſcribo,quàm diuiſim.Similiter vbi poſt x.ſ,deponitur, vt ex,pes,vix ſcripſero ex pes,ſed ſi diuidendum eſſet,

ex,ſpes.In geminatis aũt ſic,dif,ficile:ſup,ptimo: ret,tuli.

III.Regula principalis.

In componendis dictionibns ſummopere attendendum eſt in quam quæq; literam mutari ſolet à rectè ſcribentibus.

¶ Vnde Ab præpoſitio nunc integra manet, vt abduco,ablego,abnuo:& ante vocales,abactus,abeo,abire, aborior,abutor.Nũc in au mutatur,vt aufero,aufugio, & ſic deductum eſt Aufidus.Nunc in ſmigrat,vt aſporto:quia apportó deſcendit ab ad.Nunc tranſit in abs,vt aufero,abſtuli,abſtraho &c. Aut perditur b,vt amitto. Similiter Ob,& Sub nunc b ſeruant,vt obduco,ſubduco,obeo,obligo, ſubligo. Perdit b in omitto. Dicitur ſubmitto,aut ſummitto, ſicut ſummoueo &c.obnitorr ſubnitor,obrepo,ſubrepo,ſed & ſurripio dicitur, obſto, ſubſto,obtineo,ſuſtineo,ſuſcipio. ſed Maro antiquè dixit,Succepitq; ignem folijs. ſicut nunc,occurro, ſuccurro,offero,oggero,ſuggero.oppono, ſuppono &c. dicimus.Ad mutat d in b,vt abbreuio:aut manet,vt adbibo:mutaturq; in c ſequente c & q,vt accolo,iccirco:ſcribitur quicquid,acquieſco. Acquiro ab Am deducitur. In f,vt affero:in g,vt aggero:in l,vt alligo:in m, vr ammoneo,ſed & admoneo ſcribitur:in n,vt annitor: in p, vt apporto:in c ante q,vt dictum eſt:in r,vt arrigo: in ſ, vt aſſilio,aſſum,ſed adſum quidam ſcribunt: in t,vt attineo.Ex x fit f,vt effringo,effugio:in reliquis manet. Per ferè manet,ſed & pelluceo,ſicut intelligo (pro quo veteres interlego ſcriptitabant) in vſu ſunt. Trans integrũ manet,præter trano,traduco,traijcio,trado. Am, In,& Con ante b,m,& p,ſcribuntur per m:ante q autem, c,& d,in m finita per veram compoſitionem in n migrant. Exemplum prioris,vt ambulo,cõbibo,imbuo, ammoneo,immitto,committo,amputo,computo,imputo. Sequẽte autem vocali ſæpe ponitur b inter Am,aut Con, & vocalem:vt ambages,ambeſus, ambigo, ambuſtus,

combuſtus. Exemplum ſecundi, vt tanq̄, nunq̄, tandem: nuncubi, anceps, tantundem. Dixi per veram compoſitionem, quia in ſyllabicis adiectionibus ſcriberem quemq;, & quamq; à quiſq;, & quæq;. Item quorumdā. Am præterea ſcd'm Priſcianū ſequente c, f, vel q, mutat̃ in an, vt anciſus, ancile, anfractus, anquiro.

IIII. Regula principalis.

Vocalium quoq; ac diphthongorum tranſmutationes diligentius annotandæ ſunt, nā A mutatur in e, & i. E in i. Au in o. & Æ in i, & in v. & z in ſſ, duplex.

¶ Vt exemplis claret. Nam à pario fit comperio: à partio imptio: à facio conficio: à lego colligo. Indifferenter quoq; ſcribūtur caurus, & corus: maurus, & morus: taurus, & tor⁹: caulis, & colis: ſaurex, & ſorex. caudex, et codex: plauſtrū, & ploſtrū: clauſtrū, & cloſtrū. Itē quæro facit cō quiro, inquiro, &c. Scribitur aūt cyminum, et cuminū: cypreſſus, et cupreſſus: patrizo, & patriſſo. Sicut aūt in Græcis n ante g mutat̃ in g, ſic in Latinis ſæpe n ante n mutatur in g, vt agnoſco, cognoſco, ignauus, ignarus: ſed & gnauus, & gnauiter, & gnarus, à quibuſdam ſcriptitantur; vt gnatus, & gnata, dum nomina ſunt.

V. Regula principalis.

Non geminabitur conſonans, ſi ſecundæ adhæret tertia, niſi ſequentes ſint muta cum liquida, quæ pro vna habentur litera.

¶ Vnde non ſcribitur aſſpiro, ſuſſpiro, aſſcribo, aſſcendo: ſed aſpiro, ſuſpiro, aſcribo, aſcendo. Difficile eſt tamē mutilatam ſyllabam debitè ſeparare, nam aſcribo durum eſt, aſſcribo durius. Rectè autem ſcribetur ſuffragor, ſufflo, effluo, effringo, ſupplex, ſupprimo. Poſt x quoq; quia æqpollet cſ, aut ſſ duplici, non ſcribetur s, licet ſit de integritate ſimplicis. Vñ ſcribit̃ expes, exudo, exilio, exulo, exulto, expiro, expuo, expecto, ꝓ exſpes, exſudo, exſilio, exſulo, exſulto, expiro, exſpuo, exſpecto.

V I. *Regula principalis.*

Literæ externæ, cuiuſmodi ſunt conſonantes aſpiratæ, & k, y, z, non ſunt in merè Latinis vocabulis ſcribendæ.

¶Pro hac autem regula ſciendum eſt, quæ dictiones Latinæ, & quæ externæ ſint: vnde ſimulacrum, tus, ſepulcrum, lauacrum, pulcer, carus & ſimilia aſpirationem ex arte non habent, quia tamen & prolatu, & vſu aſpirari ſolent, potiſſimùm nouiſſima duo, non damnauero qui id fecerit. Nec tamen dixero, Charum ſic ſcribo, eo quòd charites ſic ſcribant: quia cùm Græcũ primã corripiat, ſe parentem Latinæ dictiõis pernegat. Multa autem (Priſciano teſte) à Græcis aſpirata, in tenues mutata ſunt literas, vt fucus, fama, &c. De quibus in Georgio Valla videndum.

V II. *Regula principalis.*

Aſpiratio, hoc eſt H, ante omnes vocales ponitur, poſt conſonantes autem dũtaxat quatuor, c. p. r. t. & id in Græcis.

¶Exemplum prioris, vt habeo, hebes, hic, homo, hulcus, quia helcos Græcè ſcribitur. Poſterioris, Chremes, Thraſo, Philippus, rhetor, Pyrrhus. Nec poſtponitur vocalibus, niſi fiat Apocope, vt vah pro vahe, ah pro ahe. Prò, autem interiectio aſpirationẽ neſcit, licet pro h inepti ſcribant. Mihi, nihil, & nihilum, c non recipiunt ex arte, quia tamen omnium prolatio illud vſurpat, non magno damnauero, qui nichil, aut michi ſcribat. Scio tamen ne h quidẽ niſi diuidendæ ſyllabæ cauſa, interponendum in mihi, nam mij ſcribendũ erat, ſicut vt diæreſis ſignificetur, ahenũ, et incoho ſcriptitãt. Pro qua et Ihesus, ſed ineptius ſcribi ſolet. Scribe ergo cũ Græcis Ieſus, & Chriſtus, nõ cũ ineptis xp̃s. Nec Iheronymus, Ihericus, Iheruſalẽ, ſed Hieronymus Hiericus, huius Hiericontis, & Hieruſalem.

VIII. *Regula principalis.*

Summa quoq; cautio eſſe decet in diphthõgis ſcribendis, nec audiendi ſunt ineptuli, qui æ, & œ, obſoletás cenſent.

¶ Verùm quia de his characteribus œ, & æ, in Guarino Veroneñ. de ratione diphthongandi tractauero, ſicut de aſpirandis, & y Græco ſcribendis, nũc ſit hæc duntaxat prænotatio.

Omnes genitiui, & datiui ſingulares, nominatiui, vocatiui plurales primæ declinatiõis, item Præ, & Præter *producta æ diphthongo ſcribi volunt, etiam in participijs, & pronominibus deriuatiuis, ſed pronomina primitiua, & cæteri caſus, & quæcunq; per naturam corripiuntur, diphthongon refugiunt.*

¶ Sine diphthongo ergo ſcribentur omnes vocatiui, & ablatiui ſingulares primæ, ſecundæ, tertiæ, & quintæ declinationum, omnia aduerbia tam poſitiua, q̃ ſuperlatiua in vltimis ſyllabis: item ille, iſte, ipſe: item premo, preſſus, precium, apprecior, preces, precor, & compoſita: precia, vna, & ſi quando precox reperiatur prima correpta. Item interpres, interpretis, interpretor, &c. Dixi per naturam, quia præeo primã correptã habet, (ſed tamen cũ diphthongo) non per naturam, ſed quia propter vocalẽ ſequentẽ corripitur.

IX. *Regula,*

Quoties ſcriptura mutat ſignificatum, curandum eſt vt recta ſit.

¶ Scribetur ergo Quot numerale. Quod relatiuum, infinitũ, aut quæſitiuum. Quòd coniunctio. Quam nomen, Quàm coniunctio. Quæ nomen, & coniunctio. Cæcus nomen, Secus aduerbium. i. aliter: & præpoſitio. Conſumo, conſumpſi: & Conſummo, conſummaui. Equus, p animali. Queri, pro conqueri: queſtus,: pro querela. Ceſtus pro zona Veneris ſine diphthongo, in alio ſignifica-

to cum ea. Et ſine diphthongo Queſtubus:cũ qua, Quæſtibus facit. Quinadeo diligẽtiores ſic Cum præpoſitione,& coniunctionem:ſed aduerbium temporis Quũ ſcribũt,quomodò Quur,vbi ſæpius Cur. Nã q in c ſæpe mutatur, vt ſequor ſecutus, loquor locutus, autore Fabio. Item Tantùm pro ſolummodò, Tantum pro tã magno: Aliàs aduerbiũ, Alias nomẽ: ſed in his neq; laus magna obſeruantibus, neq; culpa dormientibus eſt. Quinadeo (quod ad ornatum facit) r poſt b,o,p,& y, ſcribunt diligentes, r poſt reliqua: ℞ poſt o dũtaxat: ſ in principio,& medio, s in fine: ſic v in principio, u in in medio,& fine. Diligentiſſimi etiã virgulas/commata: puncta. ſubdiuiſiones,& interrogatiuas⁏notas adhibent.

X. Regula, quæ eſt generaliſſima.

Cæterùm (vt ſemel dicam) cauendum eſt, ne quicq; perperam addatur, abſtrahatur, aut immutetur, quam rẽ ſæpe metri docet ratio.

¶ Additẽ perperã, dũ tollero, currulis, cãnalis, ſuppellex, ſcribitur: quia tolero, curulis, canalis, ſupellex, primam corripiunt. Item dum ſcribũt Appollo, deffectus reffero, rẽnuo, pro Apollo, defectus, refero, renuo,&c. Abſtrahitur perperã, quũ ſcribitẽ abicio ꝓ abijcio, niſi metri cauſa, quę ſæpe orthographiã mutat: vt relligio, relliquię, quotidie &c. quæ in proſa vnum conſonum habent. Mutatẽ, dũ ineptuli o ꝓ v ſcribunt,& n ꝓ m, vel econuerſo, aut g ꝓ c,& mille alijs modis. Non ſcribes ergo legont, ſed legũt: audiont,& font, ſed audiũt,& ſunt. Itẽ nec Gnæus, Gaius, amurga, Lygurgus, licet ſic ꝓferantẽ: ſed Cnæus, Caius, amurca, Lycurgus &c. Item incolumẽ pro incolumem, contrà Penelopem ꝓ Penelopen,&c. Vnde

In verbis nulla perſona exit in ont, aut in um, ſed in unt: nec in tor, ſed in tur, excepto futuro imperatiui paſſiuæ vocis.

¶ Non ſcribet ergo puer audiuntor, ſed audiuntur: verùm in dicto futuro ſcribitur auditor,& adiuntor; vti in

alijs omnibus.Item

Verba quartæ coniugationis in ire,aut iri exeunt in infinitiuo,& non in iere.

Scribes ergo audire,nõ audiere,niſi ĩ pręterito ſyncopato.

Eo aũt tam in ſimplici,quàm in cõpoſitis retinet e ſeſquẽte vocali,ſine qua tranſit in i.

¶Vt Veneo à venũ,& eo,veneũt,&c.(nã Venio aliud ſignificat,)venibã,& venibo,venirẽ,venire,&c.Excipit Ambio,quod e in i mutat.

Nullũ aũt tertiæ declinationis nomẽ mittit actm̃ in en,ſicut bene more Græco in im:nullumq; Græcum mittit accuſatiuum in om,aut em,ſed in on,aut in en.

¶Vnde ſcribes diphthongon,paraſceuen.Sũt & aliorũ pueri cõmonendi,ſed his finem facio.

Finis Compendij Aſcenſiani.

Appendix Aſcenſianus de Græcis dictionibus ex Tortellio depromptus.

¶Nulla dictio Græca apud Latinos per f ſcribet,niſi in Latinarum conſortiũ aſſumpta ſit:vt fur, fama, fucus, fagus.Quæ quia à Græcis orta,etiã per ph ſcribi poſſent, ſicut Phyllis,Philoſophus,Philippus,Phormio debent.

¶In nulla dictione Latina ſcribetur y Græcũ.Vnde ſcribetur imago,idoneus,hio.Similiter Idolũ, licet Græcũ, quia Græcę εἰδωλον ſcribitur.

¶Quæ in ntõ T & C carent,habent ea non aſpirata in obliquis:vt adamas,adamãtis,nõ adamãthis:Xenophõ, Xenophõtis,nõ Xenophonthis:Pharnax,Pharnacis,nõ Pharnachis. ſic Phœnix,Lynx &c.Excipitur Onyx.

¶Aſpiratiões Grææ ſeruabũt à Latis Græca vſurpãtib⁹.

¶Gãma aũt,id eſt Γ.g.nos in n ſæpe vertimus,& id añ γκ.&.χ.vt pro aggelos,angelus:pro agcyra,ancora:pro Agchiſes,Anchiſes.

Syn: ¶Syn.i.con,per y ſcribetur:vt ſyllaba,ſyllogiſmus,ſynodus,ſymphonia.

Cata ¶Cata aſpiratione fugit in vtraq;,niſi ſcd'a trãſeat in aſpi

ratã ſyllabã .Primi, vt catalogus,catarrhus, catarrhactas. Secũdi, vt ab holon.i.totũ,fit catholicon, & catholicus: ab hedra.i.ſella,fit cathedra.

¶Meta quoq; aſpiratione nescit,niſi cõponat cũ vocali aſpirata.Primi,vt Metaplaſmus,Metaphyſica, Metamorphoſis,Metaphora,Metonymia.Secũdi,vt ab Hodos.i. via,fit Methodus. Meta

¶Epi præpoſitio Græca aſpiratione neſcit,& p i ſcribit: vt Epiſcop⁹, Epitheton,Epilogus,Epitagma.i.tributũ. Sequẽte aũt vocali perit interdũ i:vt epod⁹.Et ſi vocalis aſpiratur,p fit ph:vt Ephorus,ab epi, & horo. Epi.

¶Peri p tenui,& i noſtro,ſignificat de,vt pi hermenias, periphraſis, perihodus.i.circũitus,à peri,& hodos,via. Peri.

¶Apo.i.à,vel ab,ſic componitur: Apocalypſis.i.reuelatio.Apocryphus.i. abſcõſus.Apologia.i.rñſio,ſeu ſatiſfactio. Aſpirat aũt ſequẽte vocali aſpirata:vt Aphoria, ab apo,& horia,& eſt ſterilitas. Apo.

¶Hyp,& Hypo,ſic cõponũt.Hypbole,Hypbore⁹,Hypmetron,Hypocriſis.i.diſſimulatio. Hypotheca: i. obligatio.Hyphen.i.ſubunio,ab hypo,& hen.i.vnũ,abiecto o. Hype r. Hypo.

Anti aſpiratione nõ habet,niſi à cõpoſito ſuſcipiat. Primi,vt Antitheton,Antiptoſis, Antipodes. Secundi, Anthypatos.i.conſul. Anti:

Dia i Latino ſcribit:vt Dialog⁹. i.diſputatio. Diabol⁹.i. criator.Dialectica.Diameter,&c. Dia.

Archos ch.ſcribit i cõpoſitis,& dicit princeps:vt Architect⁹,Archieps,Archãgelus,Patriarcha,Hecatontarchus,&c. Archos

Hippos i nr̃o,& p duplici ſcribet:vt Hippodamia,Hippolyt⁹,Philipp⁹,Hippocẽtaur⁹,Hippocrates,& ſilia. Hippos

Poly y ſcribit:vt Polydamas,Polycrates,Polyphemus, Polydorus. Poly.

Phyſis cũ ph & y in prima:vt phyſica, phyſiolog⁹,&c. Phyſis

Philos aũt p i nr̃m: Philoſoph⁹,Philargyria.i.amor argẽti,ſeu auaritia. Argyriõ eñ dr̃ argẽtũ:& philos,amor. Philos

Chir.i. man⁹ aſpirat,vt Chirotheca.Sed nõ Pyr.i. ignis, vt Pyramides,Pyra.Pyrrh⁹.i.rufus,ſed p y ſcribit;vt ab Argyros,vt Philargyros. Cyir. Py Argyros

Theos Theos,& Theoro,th habet:vt Theologus,Theodorus, Theorica.

Sthenes Similiter Sthenes:vt Demoſthenes. Sed Cratos non: vt Hippocrates.

Ariſtos Nec Ariſtos: vt Ariſtocrates, Ariſtoxenes, Ariſtides, Ariſtoteles.

Mache Mache,autem id eſt pugna, ch habet: vt Antimachus, Andromache,&c.

Nici Nici,id eſt victoria,non habet h:vt Nicolaus,Nicāder, Olimpionices,&c.

Lycos Lycos,id eſt lupus componitur,ſic:Lycophron, Lycomedes,Lycaon.

Agathos Agathos,id eſt bonus:ſic Agathocles, Agathoſthenes, & ſimilia.

Pliſtos Pliſtos, id eſt multum: & Protos, id eſt primum, ſine h:
Protos vt Plyſtarchus,Protomartyr,Protoplaſt⁹, & ſimilia.

Finis huius appendicis.

Guarinus Veronenſis Floro ſuo.S.D.P.

NOn ſine cauſa factum eſſe certo ſcio,quòd diphthōganda vocabula ſcire te velle intelligo,quoniā eam rem & ad orthographiam.i.rectè ſcribendi formulā pertinere, & non paruum legendi documentum præſtare poſſe cognoueris. Qua quidem in re quid agam ſubdubito,nam niſi tuæ morem voluntati, qui de me optime meritus es,geſſero,ingratitudinis me reum eſſe cōfitear erit neceſſe.Quo crimine nihil grauius,aut acerbius, vel apud Perſas puniri,teſtis eſt Xenophon. Súbinde cum negligentia,& vitio librariorum omnem ferme diphthōgorum conſuetudinem abolitam,aut deprauatam aſpiciam, ita vt breueis ſæpenumero ſyllabas vetuſtiſſimis codicibus diphthongis notatas cōperiam, vnde ipſarū rationem,aut víum aucuper,vix ſatis ſcio. Et eò magis, quòd quæ poſtulas dicto citius fieri feſtinantiſſimus vrges. Verumenimuero ne laborem potius fugiſſe me arguas,decreui,quantùm vna tumultuaria lucubratione potero

poteroad te de diphthongis colligere, quę Latinæ locu tionis memoria ſuppeditarit,aut ſiquid paululum Græ cē ex doctiſſiſſimo ac in primis humaniſſimo præcepto re meo Manuele Chryſolora deguſtaui.Et vt,Ciceronis præcepto , facilí⁹ de quo diſputatur poſſit intelligi ,cùm ſermonē à definitione proficiſci deceat,ſati⁹ eſſe arbitror aperire quid ſit diphthongus.Diphthongus,eſt duarum vocalium, cùm ſingulæ vocem ſuam ſeruent , in eadem ſyllaba complexio:vt æs.Nec ius,vasq́, diphthongādū erit,quum nec i,nec u,ſuum ſeruare ſonum conſtet.Dif fert autem à monophthongo diphthongus, quòd hæc duas habere vocales,illa vnicā duntaxat cernitur:vt eoa vbi treis monophthongos eſſe deprehendis. Dicta id circo diphthongus, quòd binis conſtare vocalibus vi deatur.Dis enim Græci bis,& phthongon ſonū appel lant. Noſtri quatuor fecere diphthongos, au, eu, æ, œ. Quidam ei diphthongum adijciunt,verùm Græcorum eam eſſe diphthongum manifeſtum eſt,qui quū plures habeant diphthongos,cæteris omiſſis,quæ nihil propo ſito conducunt,aliquid attingam ex quibus deriuari no ſtras liquet. Diphthong⁹

AI in ai Latinū vertitur:vt μαῖα,Maia:αἴας Aiax. Aut ſine diæreſi in æ diphthongon tranſit: vt παίαν Pæan. παλαίστρα,Palæſtra, αἰνείας, Aeneas. ευ,in eu diphthongon Latina conuertit oratio:vt, εὖρος, eurus. θήσευς,Theſeus. Aut in es:vt, ἀχίλλευς , Achilles, ὀδύσσευς,Odyſſes:id eſt,Vlyſſes.πέρσευς,Perſes. Aut in u ſolū: φευγὴ,fuga. Aut in œ: κωμῳδία,comœdia.τραγῳδία, tragœdia. Οι vel in œ vertimus,vt ποίνα,pœna:& φοίνιξ, phœnix. vel in u. vt φοινίκεος,puniceus. Diſſoluetur in terdum:vt τροῖα,Troia. αυ quoq; aut per diæreſim in a, & in u conſonantē ſoluimus:vt ναῦς, nauis . Aut in au diphthongō:vt ναυάγιον,naufragiū. ἄυλα, Aula. ἀυστήρος, auſterus . Et vt ad noſtras redeamus , æ diphthongon

quidam paſſim protulerunt: vt Syllæ, Galbæ, Amyntæ, Muſæ: nonnulli pro ſecunda eius litera ai, id eſt more Græcorum i pronunciauerũt. Quapropter Maro noſter antiquitatis amantiſſimuns aulai, pro aulæ: & pictai, pro pictæ veſtis, ſuo inſeruit carmini: vt, Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et, Diues equûm, diues pictai veſtis, & auri. *Singulares generandi, & dandi caſus, & plurales nominandi, & vocandi in prima declinatione diphthongo finali in æ notari certiſſimũ, vt lyræ. Plura quoq; deriuatorũ nominũ in eus exeuntium diphthongãtur: & ea potiſſimũ, quæ à vocabulis in a, aut in e deriuantur: vt Verona, Veronæus: Mitylene, Mitylenæus: Athenæ, Athenæus. Nunc cum nulla de au, & eu, extet ambiguitas, de æ, & œ dicendũ eſt. Et primò de æ ſeruato alphabetico ordine, cui quæcũq; memoriã fugerint, tute addere, quæ legendo cõpereris, poteris.*

AEacus, & ab eo deriuata Æacides. Æta viri nomen. Ædes, & ab eo nata, vt Ædifico, Aedepol, Aedituus, Aedilitas Aege, capra: & ab eo edita: vt Aegis, clypeus Palladis. Aegloga. Aegoceros, capricornus. Aeglos. i. ſplẽdor. Aegon, propriũ viri. Aeger, Aegritudo, Aegrotus. Aegeus, & ab eo deducta, vt Aegides, Aegęum mare. Aegina vrbs, & mulier. Aeolus. Aeua mulier. Aegyptus. Aelianus, proprium viri,

Helis, & Heliades, & Heliogabalus, e ſimplici ſcribẽda erunt. Hæma, ſanguis. Hęmorrhois. Cæterùm Emathia abſq; diphthongo. Aemulus, & quę ab eo deriuantur: vt Aemulor. Aemulatio. Aemylius Græcè lepidum Latinè ſignificans, & fraudulẽtum. Aemylius & ſua deriuata, vt Aemylianus, Aemylia. Aeneades. Aeneas cum ſuis deriuatiuis: vt Aeneis. Aenigma, ſermo obſcurus. Aeneus, & Aeręus, ab æs, æris, Aenos loci pro-

prium,& laus,cum ſuis deriuatis:vt Parænæos, Parænæſis,admonitio. Aeolus rex ventorum , & quæ ab eo deſcendunt: vt Aeolides,Aeolis, Aeolia, Aeoles populi,& Aeolicus.
Aeon ſeculum: & ſua , vt Aeonius,id eſt ſempiternꝰ, Aeuum.Aepi vrbs. Aepolus, paſtor caprarum , & ab eo nata, vt Aepolium, grex caprarum. Aequus pro iuſto:& quæ ab eo , vt Aequalis, Aquo, as, Aequinoctiũ ,Aequiparo, Aequiualeo, Aequitas, Aequor,Aequoris. Equus vero pro animali nullo pacto diphthongon patitur.
Hæreſis, & à ſe deriuata: vt Aphæreſis, & Diæreſis, Synæreſis,Aæreticus . Aæreſius viri proprium.
Aæreo,& deriuata:vt Aæſito. Aeſchines. Aeſculapius.
Aeſclylus.
Aeſopus.
Aes, Aerarius,
Aereus. Aeſtuo,& quæ ab eo fiunt: vt Aeſtus,& Aeſtas, cum prole ſua: vt Aeſtiuus. Aetas, Aetatula diminutiuum ſuum.
Aeternus, & Aeternitas,
Aether, & Aethereus,
Aethera, fulgor cœli.
Aethra mater Theſei.
Aethiops,& Aethiopia.
Aetna,& Aetnæus. Aetolus, & Aetolia.

In medijs ſyllabis.

Achæus,nomen gentile.
Alcæus, poëta. Actæon, proprium nomen viri.
Actæus,littoralis. Anapæſtus, pes metri. Anapæa,genus auis.
Annæus.
Antæus.
Ariſtæus. Ariæus.
Atidæus. Aſcræus,quoniam ab Aſcra loco delatũ eſt. Aulæa.

De litera C in primis.

Cælebs.
Cæps proprium loci: philoſophi autem nomen Ceps per e ſimplex ſcribi debet.
Cæcus,& Cæcitas.
Cæcias, ventus quidam.
Cæcilius,& Cæcilia.
Cædo in omnibus temporibus,vt cædebat , præterquàm in præterito , & ab eo deſcendentibus: vt cecidi,cecidiſſe.
Cedo autem dare locum deſignans , ſimplici e ſcribitur.

Cælũ,& ab eo nata:vt Cæ-
leſtis,Cælebs,quæ quidem
per œ ſcribunt.
Cælo,cælas. Cæneus,pro
prium viri. Chærephon.
Chæronia,vrbs.
Chære:,p ſalue. Cæ-
ſar cũ ſuis:vt Cęſarianus.
Cæſarea,Cæſaries.
Cætera,Cæteri.

In mediĳs ſyllabis.

Cacodæmon.i.malꝰ dęmõ.
Chaldæus. Chanmæleon
animal.Chamęlea,herba.
Chimæra. Cinædus.
Cynægirus. Circæũ,
oppidũ. Chlæna ve-
ſtis. Cyræneus. Cha
męmelon herba.
Clytemnęſtra.

De litera D *in primis ſyllabis.*

Dædalus, Dęmon,& Dæ-
monium.

In mediĳs ſyllabis.

Dicæus iuſtus.
Diæta.
Dicæarchus,Dicęarchia.
Diæreſis.
Dracæna,draconis fœmina.
Hebræus.
Hephæſtion.
Eudemon,bonus dęmon.
Et quoniam ſæpiſſime pro f
ph poſitum animaduerti,
quum idem ferę ſit,vt fuga,
phyga,phama, fama, nunc
in locum f,ph ſupponam.

Ph in primis.

Phæaces populi.
Phędon, nomẽ philoſophi.
Et Phędra, Phædron, &
Phędros.

In mediĳs ſyllabis.

Phlegręi. Phariſęus.
Pheręus.

De litera g in primis ſyllabis.

Gęa que, & Ge dicitur,ab
hoc Georgica, & Geome-
tra,quę ſolo e ſcribuntur.
Gęon,fluuius.
Gęſa,iacula. Gętulus.
Gnęus,quod p c ſcribitur,
ſonat g:vt Caius, quod ſo-
nat Gaius.
Gręcus,& Gręcia,& Græ-
canicus,& Gręcor.

In mediĳs ſyllabis.

Gynęcia,bona dea à noſtris
dicta.
Gynęces,mulieres.
Gynęcium, mulierum di-
uerſorium.

De litera I.

Idęus,mons eſt,& propriũ
viri,& nomen locale.
Ięra,uulieris proprium.
Idumæus,quia (à loco in e
deriuatur,vt Idume.
Iſæus,rhetor quidam,& flu

Iudæus,& Iudæa.
Hymenæus.

De litera L.

Lædo,&deriuata:vt Lęſus.
Lęlius.
Lęmargus,& Lęmargia,ingluuies.
Lęſtrygones,populi.
Lętus. Lęuus.
Lęna veſtis.

In medijs ſyllabis.

Leęna. Lacęna.
Lacedæmon. Lacedæmonius. Lyæus,Bacchus.
Lyncæus. Ledæus.

De litera M.

Mæander,fluuius.
Mænades,mulieres inſanæ.
Mænalus,mons. Mæotis,palus:& Męoticus.
Mæon.

In medijs ſyllabis.

Macæra,id eſt beata.
Megæra. Manichęi.
Muſęus,proprium.

De litera N & P.

Nazaręnus, & Nazaræus.
Næ,pro vtiq;.
Pæan.
Pedagogus,& talia quæ à παῖσ, id eſt puero deriuantur:vt,Pędomanthis.
Pędeutes,præceptor in gymnaſijs.
Pęon,medic⁹ quidã:à quo Pęonia,herba.
Pædia,infantiæ diſciplina.
Pęon,pes metricus.
Pręda,& Prędor.
Prędiũ,& eius diminutiuũ Prędiolum.
Pręneſte,& Pręneſtinus.
Pręs,Prędis.
Prę,prępoſitio,cum ſuis cõpoſitis;vt Pręceps.
Pręſum. Pręſto.
Pręſtolor. Prętorium.
Prętor. Pręlium.
Pręmiũ. Pręter,et Prætereà.

In medijs ſyllabis.

Palęſtra,& Palęſtrites.
Palęmon. Palęſtina.
Papę. Panętius,philoſophus. Pyręus, Athenienſis portus. Platęa,vrbs: & Platęenſis,ex ea.
Ptolemęus. Pilęus proprium.

De litera Q.

Quę,relatiuum ſingulare,& plurale,in omĩ genere:Quęcunq;,Quędam,aliaq; id genus ſeruantia. Que verò coniunctio per e ſolam.
Quęro,& quę ab eo,vt Quęſtus, & Quęſtor, Quęſtura,Quęror paſſiuũ. Queror verò pro lamentor,e ſimplex habet,& primam breuem.

De litera R & S.

Ręda pro curru.
Sępe cum ſuis cõpoſitis:vt Sępius,Sępiſſime, & Sępe-

numero. Scæuus. Scęuola. Spelæum.

In medijs ſyllabis.

Saducæus, & Synęreſis.

De litera T.

Tænarus, mons. Tænia, vitta. Tymęus, viri proprium. Trophæum.

De litera V.

Væ.

De œ diphthongo.

Oebalia, pars Laconiæ. Oeconomus, diſpenſator familiæ: & ab eo, vt Oeconomia, & Oeconomicus. Oedipus, Oedipodes. Oebades, proprium viri. Oenos, vinum: & ab eo, Oenophorum, vas vinariũ. Oenotrij, Sabini. Oenus, proprium viri. Oeneus. Oeſtrum, pro aſilo. Cœleſyria. i. ſana Syria. Cœnobium, vita cõmunis, vt monachorum. Cœnodoxia noua gloria: pro inani autẽ gloria, e ſimplici ſcribe. Cœnotaphium. Cœtus, pro conuentu: pro piſce autem e ſimplici. Cœpi imperfectum verbũ, ſed præter ritum à capio cepi, cũ ſuis deriuatiuis per e ſolũ: vt receptꝰ, perceptꝰ, præceptor. Cœna, cibus ſerotinus. Cœtus, gigas. Cœlius, & Cœlia. Cœrillus, propriũ. Crœſus, rex. Cœlia, foſſa ꝑpe Romã. Fœdꝰ. Phœnix. Phœnicia. Phœniſſa. Fœnum. Fœnus. Fœneratus. Fœnerator. Fœdus. Fœtus. Fœtura. Phœbus, & Phœbe, non autem Ephœbus. Phœdorus. Lœdoria, dicacitas mordax. Mœnia. Mœchus, & Mœcha. Mœricus proprium viri. Mœror, & Mœreo, pro triſtitia, nõ autem pro meritando. Pœna. Pœni, pro Afris. Pœnitentia, Pœnitet. Trœzen oppidũ, à quo Trœzeni. Scœnobates, conſcenſor funium.

In medijs ſyllabis.

Amœbæũ carminis genus. Monœcus, portus ſic ab Hercule dictus. Epicœnum, ſubcõmune. Menœtius, pater Patrocli. Melibœus. Melœdis. Eubœa. Hodœporus, viator. Hodœporicum, ad iter conſcriptũ opus. Philopœmen dux quidam. Pſalmœdia, quæ dicitur pſalmodia. Phronœa, id eſt prudentia. Procœmiũ, parœmia, prouerbium.

Præceptorum Guarini de diphthongis finis.

*Magnifico adoleſcenti Antonio Simo-
netæ Georgius Valla S.P.D.*

ASſiduis vocibus tuis clariſſime adoleſcens Antoni Simoneta efflagitaſti, vt de ratione ſcribendi quanta poſſem breuitate multa ad te ſimul contraherem, id facere diſtuli, nō equidem quin tuo tam honeſto deſyderio optarem ſatiſfieri, verùm quòd tempus mihi quærerem, quum multis diſtringerer occupationibus, ad eam rem magis opportunū, ſed quum te in eadē perſiſtere ſententia, idq; audiſſime expectare, meq; non tantùm curis non explicari, ſed inuolutum teneri in dies magis cernerem, tuo tandem parendum voto mihi duxi, ac prout temporis pateretur anguſtia, præcepta vniuerſalia, quæ mihi ſuccurrerent, præſcriberem. Ex quo vnuſquiſque non tam in hac re famam vllam, quàm tuæ voluiſſe parere voluntati poteſt coniectare, ſed ne in excuſatione ſim nimius (vt cupis, & vehementer affectas) rem ipſam iam ordiar.

OMnis ſcribendi ratio, quam Græca appellatione orthographiam nominamus, tribus apud Latinos partibus (mea quidem ſententia) maxime conſtat, aſpiratione, diphthongo, & conſonantium diſtributione, ac omni diligenter ratione perpenſa. At quoniam peregrinis plerunq; verbis vtimur, & eorum multa y pſilon habent, vbi de aſpiratione, diphthongoq; ſcripſerimus, quando de omnibus orthographiæ partibus propoſitum ſcribendi nobis eſt, ea à me annotabuntur verba, quæ y pſilon habent, vt ſi conſummatè has etiam partes tractare non poſſumus, non paruam tamen multis fortè vtilitatem ſimus allaturi. Nec rem tenuiſſimam doctrina iam exculti me aggreſſum cauillentur, rudibus ſciant hæc præſcripta,

non eruditis, ſi modò non tam fuerint eruditi, quàm videri omnia ſciſſe voluerint. Primùm igitur de aſpiratione dicturi, nobis licet comtemplari eam tria potiſſimùm loca tenere, primum, medium, & vltimũ. Item aut præcedere, aut ſubſequi: pręcedit quidem vocales, ſubſequitur verò conſonantes. Quemadmodum præcedat, primùm: pòſt vbi ſequatur, dicendum eſt.

Quæ igitur vocalis in principio dictionis aſpiranda ſit, hoc pacto inuenitur.
De vocalibus aſpirandis.

A Ante b aſpiratur: vt habeo, habes: & quæ ex eo deriuantur: vt babito, habilis, habent. In peregrinis Habraham, Habrahamus: nam alterũ barbarum, Latinum alterum, vel Græcum terminatione fit: & propoſitum nobis eſt non Latina modò, ſed & peregrina hîc nomina annotare, quæ nobis occurrerint.

A ante c, vt hac, articulus, ſiue pronomen, & ab eo compoſita: vt hactenus.

A ante l: vt Halo, halas: & ab hoc deriuata, vt Halitus. Hallucinor. i. aberro. Halec. De pegrinis, vt Halicarnaſſus, vrbs. Halizones, gens. Halys, fluuius.

A ante m: vt hamꝰ: in exteris, vt Hamadryades. Hãmõ autem Græci non aſpirant teſte Cherobosco, licet Latini quidam velint aſpirari. Hamilcar.

A ante n: Hanc, Hanula. i. parua delubra. De peregrinisꝗ, Hannibal adijcitur à quibuſdã, ſed Græci nõ aſpirãt.

A ante r: vt Hatum. Hara, quum ſtabulum ſignificat: & quæ ex hoc verbo deriuãtur, vt Haruga, veluti videtur Donato, hoſtia haruſpicina. Quidam adijciũt Arenam, & Arundinem, quæ quum ab ariditate alij deduci velnt, aſpiranda non putauerunt. Peregrina, vt Harmonia, tam pro Martis, Venerisꝗ filia, quàm pro rerum cõcinnitate. Harmarium, Harmillę, teſte Cherobosco, quicquid dicat Priſcianus. Harpax, quod verbũ apud Plautum etiam legitur, & quæ ab Harpazo. i. rapio ſunt deri

uata, vt Harpe, etiam Mercurij gladius. Apud Lucanũ etiam legitur Harpita. Harpagus, proprium viri nomen. Sunt qui Harmeniam adijciant, ſunt qui negent, ſed ratio aperta eſt vt aſpiretur.

A ante s: vt Has, Haſta. Peregrina, Haſdrubal.

A ante alterum a, quidam in hoc verbo Haa aſpirari putauerunt.

Ae diphthongus: vt Hæreo, & ex eo declinata, vt Hæres, Hæredipeta, Hæſito. Hærba, Hęc, Hæ. ſunt qui Hædum etiam velint. De cæteris, Hæmulus, teſte Cheroboſco, Hæmylius, Hæmonia quoq;, vt videtur nonnullis.

Au, vt haurio, hauſtus, haud aduerbium.

¶E ante b: vt Hebeo, Hebes: & deriuata, vt Hebes nomen. Extera, vt Hebdomada, & quęcunq; ab Hepta. i. ſeptem deriuantur, vt Hebdomos, ſeptimus. Hebræus, Nã Ebenus teſte Cheroboſco non aſpiratur. Hebe. i pubertas, & Herculis coniunx, vnde Ephebus, Ephebia, Hebrus fluuij nomen.

E ante c: vt Hecate. i. Proſerpina, a noĩe Hecatos. i. Apollo: nam ab Hecatõ, id eſt ctẽũ nomine Hecatõbe, Hæcatobeletes Apollo apud Tranquillũ. Hector, Hecuba.

E ante d. Hedera. Hedymeles, nomen cantoris apud Iuuenalem fictum. i. dulcis cantor: & quæcunq; ab Hedys (quod ſuaue ſignificat) deriuantur.

E ante l: vt Heluo: bonorum ſuorum conſumptor, ab eluendo, ſed aſpiratio additur, vt auiditas magis exprobretur, fit enim vox incitatior. Heluatia, ornamentũ Lydiũ. Helurus, ab hiatu, & obſcitatione dictus. Heluela, holera minuta. Peregrina, vt Helle, vnde Helleſpontus. Helena. Helenus. Helicon, mons. Heliceſid⁹. Helios ſol, vnde deriuatum Heliades. Nam Eliades ab Elide, vbi Piſa fuit ciuitas, aſpiratione caret. Hellanicus, hiſtoricus.

E ante m: vt Hem, interiectio. Peregrina, Hemina, ab hemis id eſt ſemis, quòd ſit ſextarij dimidia pars: & quę ab hemis inclinãtur, vt Hemiſphæriũ, Hemicyclus in Lęlio apud Ciceronẽ. Hemitriteũ, febris gen⁹: q.d̃, vt Seren⁹ putat, quo pacto à nobis dicat̃, à nullis adhuc enũciatũ eſt.

E ante n: vt Henion, qđ apud nos valet habena: ab hoc fit Heniochus.i.auriga, plauſtrum: quo verbo Latini vtuntur.

E ante o: vt Heo interiectio. Peregrina, vt Heos.i. dies: vnde deriuata Heſperus,& Heſperia aſpirant, ab He os dies,& Peras finis: vt ſit diei occaſus, vbi Heſpe ria. Nam eos prima producta auroram ſignificat. Oui dius in Faſtis, Proxima victricẽ quũ Romã aſpexerit eos. Et ſine aſpiratione ſcribitur.

E añ p: ab Hepta.i.ſeptẽ deriuata, vt Heptimemeris.

E añ r: vt Her⁹, Heri, vel Here, eadẽ ſignificatiõe. Heruca herbæ ſpecies ſalacis. Herugo. Herinace⁹, puſillũ aĩal q̃drupes qđ cùm ĩ ſe cõtrahit, ſpinoſa vr̃ pila. Herem⁹, prima & ſecunda breui apud Propertium. Hermus, fluuij nomen. Herba, vnde Herbaceus. Herbilis an ſer, herba paſtus. Hernic⁹, tã ꝓpriũ viri nomen, quàm populus, aut Herniam patiens. Hermes, Mercurius: & ab hoc inflexa, vt Hermippus, nomẽ ꝓpriũ. Hermo don fluui⁹ Hermophrodit⁹. Hermenia: interpretatio, q̄a Hermes ĩterpres dicit. Vnde libro Ariſt. peri herme nias iuſcribitur. Hercules. Hercinius Iupiter. & ab Hę reo.i.ſepio omnia. Heros: Herodes. Herodianus: & quæcũq; ab Hera.id eſt Iunone, nomẽ videt̃ habuiſſe.

E ante s: vt Hæſi. Hæſito, quæ tamen æ diphthongon ha bent: nam alterum ab Hæreo præteritum, alterum ite ratiuum verbum eſt. Heſternus, quod ab Heri deſcen dit. Peregrina, Heſper⁹, Heſpera, Heſperira, Heſperia. Heſau ꝓphetes Heſiodus. Heſione, Laomedõtis filia.

E ante t quæ, ab Heteros, id eſt alter, infleƈtuntur: vt He truria, Heteroclitis, id eſt altera declinatio: Heteroclit⁹, & ſimilia.

E ante v: vt Heus, vocandi aduerbium. Heu interiectio, quæ vocales in diphthongum coeũt, licet Heu diui ſa legatur, vt illud Vergilij. Heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in eruo. vt teſtis eſt etiam Seruius.

E ante x: omnia quæ ab Hex.i. ſex deducta, ſicut Hexa metrum, Hexagonus, ſex angulorũ; Hexaſtichon, ſex

verſuum.& ſimilia.

I ante a: Hias, hiat: & quæ ab Hio deriuãtur, vt Hiato, frequentatiuum verbum. Plau. Si qua fortè cõcio eſt, vbi quum hiatare nondũ in mentẽ venit. Gn. Atticus in. xx. Iliados, Ille hiatans herbam moribũdo ore. Laberius autem in Tauro, paſſiuo modo enunciauit, Hiatãtur fores. pro eo ſanè quod eſt, hiatant. i. patent.

I ante b: Hibex, & deriuata, vt Hibiſcus. Hybem⁹ ab hyeme.

I ante e: vt Hiem, hies, hiet. Ab Hyo Hyems. Peregrina, quæcunq; ab Hieros. id eſt ſacer, inflectuntur: vt Hieron, propriũ: Hiericho, Hieruſalem, Hieronymus. & ſimilia.

I ante l: Hilla. Hillas veteres inteſtina nominauere. Laberius, Hillam coquus ſi aduſſit, flagris cæditur. Hillum, quod grano fabę adhæret, ſed pro re nullius momenti à Lucretio, & à cęteris ſæpe ponitur, vnde Nihil, & Nihilum facta. Et quæ à Gręcis accepimus, Hilarus, vel Hilaris, Hilaritudo, Hilareſco, Hilaro, vnde Exhilaro.

I ante m: himber, ſed Cheroboſcus exiſtimat aſpirationẽ nõ admittere Ombros, vnde Imber à noſtris deriuatum. O enim, inquit, ante m, ſi vocalis ſequat̃, eo carebat: vt ombros.

I ante v: Hinnio. Hinnulus, Hinnus, ea eſt beſtia, quæ ex equo, & aſina naſcitur, minor quàm mulus, vt inquit Varro: contrà ex equa, & aſina mulus. Hinnulus, pullus ceruinus.

I ante o: hio verbum.

I ante p: omnia quę ab Hippos. i. equus, inclinantur: vt Hippagines, naues, Hippias, propriũ viri. Hippodamia, proprium mulieris. & ſimilia.

I ante r: Hirtus. Hirſutus. Hircus, animal. Hirquus, oculi angulus: Hirudo, ſanguiſuga. Hira, cuius diminutiuũ Hilla. Hircipili. Hirquita. i. pueri ad virilitatem accedẽtes à libidine hircina dicti. peregrina, Hircanus, gentile. Hirpius, populus.

I ante ſ: Hiſco, Hiſpidus, Hiſpanus. His, dtĩs, & abltĩs, Hiſtrio, qui ex Hiſtria primùm venit. Extera, Hiſtoriographus. Errant verò, qui Iſidorum putant aſpirari.

I ante v: vt Hiulcus.

I per ſe; Hi, articulus, vel pronomen.

¶O ante d: Hodidocus, latro, & viarũ obſeſſor: & quæcunq; ab Hodos. i. via, inflectũtur. Hodie, quod eſt ex hoc, & die. Hodiernus.

O ante l: Holorẽ quidã aſpirãt, quod multi negãt, idq́; ipſe potius affirmauerim. Holocauſtũ, & quęcunq; ab Holos. i. totus, deriuanť. Holus. Holitor. Hortulanꝰ, quo verbo quantùm meminerim, ſolus vtitur Apuleius.

O ante m: vt Homo, Homulus, vel Homuntio, diminutiua ab homine. Homelium, pilei genus. Græca, quæ ab Homœos. i. ſilis, deducunť: vt Homogenea, apud Lucretiũ. Homerus. Homœoteleutos. i. ſimiliter deſines. Homoptotos, ſimiliter cadens, figura.

O ante n: vt honor, vel Honos: & quæ ex eo deriuanť, vt Honuſtus, nam Onus vt multis videť aſpiratione caret, licet quidam ita diſtinguant, vt tunc velint aſpirationẽ ſuſcipere, quũ corporis põdus ſignificat, quũ verò animi, minime. Honorius, proprium.

O ante r: Hortor. Horreo, Horror. Horũ, articulus. Hornũ. i. vniꝰ anni: vnde Horna vina Hora. dixit in Epodo. Horda, bos prægnans, quæ poſteà Forda dicta. Hordariũ æs, quod ꝓ hordeo equiti Romano dabatur. Hortus, cõſeptũ agellũ ſignificat, multis cõſitum, quibus veſcamur, holeribus. Hortulanus. Peregrina, Hora, ſiue pulchritudinẽ, ſiue tẽpꝰ, ſiue ex tribꝰ deabꝰ vnã ſignificet. Horeũ, ab Horo ſeruo, cũ vnico r ſcriptũ. Horizon, noſtri viſus terminꝰ: ab Horos terminꝰ: nam Oros mons: vnde Oreades, nymphæ dictæ, caret aſpiratione. Horcus.

O ante ſ: Hos. Hoſtio, verbũ: & quæ ex eo inclinãtur: vt Hoſtis, Hoſtorium, Hoſtimentum.

¶V ante b; Huber.

V ante c:Huccine.
V ante d:Hudus,Huuidus,quod tamen quidã nõ aſpi rant magis,quàm Vua.
V ante i:Huius,Huic.Hui,interiectio.
V ante l:Hululo.Hululatus.
V ante m:Humus,& quæ ab eo deriuantur,Humidus, Humor,Humeo:à quo Humeſco,Humo,Humanus, Humanitas,& Humerus.
V ante r:Huruca,paruulũ quoddam reptile, quod ſup braſſicas præcipuè repit,corroſurum folia.
V,quod exteris nominibus tantummodo ſcribitur,præ ſe fert aſpirationẽ ſemp:ſed de hac litera, vbi de diphthõ go ſcripſerimus, longius tractabimus:de aſpiratione autem interim quæ reſtant abſoluamus: nam quum de ea,quę pręit vocales in principio dictionis,dictum ſit,ſe quitur vt de media ſcribendum ſit.

De vocalibus in medio,& fine aſpirandis.

IN media igitur dictione duabus maxime de cauſis vo calibus aſpiratio pręponitur,aut propter hiatum, aut quia verbũ in cõpoſitione ſimplicis tenuit aſpirationẽ. Propter hiatum,vt ahenũ, vehemens, incoho, traho, veho,prehẽdo,cohors.Eſt enim ſimplex(teſte Varrone) mihi,nihil:ſed nihil: tamen à verbo ſimplici habet aſpira tionem,quum ex Non,& Hilum extractum ſit. Nihil, & Nihilum,vt ſcribit Varro.Vaha.Aha. Ohe. in exteris quoq; nominibus,vt Ioannes.Phaẽton.Paſiphaẽ. Euhi us,qui & Bacchus.Demophoon.'cuius loco Aeolicum digamma veteres tã Græci,q̃ Latini poſuerũt:id aũt fe cerunt firmandarũ,roborandarũq; vocũ cauſa,vt vegeti or,viridiorq; eſſet earũ ſonus. Propter ſimplex aſpiratũ, vt Anhelo,Inhio,Prohibeo,Exhibeo,Cohabito,Cohę reo,Exhaurio,Dehinc,Exhic,Abhorreo,Adhortor,Ex hubero,& ſimilia.Extera,vt Ephthpebus, An pophora: Methodus,Ephippia,& ſimilia:quę ſimplicia in primo loco,compoſita verò in medio habuere aſpirationem.In fine autem dictionis ediuerſo vocalibus poſtponitur,ſed

in ſolis interiectionibus,quę per apocopam ita proferũtur vt proh,oh,vah,& his ſimilia.De aſpiratione,quam habent vocales ſatis dictum,nunc de ea,quę conſonantib⁹ ſubiungitur,diſſerendum eſt.

De conſonantibus aſpirandis.

CVm quatuor ſint omnino conſonãtes,c,p,r,t,quę aſpirationem admittunt,de his per ordinem dicere aggrediemur,& quibus in dictionibus primũ, aut medium,vltimumúe teneant locum,& primũ locum primò, deinceps reliquos a c litera incipientes oſtendemus.

Ch aſpiratum ante a:vt Charon.Chaones,in Epiro populi.Charax, hiſtoricus. Character, figura. Charybdis. Charites.Chalcum.

Ch ante æ diphthongon:vt Chęremon,comicus poeta. Chęreſtratus.Chęreas,adoleſcens.

Ch ante e:vt Chelydrus.Chelys,teſtudo.Schema.Schenobates,qui per funes graditur extenſos; ſchepionęs etiam veteres teſte Cicerone dixerunt.

Ch ante i,vt Chion,mulieris proprium.Chimęra.Schiſma.Chiron,Centaurus.Chirotheca:& quę à Chir.i. manus,deſcendunt omnia.

Ch ante l:Chlanus.Chlanaſmos,figura.

Ch ante r,vt Chriſtus.Chriſma.Chryſothenus, Agamemnonis filia. Chryſaor,qui ex Meduſę capite exilijt:& quęcunq; à Chryſos.i.aurum,deriuata ſunt.Chreſis.i. vſus:vnde Cathacreſis,figura.

Ch ante o:vt chorda.Choſtum,vnguentũ.Choaſpes,fluui⁹.Chor⁹.Chorea.Choraules,Choragiũ,duct⁹chori. Schola.Scholaſtic⁹.Scholaris.Choronam quoq; dici Cicero putat,licet Feſtus Pompei⁹ablatam dicat eſſe aſpirationem.

¶ Ph ante a:vt phalerę.Pharao.Phariſęus.Phaon.Phaẽton.Nã fama ideo per f ſcribit,quia Latinũ factũ videri poteſt:& Latini veteres teſtimonio Ciceronis ſolas vocales aſpirabãt;nũc recepta ſunt pauca, de qb⁹ par

ſim cũ peregrinis dicemus.

Ph ante æ: Phædon, Philoſophus. Phædra, mulier. Phædria, adoleſcens. Sphęra, quã multi detracta aſpiratione, Spæram dicunt. Latinè globus,

Ph ante e: Pherſephone, quæ Proſerpina: in Græcis eñ noĩbus p in ph à Latinis plerũq; ventit: & ediuerſo ph in p, vt Trophæum, Sphæra.

Ph ante i: vt phiala. Phineus. Sphinx monſtrũ. Nã filius licet à philo. i. amo deriuari quibuſdam videat, tamẽ per f, quia Latinũ habet, ſcribi conſueuit: & nulla eſt grãmaticæ pars, quæ tam crebrò immutata, quàm orthograpgia, inueniat: veluti etiam Quintilianus teſtimonio nobis eſſe poteſt. Philoſophus, & quæcũq; φ, id eſt phi literam Græcam habent, vt Philipppus.

Ph ante l: vt Phlegethon. Phlegyas, propriũ. Phlegra, locus: inde Phlegræus deriuatum. Phlebotomo, venas incido.

Ph ante o: Phormus, viri propriũ. Phorbas. Nam Forma licet ab eo, quod Dorienſes morphe dicunt, conuerſum videatur, per f tamen ſcribitur.

Ph ante œ diphthongon: vt Phœnix, viri propriũ. Phœbus, Phœbe. Phœnicia, regio. Phœniſſa.

Ph ante r: Phryx. Phrygius. Phryxus, Helles frater. Phrynic⁹, poëta tragicus. Nã frigus, licet à phritto. i. horreo deſcendat, per f tamen ſcribitur.

Ph ante v: Phucus, quod tamen per f videtur ſcribi debere, quũ y in v mutatũ ſit, ſed ita ſcribebant veteres: qn vt etiam teſtis eſt Cice. fruges pro phry ges, & Purrhũ apud omnes lectũ ſemper fuiſſe pro Pyrrhum dicit. Fuga, autem & Fur, quæ Græca ſunt, per f tamẽ ſcribuntur ex vſu veterum.

Ph ante y: vt Phyton, ſerpens. Phytum, precium quod pro re locata accipimus: vnde Emphyteoſis: eſt autem Phyton planta.

R litera in Græcis tantùm nominibus aſpiratur, & in eis quidem perpetuò, ſi ab r initium habeant: vt Rhetor, Rheſus, Rhodus, Rhadamanthus, Rhiphei montes,

Rhomphea: in medio quoq; poſt r geminatum, vt Pyrrhus, Pyrrhus, Thyrrhenꝰ. Quamobrẽ cum Reda, teſte Quin. verbum ſit Gallicum, carebit aſpiratione. De Rheno, dubium videri poteſt, nam cum à rheo. i. fluo, videatur deſcendere, admittere aſpirationem videbitur: rurſum quum aliunde nomen habuiſſe potuerit, ea carere poteſt. Nam Rhodanus fluuij nomen, & Rhoda oppidum iuxta flumen, quum à Rhodiorum colonis dictũ eſt, vt Lactan. in. iij. ad Probum volumine, & Hieronymus etiam teſtis eſt, aſpirationem non reſpuet. Porrò autem coniunctio, aut aduerbium, & Ringo verbum: & quædam alia, quæ à Græcis accepimus, vel aſpiremus, vel non, vt ego ſentio, non refert, quum iam Latina eſſe videantur, quamuis à Græcis effluxiſſe deprehendãtur, vt Roma, quæ prius Valentia creditur appellata, inde quia Græci rhomen robur vocant, Rhoma ſit nominata. Remus autẽ, & Romulus, quum à rumine. i. mãma, dicti ſcribantur, aſpirationem renuunt. De R litera hactenus dictum ſit, nunc reliqua proſequamur.

Th an a: vt Thalia. Thamyris. Thalamꝰ, genialecubiculũ.

Th ante au diphthongon: vt Thaumas, proprium: vnde Thaumantias, vel Thaumãtis, iris, cœleſtis arcꝰ dictꝰ.

Th ante e: vt Therſites. Thermopylæ: & quodcunq; verbum à Thermęno. i. calefacio, deſcẽdit: vt Thermæ. Thetis, mater Achillis. Thebæ. Theſſalia. Theophilus, & quæcunq; à theos. i. deus, deriuantur. Theſis. Thema: & cætera quæ à Theſi inclinantur: vt cõpoſitũ Hypotheſis. Epithema. Therſander, ꝓpriũ. Theſeꝰ.

Th ante i: Thiadamas, viri proprium. Thyoneus, Bacchus: vnde Thyaſus.

Th an o: vt Thoas, propriũ. Tholus, quod Tholũ quidam neutro genere dicunt, in media templi camera locus, in quo deuotæ primitiæ, exuuiæq; figebãtur. Thomas. Thorax.

Th ante r, vt Thraſo. Thraſybulus. Thraſyllus. Thrax, vel Thres, Threſſa, Thraix, Thraiſſa, Treix, Treiſſa, Thracius, Thraicius, Threicius,

Th ante e: vt Sthenelus Capanei fili⁹, auriga Diomedis. Sthenobœa: & quæ à ſthenos.i. potentia, deriuãtur oĩa.
Th ante u: Thule, inſula in oceano. Thus. Thuſcus. Thucydides, hiſtoricus. Thunnus, piſcis, quem alij more Græco Thynnon dicunt.
Th ante y: Thymbra. Thymbræus. Thyrſus. Thyrſis paſtoris proprium nomen. Thymus herba.

¶ *Media in dictione aſpiratio nunc inueſtiganda nobis eſt.*

A ante ch: vt Achates. Achilles. Acheron. Stomachus. Inachus. Iacchus, qui Bacch⁹ dicitur. Lacheſis. Callimachus. Lachryma. Andromache: & à mache.i. pugna, deriuata omnia: vt Ariſtomachus. Gracchus. Cachinnus. Cachinnor. Brachium. oĩa à Brachys.i. breuis deducta: vt Brachylogia, & id genus alia.
C ante ch: vt Bacchus, Bacchanalia, Bacchides, lyrichus poeta.
E ante ch: vt Echinus, ſiue piſcem, ſiue thecam illã hirſutam, ſpinoſamq́ caſtaneæ, ſeu vas ſignificat ad lauandas manus, in cuius mediũ ſupernè porrecta ſitula aquã tenui, ac prominẽti immittit foramine. Echemythia, Pythagoræ diſcipulis lex impoſita. Et ab Eccho, id eſt teneo, omnia deriuata. Echo, vox repercuſſa. Echidna mõſtrum. Echalia.
I ante ch: vt ſtichos, id eſt verſus: deriuata, veluti Diſtichon, Tetraſtichon, Hexaſtichon, & ſimilia.
L ante ch: vt Calchas. pulcher, ſepulchrum, ambo Latina. Telchines, ſacerdotes matris magnæ: vt quidã aiũt, dæmones.
N ante ch: vt Branchiæ, piſcium, vt ita dicam, remigia. Branchus, qui neruos cõtrahit. Anchora, ex vſu, quum Græci non aſpirent, ſpiritum habuit craſſum. Anchiſes. Elenchus, tam argumenti ſpecies, quàm lapis. Conchyle, Concha, teſtudo maritima, & tuba.
O ante ch: vt Parochus, quod verbũ Horatius in ſermonib⁹ ponit; eſt autẽ à Græcis tractũ nomẽ. Archilochos,

filius Neſtoris. Archilocus poëta. Cochlearium. Cochlea,quæ & limax, à limo dicta. Inchoo, licet quidam inter vocales aſpirationem ſcribi malint.

R ante ch: vt Horch⁹, quod vt aſpiretur vſus obtinuit, quum Græci in primo loco tantùm aſpirēt. Archetypus, & omnia quæ ab arche, id eſt principium ſunt deriuata: vt Archemor⁹, Comarchus, Demarch⁹, Arabarches, Archeloch⁹, Archilochus. Archytas philoſophus. Sperchi⁹. Lurcho ex vſu aſpirationē habuit, & Cicerone teſte Orchinus, quod verbū Apud Suetoniū expoſitum inuenies.

S ante ch: vt in deductis à Schema: vt Aſchematon. Aeſchylus poëta tragicus. Aeſchines orator.

V ante ch: vt Ophiuchus, aſtrū. Nabucbodonoſor rex.

Y ante ch: vt Hierycho. Monychus, Centauri nomē proprium, vt apud Lucan.

A ante th: vt Emathia. Athene. Athenienſis. athos, mōs. Tathas, i. pater, vt Suidas exponit. Agathyrſi populi. Cathedra. Caythus, & vt Cicero putat, Mathones.

Ch aſpiratum ante th: Erichthonius, Erichtheus, rex Athenienſium.

E ante th. Phaëthon. Phlegethō. prometheus. Epimetheus. Ethica. Tethys, vxor oceani. Method⁹. Methodica. i. doctrinalis. Zethus frater Amphionis. Lethum (vt ait Varro) qui à Lethe. i. obliuione deriuari voluit. Priſcianus autem carere aſpiratione putauit, quippe qui à Leo, vnde cōpoſitum Deleo deduci voluit. Cethegus, vt Cicero eſt autor.

Ae diphthongus ante th: vt Æther, Æthereus. Æthra pro Aethere, & ſerenitate, & matre Theſei. Diæthus, hiſtoricus. Cinæthō. Aethiops, tā ꝓpriū, ꝙ nomē gētis.

Eu diphthongus ante th: vt Teuthras, rex; vnde Teuthrania, regio Aſiæ.

I ante th: vt Pirithous. Tithonus. Sithonia, regio. Bithyni, ꝓpꝉi. Lapithe, ꝓpꝉi. Cithara, muſicū inſtrumētū. Chryſolithos, & quę à Lithos, i. lapis deriuata ſūt oia. & Tithraſię virgines, q̄ gorrones dictę, à libyę fluuio tithraſo,

L ante th:vt Althea,mater Meleagri.Amalthea , capra q̃
Iouem aluit infantẽ.Talthybius,pręco Agamẽnonis.

N ante th : vt Smyntheus Apollinis nomen. Pentheus,
filius Agaues,rex thebarũ.Panth⁹, ſacerdos. aricyn-
thus.anthypophora.aranthus,Xanthus.Xantippe.La-
byrinthus.Comenthus.Rhadamanthus. Hyacinth⁹.
Zacynthus,quæ à Latinis Sagunthus:nã ẽ Gręcia,te-
ſte Hieronymo,& Lactantio , colonia in Hiſpaniam
veniens Sagunthum conſtruxit , ſed Priſciano teſte,
verbum inuerterunt Romani.

O ante th:vt Clotho. Cothurnus.Nothus,illegitimẽ na-
tus.Otho viri proprium , teſtimonio Ciceronis aſpi-
ratur.Chryſothemis.

Ph aſpiratũ ante th:vt diphthongus.aphthonſus, nomẽ
viri proprium.Phthia:inde Phthius achilles.

R ante th:vt Parthus.parthia.Orthographia: & quæ ab
Orthos,id eſt rect⁹,deriuant̃:vt orthogoniũ , rectorũ
angulorũ.Parthenius, fluuius,& mons arcadiæ.

S ante th:Demoſthęnes, & omnia quæ à ſthenos.i. ro-
bur,deriuantur:vt Eratoſthenes,Aglaoſthenes,& ſi-
milia.Iſthmus,& Iſthmia certamina.Aegiſthus.

T,exile ante th:vt Matthæus.Matthias.

V ante th:vt Zuthus,Aeoli filius.

Y ante th:vt Python.vnde Pythius . Pythagoras . Ery-
thra rex.Cythera,mons:vnde Venus Cytherea.

A ante ph:vt aphrodiſia,Veneris feſta.Aphricam quoq;
dictam veteres putarunt,quòd horrore,& frigore ca-
reat,quòd Græcẽ phrice dicitur. Aphareus viri pro-
prium.Aphtonius.aphæreſis.Cataphractus,miles ar-
matus apud Propertium.

C ante ph:vt Ecphoneſis , vel Ecphonema.i. exclama-
tio,figura.

E ante ph: vt Ephippia,equorum ornamẽta . Ephebus,
Epemerides,id eſt diaria.Ephyra, Corinthus.

Ae diphthõgus añ ph:vt Aephęſtiõ,viri ꝓpriũ: ſũt tamẽ
qui in ſecunda tantùm ſyllaba diphthõ ſcribi probẽt.

Eu ante ph;Euphonia,i.vocalitas,vel conſonantia.

I añ ph: vt Deiphobus. Deiphile. Iphigenia, quę & Iphianaſſa. Iphiclus, frater Herculis. Hypſiphyle.

L ante ph, vt Delphos, Delphicos, Delphin vel Delphinus, Alpheus.

M ante ph: vt Amphytrio. Amphictyões, apud quos publicum fuit totius Græciæ conciliũ: & quæcunq; ab Amphi inclinantur præpoſitione: vt Amphibrachys, Amphiteatrum, & ſimilia. Rhomphea, teli genus. Triumphus.

P ante ph: vt Ophiuchus, Trophæum.

P, exile ante ph: vt Sappho: vnde Sapphicum carmẽ.

R ante ph: vt Porphyrius, Orphanus. Orpheus.

S ante ph: vt Aſphodelus, herba.

Y ante ch: vt Hyphen.

Vltimum tenens locum aſpiratio in barbaris tantùm inuenitur nominibus, vt Loth, Ioſeph, Heliſabeth. De aſpiratione hactenus: nunc tractandi diphthongos ſequitur locus. Quum igitur apud Latinos duæ ſint de quibus in ſcribendo maxime dubitari ſolet, æ, & œ, de eis potiſſimùm tractabimus. Nam diphthongus eſt quæ in Græcis ſæpe ſcribitur nominibus, paucis poſteà à nobis notabitur: ſed inſtitutum iam noſtrum proſequamur.

De diphthongo ſcribendis.

AE ante a: vt Aeacus. Aeacides.

Ae ante alterum æ diphthongon: Aeæa, inſula.

Ae ante d: ædifico, ædes, ædicula, ædilis, æditimus, quem ædituum veteres dixerunt: Varrone teſte.

Ae ante g: vt æger, ægrotus, ægritudo, ægrimonia. In cæteris, quæ ab ægos deſcendunt, vt Aegeus ſinus, Aegeon gigas, Aegoceros ſignum, Aegeus proprium. Aegis ſcutũ Palladis, ægloga, ægemater, ægon paſtor, ægiſthus, quòd capræ fuerit lacte nutritus, vt Lacta. ſcribit. ægialus ciuitas, ægiale, vel ægialia Diomedis vxor, ęginde, mulier, & vrbs. ęgyprus regionis, &

viri proprium.

Ae ante l,vt Aelianus hiſtoricus. Aelias Varronis pręceptor.

Ae ante m:vt ęmulus,ęmulor,quę aſpirandaduxit Cheroboſcus.Aemus,mons.Aemylius,Aemylia familia Romana.

Ae ante n:vt Aeneas,Aeneides,& Aeneades:nã æneus quod Priſcianus ab ęre deriuatum ait,adhuc vſq̃ nõ comperi,ſed ahenus facile.Aenigma.

Ae ante o:vt Aeolus,Aeolia,Aeolides,Aeolicus.

Ae ante p:vt Aepi,montis nomen.

Ae ante q:vt æquus, æqua,æquum,quod quum ab eicos deduci videatur,æ diphthongon habuiſſe non debuit,verſa cappa litera in q:vt quod illi cointos, nos quintus dicimus:quum ſit igitur apud eos diphthõgus ei eam vertimus in e productam,& ſine diphthongo ſcribi debuit,vt leuis,quum planum ſignificat:malo ergo vſu habet diphthongon,ſicut & quę ex hoc deriuantur,vt æquor,æquitas.

Ae ante r:vt æreus,& quæ ex hoc deriuantur,vt æratus. Aeripedem autem ceruam apud Vergilium, & Martialem ꝑ Aëripedem legimus. ęrumna,ęrugo ab ære.

Ae ante s:vt æs,æris:æſtus,tam clamor,quàm feruor pelagi:& quę ex hoc,vt æſtuo,æſtas:æſtiua, vmbroſa ꝑ ęſtatem loca:ęſtuaria,vndarum apud Cęſarem,& alios,ebullitio,fluctuũq; illiſio,ęſtiuo.ęſculus,ęſtimo:hęſi,hęſito peregrina,vt Aeſopus,viri propriũ,Aeſchylus,Aeſchines,Aeſon,Aeſonides.

Ae ante t:vt ętas,& quę ex hoc deriuantur: vt ęternus. In peregrinis,Aether, vñ ęthereus: Aethra,ſerenitas, elementum,& proprium.Aetna:vnde Aetnęus.Aetolia,Aetolus.Aethiops,& quę ex eo deriuãtur,vt Aethiopius,Aethiopia,& quę ab ętho, id eſt vro, deriuantur omnia.

Ae ante v:vt ęuum.

¶Dicendum nunc de diphthongo æ, quę in media dictione inuenitur.

Ae poſt alteram diphthongon æ:vt Aeę inſula,& poſſeſſiua,vt æa Circe.

Ae poſt b:vt bęlua,veluti quidã volũt.Sabæi.Lilybæ⁹, ſicut & quæc unq; à verbis circunflexis veniunt, aut nominibus in a,vel in e terminatis.Ptolemæus,Idę⁹, ętnæus,Bæus viri nomen proprium.

Ae poſt c.cædo cũ cecĭdi facit.cælo & quæ ex hoc deriuantur,vt cælũ,quod vult Cælius à celãdo,id eſt occulendo dictum.Varro autẽ à cauo dici exiſtimat.Cælius mons.Cælebs.Cæſar.Cæſaries,Cæpe.Sunt qui etiam cæram his adijciant,ſed cum à ceros deriuetur,caret diphthongo.Cæteri cęterę,cęterùm àduerbium.vt apud Vergiliũ,At cætera Graius.cæcus,cæcutio verbũ.A peregrinis naſcentia s ante c,vt Scæuus,Scęuola:à ſcæua enim,id eſt ſiniſtra,duci videntur,ſicut & ſcæua ſubſtãtiuum.Eſt autẽ ſcęua,qui ſiniſtra tam aptẽ vtitur,quàm dextra:licet Scæuolã à ſcindendo,ſecãdoq; volã,quidã dictũ exiſtiment.Scæa,porta Ilij.Dircæus .i.Thebanus, à fonte Dirce.dracæna fœmininũ à maſculino dracon. Alcæus,poëta lyricus.Cum aſpiratione poſt c,vt Chęremon,achęus:ſine aſpiratione,vt ancęus,viri proprium.

Ae poſt d:Dædalus:& Dędala tellus,apud Lucretium. Dędala Circe,apud Vergil.i.varia. Ide⁹ ab Ida. Iudæ⁹, à Iuda.Dęmon,Lacedęmõ Lacedęmonia.diadęma.

Ae poſt e:vt Leæna.Neæra,mulieris proprium.

Ae poſt f:vt fæcund⁹:hoc tamen quidã p œ ſcribi volũt

Ae poſt g,Gętulia,getulus.Ennoſigæus, qui Neptun⁹. Sigæũ,apud Troiam promõtorium.Pangęum,promontorium.

Ae poſt i:diæta,vnius diei nutrimentũ,vel diſcretio,& iudicatio ſine loco iudicij.Diæreſis.

Ae poſt l:lætus,lęta,letum.Lęlius proprium. Blæſus.læna veſtis.lęuus,lęua,lęuum.Errant qui leuem,quum planum ſignificat,diphthongon habere putant,idq; ex ſcriptura Græca eſt manifeſtum.Elęa,palęſtra.Hylęus,Centaurus.Lęſtrygones,galilęa,balęna.

Ae poſt m:vt Mænas, bacchãs mulier.Męon proprium.

Męonia, regio.Mæonius,Mæonides,Mæonis. Barptolemæus,Ptolemęus,Chimæra,Męander, fluuius, Męandrius,Mæandria,Mæandrium:& Męandrum: genus purpuræ.Timęus,& quęcunq; à verbis naſcũtur circunflexis.Mæotis,palus.

Ae poſt n: vt Næuus, Aetnæus, Dodonæus,Hymenæus.

Ae poſt p:vt à pæs,pędos venientia. i. puer: vt pædia, infantia:pædagogus,pædomanthis,pęga, pęonia,regio:pęan,laus apollinis.

Poſt p aſpiratum:vt trophęũ: phęon,phędronius,phędra,phędria,nomina propria.rhomphęa, haſtilis genus vnco præfixi ferro.aphęreſis,phęax populus.

Ae poſt q:vt quęro,quęrito, quęſtus, quum lucrum ſignificat. quęſo.

Ae poſt r:ręte, veluti quidam pręcipiunt. frętus, fręnũ. fręſus,fręſa,fręſum,quod veteres frictum dixerũt: vt Plautus.frictam, Cicero,& Martial. fræſam fabam. pręs,prędis,qui à magiſtratu interrogatus in publicum vt pręſtet,qui quum reſpondet, dicitur præs. & quæcunq; à pręincipiunt.Excipiuntur precium, preces,& ex hoc deriuata,vt precor, deprecor: item premo,quę omnia corripiunt primam.In exteris:vt Hebręus,Thymbręus,aſtręus,aſtręa, Muręna tam propriũ,quàm piſcis nomen.Gręcus,gręcia, ab eo quod eſt grex,qui rex fuit Theſſalię.

Ae poſt ſ: vt ſæpe.In peregrinis,vt Phariſęus, Iſęus orator Veſpaſiani tẽporibus,& alius Demoſthenis præceptor.Muſęus,vates.

Ae poſt t: tęda,tędet,tędium.telum autẽ caret diphthõgo. Tęnarus, Laconię promontorium. Cithæron, Tyrrhęus poëta,& Oetęus,Clytęmneſtra. Poſt tt geminum,Cyttea,vrbs.Poſt ct,Actæon viri proprium. Actæus.Et poſt tt geminum ſecundoq; aſpirato, vt Matthęus, Atthęus virorum propria, poſt ſt, vt Ariſtęus.

Ae poſt y,vt Yęus.

Ac verò in vltimò dictionum loco inuenitur in prima declinatione per omnes caſus in e terminatos, ſiue ea Græca, ſiue Latina nòmina ſint, vt ſcribæ, Aneę, Anchiſæ, Helenæ, præterquam in nominatiuo, vocatiuo, & ablatiuo ſingularibus. Et relatiuum quæ, & interiectio væ, & præpoſitio præ, & peregrina interiectio papę.

¶ Nunc œ diphthongi ſequitur tractandi locus, & primùm eius quæ primũ in verbis tenet locũ.

Oe igitur ante a: vt Oeagrus, Orphei pater.
Oe ante b: vt Oebalus, Lacedęmoniorum rex, Tyndari pater: vnde Lacedęmonia Oebalia dicta, & poſſeſſiuũ Oebalius.
Oe ante c: vt Oechalia, locus. Oeconomus.i. diſpẽſator, Oeconomia, diſpenſatio.
Oe ante d: vt Oedipus, Oedipi, Oedipo.
Oe ante n: vt oenophorum, Oenotria: & quęcunque ab œnos.i.vinum, ſunt deriuata. Oeneus Ætolię rex, pater Meleagri.
Oe ante n, vt Oeos, Atticæ populus.
Oe ante ſ: vt œſtrum, & œſtrus, quem Romani (vt Vergilius inquit) aſilum vocant.
Eſt vbi ſpiritus cõcitationem ſignificat, vt apud Orphea in principio Argonauticon, & Iuuenalẽ, & Statium in primo Thebaidos, vbi Lactantius ait, fontem apud Siculos fuiſſe huius nominis, vbi muſæ colerentur.
Oe ante t, vt Oeta mons, vnde Oetæus.

¶ Diphthongus que medium tenet in verbis locum, nunc tractanda eſt.

Oe diphthongus poſt b: vt Bœbes, in prima tantùm ſyllaba, paludis nomen. Eubœa, vnde Eubœus, eubœa, eubœum: & diſſoluta diphthongo Euboicus, ſicut ab eo quod eſt achæus, dicitur achaicus. Amœbęus: vnde carmen Amœbæum. Eribœa Alchatini filia, quã Tela-

mon comprimens, macem genuit filium. Meliboea, purpura, a nomine inſulæ, in qua tingitur. Meliboeus, viri, proprium. Alpheſiboea, propriū mulieris. Sthenoboea quam Homerus Antiam vocat Proeti vxor.

Oe poſt c, vt coepi anomalum verbum, coena, coenaculum, coenatio, coetus, à coeundo dictus. Externa, vt epicoenum, i. promiſcuum. coemiterium. Poſt ch aſpiratū, vt Choerilus, poëtæ nomen proprium. Choerades.

S ante c, vt obſcoenus. C aſpiratū poſt ſ, vt ſchoenobates, qui per funes it extenſos. Coeos ex Titannibus vnus. Mecoenas.

Oe poſt f, vt foemina, foenum, foetus, foenus, foedus.

Oe poſt g, vt tragoedia, lagoena, vas vinarium.

Oe poſt l, vt meloedia, quod corruptè melodia dicitur. ſynaloepha, quæ ab imperitis ſynalimpha ſcribitur, pathos eſt. ſoloeciſmus.

Oe poſt m, vt comoedia, moenia, pomoerium, Damoetas.

Oe poſt n, vt Menoeceus, trium ſyllabarum, & cum c in vltima, Creontis filius. Monoetius, ſyllabarum quatuor, t habens in penultima ante i, patrocli pater: Menoetiades patroclus dictus eſt. Tam enim patrocles, quàm patroclus apud homerum legitur.

Oe poſt p, vt polypoetes, pirithoi filius, poenula veſtimētum, poena, poenæ, poenitet.

Oe poſt r, Rhoeteus, Centaurus. Croeſus, rex Lydorum. proetus, Sthenoboeæ maritus: quò falſò accuſante de ſtupro Bellerophontem, eum ad Iobatam miſit ſocerum vt interficeretur. Rhoethus mons: vbi aiax ſepultus eſt.

Oi diphthongus apud Latinos ſcribi non ſolet, & ne quidē in dictionibus Græcis. Diuiditur enim diphthongus, vt Mantoi, Didoi, Inoi, panthoi, Latoi: vnde patronymica panthoides,

¶ De diphthongo hactenus dictū, nunc oſtendendo dictiones quæ y pſilon habent.

Y ante a: vt hyades, ſtellæ quæ ſuculæ à Latinis ſunt

dictæ.

Hyacinthus,lapis,puer,& herba.

Y ante b:vt hybla,hyblæus.hybrida, hybridæ , vt quidam.hybrides à ſingulari nominatiuo hybris dicuntur canes,qui ex imparibus parentibus nati ſunt.i.ex venatico,& gregario.Vñ Horatius per ſimilitudinem dixit.Hybrida quid dicam?quòd Perſius,de quo loquitur,parẽtes habuerit Græcũ,& Romanam.

Y ante d:vt hydria,vas aquariũ,vnde & nomẽ habet ab hydor aqua:ſicut & hydra ſerpens.

Y ante l:vt hyle,materia vñ aliquid fiat:ſicut & ſylua.Vñ Cicero,Omnis hubertas,& quaſi ſylua dicendi. Hylæus,Centaurus.Hylax,canis in Bucolico carmine apud Vergi.Hylas,Herculis puer,& apud Tranquillum viri proprium.

Y ante m : vt hymenęus : hymnus . Hymettus ,mons Atticæ.

Y ante p,vt hypocrita:& quę ab hypo præpoſitione incipiũt,vt hypoteſis:& quæ ab hyper præpoſitiõe fiũt: vt hypbaton,hyperbole,hypertheſis,hypermetron. Hyperion.i.ſol.& ſimilia.

Y Ante r,vt Hyrtacus , vnde Hyrtacides. Hyrieus Neptuni filius ex Alcione,Athlantis filia,pater Orionis.

Y ante s:vt hyſteron proteron:& quę ab hyſteron deriuantur omnia:vt hyſterologia:nam hyſtoria per ignorantiam cum y pſilo ſcribitur.hyſſopus herba.

In medijs verbis y pſilon ita inueſtigatur.

Y poſt a:Cayſter fluuius.

Y poſt b:vt Libya,tam mulieris proprium,quę filia fuit Epaphi,mater verò Buſiridis,quàm regio.ſibylla.Byblis,proprium mulieris.byrſa.i.corium. Cambyſes,filius

Cyri.Preſſus,p̃ſbyter,q Latinè ſenior.bõbyx,vermis.vñ bõbycin⁹.Labyrinth⁹. abyſſus.Babylon.i.cõfuſio. Abydus. byſſum. purpurę tinctura,& byſſus,teſte Suida.

Y poſt c:vt cylindrus.Pherecydes hiſtoricus,qui prim⁹ apud Græcos ſoluta ſcripſit oratione.cymba,cymbaſum,cyathus,cymbiũ vas. cynoſura ſyd⁹.Cyaneę petræ, quę Symplegades noiantur. Cymothoẽ Nerei filia.Cyclus,et ab eo compoſita,vt hemicyclus.Cyclops,qui Latinè cocles,quaſi ocles,teſte Varrone dicitur. Thucydides hiſtoricus nobilis.Anticyra inſula.cytiſus herba.Cyllene,in Arcadia mons.Vnde Cyllenius Mercurius.Home.teſte,vbi laudes ſcribit Mercurij.Cymeę ciuitas.S antecedente:Scytha.Scyphus.& Rpræeunte, Corcyra. Itẽ Cyttea vrbs.Cyrenę patria Callimachi:vnde Cyrenęus. Scylla.Scylax,canis.cygnus.Cymon proprium viri.Cyprus:vnde Cyprogenia,& Cypris Venus dicta.Cypſelus rex Corinthi. Sicyon ciuitas Achaię. Cydon ciuitas Cretę:vnde Cydonia mala.Cercyon latro,quẽ Theſeus in Attica occidit:vt de laudibus Helenę ſcribit Iſocrates.Cypariſſus puer,& arbor,Phorcyn.Ex ch aſpirato antecedente,Prochyta inſula.Archytas, philoſophus. Aeſchylus.amphibrachys,& quę à brachys.id eſt, breuis nomina inclinata ſunt.conchyle.

Y poſt d.vt dymas Hecubę pater.Dyrrhachium oppidũ. adytum cum templi locum ſacrum ſignificat. ſandyx apud Vergilium herba:licet id Plinius miretur libro.xxxv.natu.hiſto.qui fieri eam hominis diligentia poſſe putat.dyota,vas anſatum.hedymeles,&quę ab hedys.i.dulcis deriuantur.

Y poſt e: vt Ceyx tranſpoſitis literis.Græci enim cyex dicunt.

Y poſt g:vt Gyges proprium viri.Ogygea,in antepenultima tamen ſyllaba,inſula.Gyrton, ciuitas. gýpſum, vñ & verbum gypſo, pro inquinamento, aut emplaſtro,vt Cicero ad Trebatium de Medea locutus, eam gypſatis eſſe manibus dixit, & gypſo, quauis

re obturo,vt Collumella in rebus ruſticis,Quę repleta quũ confeſtim gypſata ſunt.ægyptus. gymnos, vñ gymnaſium,& gymnoſophiſtę. Aegyleus,viri proprium.

Y poſt l:vt Chalybes.Lydia,verſo y in v,Romani ludi⁹, & ludia,& ludo,teſte Valerio Maximo dixerunt.Lycia regio.Lyſias oratoris nomen, Demoſthenis tempore,& Arcadię vrbs. clypeus:vt Pli.aſſerit. Lyctos Cretę ciuitas:vnde Lyctius Idomeneus. Olympus, mons,& cœlum.Calydon ciuitas. Lycius Apollo,à lyce,quę apud veteres Gręcos lucem ſignificabát,vñ Appollo,lycegeneus dictus ab Homęro.Lycius amnis,vt Quintus Curtius,& multi alij meminerunt. Lycaon,& omnia quę à lycos.i.lupus,ſunt deriuata: vt Lycomedes apud Plautũ: Lycurgus, Lycophron. Item inclytus,quod Gręci ſimplex habent clytos:idq́ frequenter ſolet accidere:nam cum clino dicãt Gręci,noſtri non niſi compoſitum ponunt inclino,declino,& ſimilia:ita induo cum Gręci dyo:indico noſtri, illi dico,ſicut & dycnymi: nam dicare alterius longè ſigni ficationis eſt.hiſq́ ſimilia pleraq; inuenies.Halys fluuius,Hippolytus,Hyppolyta,& quę à lyo.i.ſoluo, deriuata ſunt omnia,vt Lyęus Bacchi nomen.lyra, chelys,lynx lyncis fera,& Lynceus viri propriũ.Lilybęum in ſecundo tm̃ loco,promontorium Sicilię.Polybius hiſtoricus,& omnia,quę à poly.i. multum fiunt,vt polyp⁹,Polycarm⁹,Polynices,Polyphem⁹:nã Cõſtãtinopolis,Heliopolis,Põpeiopolis, Neapolis, & quę à polis.i.vrbs,deriuantur,omnia carent y pſi lõ.Chelydrus, ſerpẽs terreſtris.Vlyſſes,Clytęmneſtra, vtpote quę à clytos.i.inſignis deriuant̃.paralyticus.i. membris ſolutus.

Y poſt m,vt Tomyras regina Galatarum.Mygdon,proprium viri,& loci: vnde Mygdonides. Mycenę tam mulieris,quàm vrbis nomen. Tamyris mulier, myrrha,myſterium res ſacra.Myſtillus pro nomine proprio apud Martia.licet ad Homericũ verſum alludat,

Myrmidones in prima tm̃ ſyllaba. Mydas rex. Amyn- tor pater Phœnicis, qui Achillis pręceptor fuit, vnde Amyntorides dictus. Myrtol⁹, Myron ſtatuarij nomẽ. myrtus, myrtoum pelagus. chlamys.

Y poſt n, onyx lapis, vas, & vnguen, etiam ſignificat, & quę ex hoc deriuãtur, vt monycus. Dionyſius, à quo Dionyſia, Bacchanalia. & Dioniſi⁹ hominis propriũ. Nyſa, collis Baccho ſacer. Erinnys, furia. Hieronym⁹, & quæ ab onoma .i. nomen per compoſitionem fiunt omnia, vt Synonyma, Homonyma, patronymica, & his ſimilia. nympha. Cinyras rex Cypri. Ganymedes.

Y poſt o, vt Moyſes, quod eſt Moſes, et Moſeus, & Moy ſeus facit.

Y poſt ph aſpiratum, vt Staphyla mulieris proprium. & ante p exile, vt Pylos vrbs, vnde Pilius Neſtor. Ephy- re .i. Corinthus, licet alię etiam vrbes ſint Ephyrę di- ctę. Sipylus ciuitas. Thermopylæ: omnia quę à pyle .i. porta deriuari videntur: vt propylęum, qnod eſt ante portam. Hypſiphyle, Pythagoras, Phylace vrbs. Pyla- des, Porphyrius. pygargus auis. pytiſma, ludus Lace- dęmonius, pygmęus. zephyrus. Pyrrha Deucalionis vxor. pyra lignorum ſtrues incenſa. Pyrene: & quę à pyr fiũt omnia. Pygmalion. Pythius, & python vrbs in parnaſo. Pyſander poëta. pyrgopolynices, & quę à pyrgos .i. turris, fiunt omnia. papyrus.

Y poſt r: Eryx, vñ Ven⁹ Erycina. Amaryllis. Amphitryo. Carybdis. corymbus. Bebryx, gens. Chryſes, ſacerdos Appollinis: vnde Chryſeis patronymicũ. Phryx, qđ teſte Cice. frux vetuſtiſſimi, & fruges dixerunt noſtri. Trymo, priami mater, licet quidam zeuſippen velint nominatam. corytium antrum. corydon, viri propriũ. Doryclus, & quę à dory .i. lancea, fiunt omnia: vt Do rybas, doryphorus, & ſimilia. Eurythus: & quę ab eu ry .i. latum, deſcendunt omnia: vt eurydice, Euryba- tes, Eurydamas. Euripides autem ideo non habet y pſilon, quòd non ab eury deſcendit, ſed ab Euripo cã po, vt etiam Priſcianus dixit. Geryon rex. Garryo vel

bum,vnde garrulus verſo y pſilo in v. Barylus viri pro-
priũ apud Iuuenalẽ,& quæ à barys.id eſt grauis,& mo-
leſtus deſcendunt omnia. Gryllus Xenophontis filius.
Phythoſophos, Dryades, & Hamadyrades, & omnia
quæ à drys.id eſt,quercus deſcendunt. Cryſtallus. Styry
mon Thraciæ fluuius,vnde grues Strymoniæ. Erythrus
rex,vnde mare erythręum,id eſt'rubrũ,mare rubrum' ap
pellatum,vt etiam Quintus Curtius fatetur.'Erytheus,
cui boues ſuſtulit Hercules, vt Iſocrates de laudibus He
lenę ſcripſit.Chryſothemis Agamennonis filia:& quæ à
chryſos.id eſt aurnm deriuantur omnia:vt chryſolitos la
pis precioſus.Chryſao r.ex capitis Meduſę à Perſeo ob-
truncatę natus ſanguine eſt cum Pegaſo.

Y poſt s:vt clepſydra,inſtrumẽtum aſtrologicum,in quo
horas metimur:& meretricis nomen:& iudicandi lo-
cus:& vas,quod plenum aqua in cõcionibus oratorib⁹
adhibebant,teſte Suida,& Phinio ſignificante. Siſyph⁹
poſt ſecundum tm̃ s.Syagrus,&c.quæ à ſys.i.ſus,nomen
habent.Elemoſyna &c.quę hanc formam in ſyne habẽt.
Mnemoſyne,muſarum mater.Traſyllus, proprium viri.
Cyſta,cyſtula,nam cyſtis Græcè dicitur.Abſyrtus,frater
Medeæ:& quæ à ſyro.i.traho deſcendunt omnia:vt Syr
ma,cauda,quę à tragœdis trahebatur in pulpitis.Syria,
Aſſyria,Pſylli Libyæ populi.Pſylla,puſillum quoddam
animal,vt in mælenia Menander oſtendit,& Epicarmus
& Ariſtophanes ſcripſerunt.Pſyllum herba.ſyllus fluui⁹
Arcadiæ.Syncopa,& omnia 'quæ cum ſyn componun-
tur præpoſitione:vt ſynonyma,ſyntheus, ſynalœpha,ſy-
ſtole,ſymplegades,ſynęreſis,& id genus alia. Sycophan
ta,& quæ à ſycos.id.eſt, ficus,deriuantur alia.Marſyas,
tam fluminis,quàm viri proprrum.Sylla Mario infeſtiſſi-
mus inimicus.

Y poſt t:vt Tydeus,vnde Tytides,Aſtyages filius Cya-
xaræ regis Lydiæ.cætera quæ ab aſty,quod vrbem
ſignificat,vt Aſtyanax filius Hectoris,qui ante patris
obitum Scamãder dicebatur,Homerõ teſte, Thymbra

herba, vnde Thymbræus Apollo, licet eũ alij ab hymbre dictum Thymbræum putant, vt Macrobius. Tyndarus, vnde Tyndaris, Helena & Clytęmneſtra: Tyndaridę Caſtor & Pollux. Tityrus poſt t ſecundum. butyrus, Tyrtheus poëta. Tyrus ciuitas Africæ. Tyrrhenus. id eſt, Thuſcus. tyrannus. thyrſus, vnde thyrſophorus Bacchus ab Orpheo dictus. Agathyrſi populi Scythiæ. Mitylene, & mulieris, & oppidi nomen. etymologia, & omnia quæ ab etymos. id eſt, verus, fiunt: vt etymologus. dactylus, tam pro pede verſus, quàm pro eis, qui dactylis Iouem aluerunt, qui Cabyri, Corybantes, & Telchines etiam dicti: & ex ijs deriuata: vt dactylotheca. id ẽ digitale. Thyrſis paſtor. Thymnius herba. Tyrus vrbs, ſatyrus, Styx palus, Tyle inſula, archetypus, & quæ à typos. id eſt, forma, fiunt. Tethys vxor oceani. Nam nereis caret y pſilo. Orthygia, inſula Delos. Rhadamanthys, rex: licet verſo y pſilo in v, nuuc potius Rhadamanthus dicatur. Dithyrambus, Bacchi nomen, & carminis genus: & quę à thyra, id eſt, porta fiunt omnia: vt prothyron, locus ante ianuam, vt veſtibulum, quo iuriſconſulti vtuntur verbo. Thyeſtes. Ithyphalas, Priapi nomen.

Y poſt x: vt xyſtus, ambulacrum, vel porticus circuncirca domus impluuim.

Y ante i in eadem ſyllaba, hoc eſt diphthongon faciens non inuenitur niſi ſequente vocali, vt Phlegyias rex. Orithyia, quam Boreas rapuit, filia Pandionis. Ilethyia, id eſt, Diana. Harpyia, turbo, et monſtrum. Ante eus diphthongon: Agyeus, Bacchi nomen. In fine autẽ dictionis, quod ſciam, nullum apud Latinos nomẽ præter Epy nomen montis.

De antiqua ſcribendi ratione.

VLtimus à principio nobis propoſitus eſt deſcribendi ſcientia, locus reſtat qui de conſonantium ſuo loco poſitione erudita tractandus fuit, ſed cùm in his multa conſiderari ſoleant, de geminatione conſonantium duntaxat perſcribemus, quia & hic etiam locus latè magis patet, & hic

mihi non tam veterum rationes referendæ, quàm de orthographia eminentiora decurrenda, Nam quòd nõnulli inter puncta notandi peritiam huic parti tribuerunt, eos erraſſe equidem ſemper ſum arbitratus. Nam cũ & comma, & colon, & periodon noſſe rhetoris eſſe palàm ſit, nec minus pronunciandi peritiam, vt eorum ſenſus tulerint, popoſcerintq́, ne grammatici quidem potius quàm oratoris eſſe exiſtimantium. Quamobrem cũ verbis in quibus grãmatici cura conſummatur, nulla parte ſuffragari inueniantur, ſed pronunciantis ſpiritum intercludere à ſcribendi ſcientia id ſe iunctum eſſe putandũ, ſicut nec Priſcia. aut alius ex veteribus grammaticis, vt cætera quæ ad grammaticum pertinerent, tradiderunt, docuit. Contrà autem cùm Cicero, tum Quintil. Fortunatianus, & pleriq; alij has reſpirandi docuerunt metas, licet Græcorum quidam accentuum regulis hæc ſubijcere maluerint. Ex quo manifeſtum eſt, ſi grammatici etiã ſciſſe hæc interſit, ad hanc tamen ſcribendi ſcientiam nõ attinere. Itèm facilis eſt illa, ſicut & frigida inquibuſdam animaduerſio, quòd à veteribus multa immutata ſint, vt quum illi ſ pro r ponerẽt, Varrone teſte, fœdeſum pro fœderum: pluſima, pro plurima: melioſem, pro meliorẽ: aſena, pro arena: ianitos, pro ianitor: caſmœna, pro carmœna, inde eliſo r camœna. Quodq; Ciceronis temporibus, quoties ſ litera media vocalium longarũ, vel ſubiecta longis eſſet, geminaretur: vt cauſſa, cauſſus, diuiſſiones. Quodq; vtroque verſus multa dicerent: vt here, & herĩ; ſibe, & quaſe, ſicut ſibi, & quaſi, eodem tempore. Quodque pro i ſæpe u ponerent: vt optumus, maxumus, decumus. Et o loco u: vt ſeruos, coruos; pro ſeruus, & coruus. Et inter duas vocales, hiatus effugiendi cauſa, Aeolicum f ponerent: vt ofum, ofis, pro ouum, & ouis. Et cum Gaium ſignificare vellent, C ſcriberent, quæ litera inuerſa hoc pacto Ɔ mulierẽ declararet. Et Columam, n exempta litera: & contrà ſ geminata, Coſſules. Et in nominibus proprijs, prænominibusúe, vna aut altera, ſæpe tertia, litera integrum multò

longius nomen ſignificarēt:vt P. Publius, Sp. Spurius, Mar. Marcellus. Alij differentiolas omnibus notiſſimas annotandas eſſe putauerunt, qualia ſunt At coniunctio cū t, Ad præpoſitio cū d litera. Cum prępoſitio ablatiui cū c: coniunctio, vel aduerbiū tēporis cū q, tribus ſequētib⁹ literis. Et vt eſt Vortex per o, & Vertex per e. Quatenus aduerbiū tum loci, tum tēporis, & Quatinus coniunctio. Vendico, & Vindico. Quin & quæ poſt ſ literā c habeant, vt Scæuus, Scæuola, Scedula, ſcriptura priuata. ſcio, ſcindo, ſcena, obſcœnus. Et quæ ante i, ſequente altera vocali, t, habeant; vt iuſtitia, amicitia per t nō per c ſcribendia. Quę oīa ex grammaticis regulis, quū pauca ſint, ita in prōptu ſunt, vt de eis dubitare debeat nemo. Grammaticū dico, non piſtorem, aromatariū, aut alium quemuis idiotā. Non enim nunc propoſitū nobis eſt, aut veterum à iunioribus emendatā ſcripturā, aut inuſitatem recēſere, ſicut nec quidē quæ ex deriuatione apud Priſcianum diſci poterunt memorare, & multorum imperitiſſime ſcribentium errores emendare, quod eſſet infinitum: ſiqua tamen inſtituto noſtro ſeſe offerent annotanda, non ea præteribimus, ſed iam ad nos redeamus.

A Ante b geminum, vt ſabbatū: abbas, quod nomen Hieronymus Hebrææ linguæ peritiſſim⁹, apud Hebręos dicit patrem ſignificare.

A ante c, vt accedo, & quæcunq; componūtur ex ad & dictione à c incipiente, vt accumulo, accino, & ſimilia. ſaccus bacca, Bacchus, flaccus, vnde flacceſco verbum, vt quidam dicunt. Bacchar, vacca, quoniam va cat corripitur, vnde deſcendit.

A ante d: vt addo, addiſco, & quæ ex ad fiunt, & à verbo incipiente a d.

A ante f: vt afficio, & vbi verbum ab f incipiens componitur cum prępoſitione ad, vt affero.

A ante g: vt aggero, agger, & in cæteris vbi ad præpoſitio componitur cum dictione à g incipiente. aggero ſimiliter primæ coniugationis, vnde exaggero, as: quū ab eo quod eſt agger, pro terræ cumulo, deductum,

habet g duplicatum.

A ante l: vt Allobrox, gẽs Galliæ, allido, & quæ ex præpoſitione ab, & dictione ab l incipiente fiunt. Allia, pallium, callus, callo verbum, allium, gallus, gallina, calleo, quando aſtutum eſſe ſignificat, vnde callũnia teſte Albino: callis, via: nam Cales oppidum corripitur. fallo, palleo. In alijs autem denominatiua, vel verbalia vnico l ſcribuntur: vt Iuuenalis, Martialis, fluuialis, feralis. l geminant, vallis, vallum, interuallum, vallo verbum, ab affero allatũ: vallus, palus acutus, & in vitibus pedamentũ, ad quod trahuntur vites, ablaqueanturq́. Verg. Exacuunt alij vallos, furcasq́ bicornes. Et vallus, vas: qui & vannus nominatur, per diminutionem dictus, vallus. Sunt qui Malo geminato l ſcribant, ſed Diomedes vnico potius ſcribendũ aſſerit. Malle, tamen & Mallẽ dicim⁹, quia vellem, & velle. Hallucinor. Palla veſtimentũ. Pallas Palladis, & Pallas Pallantis. Callimach⁹. Callidorus. Sũt tamen qui l geminari apud Græcos nolint. Metallũ, quia Metallo. i. exquiro, l geminat. Allegoria. Mimallones, bacchæ.

A ante m: vt Ammolior, licet hîc multi nolint, ad, ſuam conſonantẽ immutare: vt admolior malint dicere, ſicut admoneo, admoueo. Mãma. Ammodo, Grãmatica, grãmatic⁹: & oĩa quæ à grãma fiũt, vt epigrãma.

A ante n: vt annitor, & vbi, ad, cũ dictione ab, n, incipiẽte cõponatur: vt annoto, annus, vnde annona, quicquid in anno colligitur ex prædijs, & menſtrua ſolutio. Tyrannus, canna, cannabis, pannus, vnde Pãnucia Baucis, apud Perſium. Stannum, metalli ſpeciem ſignificat. Annibal. Sanna, vnde ſubſanno.

A ante p: vt Appono, & in cæteris in quibus ad d in p mutat, compoſitum cum verbo à p incipiente, vt apprime. Sappho. Capparis herba.

A ante q geminum non inuenies, ſicut ne quidem vnquam q geminatur: nam d ſequente q in c mutatur, vt acquiro, quicquid, ne quid repetitũ eſſe videatur,

& quicquam, ſimiliaq́. Cappadox, Cappadocia.

A ante r: vt arrideo, & quæ ex ad, & verbo incipiēte ab r fiunt. carrus ſpecies vehiculi, barrus elephas, farris nomen, farrago. Et vt Aſconius, & Marcellus videntur ſignificare etiam nefarius, farratus: vt, Farratā pueris plaudentibus ollam. farracum vehiculi genus. Varro, tam viri proprium, quàm Varrus, qui diſtortos habet pedes. Marra inſtrumentum ruſticum. Catarrhus. i. pituita. Parrhaſius pictor, marrubium herba, ſarrhanum, à colore.

A ante s: vt aſſiſto, & alia in quibus ad præpoſitio compoſita cum verbo ab ſ incipiente, d in ſ mutauit. Aſſiduus, ſiue ab aſſideo deducatur, ſiue diuitem, ſiue continuum, & ſedulum ſignificat. aſſis aſſeris, fortaſſis & fortaſſe. Baſſus viri propriū nomen, Baſſa mulieris proprium. Baſſareus, Bacchus: Baſſarides, bacchæ, Caſſius, Maſſurius, virorum propria. Maſſa, imperatoris Domitiani morionis proprium: & maſſa appellatiuum. Caſſandra, mulieris proprium. Caſſandreus viri proprium. Caſſus à careo, incaſſum, caſſis & caſſidis, vel caſſida caſſidæ, faſſus. Faſcia enim ſicut & faſcis.

A poſt ſ habuere laſſus: nam laxus per x eſt dilatatus, vnde laxo verbum, ſicut lacero à lacerus, & à faucius faucio, paſſus à patior, & à pandor: & paſſus nomen, paſſim, paſſa vua. Eſt etiam paſſum genere neu. pro muſto cocto. i. ſappa, vel defruto. quaſſum à quatio, quaſſo verbum iteratiuum. craſſor verbum, Craſſus nomen. claſſicum, tubæ ſonitus, male pro tuba ipſa à quibuſdam ponitur. claſſis nauis, & nauiū multitudo. Maſſagetæ populi. Maſyli, & Maſylia, gens in Africa: nam pro gente Galliæ primam breuem haberet, niſi poſitione produceret: & i Latino ſcribitur. Maſſicus, vnde Maſſicum vinum.

A ante t, vt attingo, & cætera quæ ex ad & verbo a t incipiente fiunt. Matthæus, Matthias, Battus, virorum propria. Battiades. i. Callimachus Batti filius. attagenæ aues, licet attagen dicat Horatius, quattuor.

E ante c geminum,vt pecco,peccatum:reccido ex re &
cado,pducit em̃ primã,vt apud Lucre.Propertiũq; vi
dere licet.eccũ,eccã,p ecce hîc eũ,& eã.In cæteris,vt ec
cleſia,i.conuocatio,ſiue conciliũ,licet vulgus imperitũ
pro templo nunc capiat.

E ante d:vt reddo,redduco,quũ primam habet longã,
nam eſt quando corripiatur.

E ante f,vt effigio,effugium,locus vnde aliquis ſe erum-
pit in fugam,quicquid Serui.dicat.& omnia quæ cũ
ad & verbo ab f incipiente fiunt:in cæteris autem cõpo-
ſitis ab ex præpoſitione,x non mutatur in aliam conſo
nãtem.Eliditur etiam ſ ſi verbũ cum quo x componitur,
ab ſ incipiat,vt exibilo,expes,idq; mea quidem ſententia
perpetuò,quicquid Iſidorus,& alij docere tentauerint.

E ante l:vt vello vellis:nam velo velas,vnde velum,vni
co l ſcribitur.Cello,vnde antecello , procello excello,
procella:nam cęlo cęlas,ſculpo:vel celo, as,occulto,vni
co l ſcribenda ſunt.Pello pellis,& compoſita,vt appello,
lis,nec minus appello,las,cuius ſimplex in vſu non eſt.
Bellũ neutri generis,& adiectiuũ bellus,a,um,& bellatu
la apd' Plau. Bellabellatula cõſcède torũ.nã Belus ꝓpriũ
vnico l ſcribit̃.Intelligo,ĩtellect⁹.Cãcelli.Bellerophõtes.
Telum enim tam qui cum diphthongo,quàm qui ge-
mino l ſcribunt,errant.Macellum locum Romani dixe-
runt,vbi erant omnia,quæ ad victum pertinebãt,quòd
ibi domus fuerit illius,cui cognomen fuit Macellus,quę
ibidem fuerit publicè diruta,ab eo deinde macellum di-
ctum.Mellitus,quod quidam melliteus dicunt, vt apud
Catullum per ſyncopam dictum videatur. Imminet au-
tem Pachyno Melita,de qua catelli portati Melitęi dice-
bãtur.Auellana,clitelli,vnde muli clitellarij,qui in clitel
lis ferunt ſarcinas:vt dorſuarij,qui in dorſo nos ſubue-
ctant.Stellio animal ſtella,quaſi ignis ſtilla,vt ait Quinti-
lia.Fellis,mellis,& cæteri caſus. Gellius viri proprium.
Helluo,tam verbum,quàm nomen,quum habet aſpira-
tionem:nam compoſitum ab ex & lauo vnico l ſcribitur.
Tellus,pelliceo,pellex;nam pelax vnico l ſcribitur,id eſt

mulra verſans.pelliculo. id eſt, corticem depono,& de- mo, vt in pyris,pomisúe,& ſimilibus. & ſella. Verbalia autē,vel denominatiua fœminini generis in à deſinētia vnicū hñt l. Quā regulā tradit etiā Caper. vt loq̄la, q̄rela cādela,tutela,clientela,ſuadela:ſimiter adiectiua ī le,vel in lis terminata,non geminant l,vt fidelis,crudelis, patrue- lis,& id genus alia:diminutiua verò n aut l,vel r,in vlti- ma habentia ſyllaba,in ll geminum mutant.N,vt bonus bellus,aſinus aſellus,geminus gemellus, agnꝰ agnellus, patina patella.R, vt labrum labellum,ager agellus, tener tenellus,ruber rubellus, lucrum lucellum, libra libella, vmbra vmbella,miſer miſellus,capra capella,flagrum fla gellum,flabrum flabellum, ſcalprum ſcalpellū,ſculprum ſculpellum,dolabra dolabella,ſacrum ſacellum,& ſimi- lia.L verò vt oculus ocellus, populus popellus, catulus catellus,fabula fabella,tabula tabella,& alia huiuſmodi. Relligio,& relliquiæ ideo l geminarunt,vt ſyllabam pro ducant primam. Vellem velles, nam velim primam (vt omnes ſciunt) habet breuem. Perduellis, per- duellio,perduellona,ſicut Bellona dixerunt veteres,Var rone teſte.vellus lana,quia à vello vellis dicta eſt, quòd nō tonderetur,ſed velleretur.

E ante m: vt ſtemma,tam genus,quàm coronam ſigniſi cans.gemma ſiue advitem,ſiue ad lapidem referas pre cioſum.

E ante n:Ennoſigæus,qui Neptunus.& quæ ab anno fiunt,vt perennis,biennium,triennium,& ſimilia.Ra uenna,Rauennas,Ennius, penna, pennicellum, licet pinna,pinnicillum potius dici veteres probent.Siſen- na hiſtoriarum autor.

E ante p: vr reppuli,repperi,in carmine.

E ante s: vt feſſus,neceſſus,neceſſa,neceſſum,neceſſe,ne- ceſſitas,neceſſarius.geſſi præteritum, poſſeſſio, ſeſſum à ſedeo,greſſus à gradior:& in ſo facientia,quæ e an- te ſo habent, vt laceſſo,faceſſo,arceſſo,capeſſo,oreſſo: nam viſo vnico ſ,ſcribitur.meſſui à meto,meſſura.Beſ ſus viri proprium.Theſſalia,Theſſalus,Creſſa.id eſt,

Cretenſis,& ſimilis formæ Græcæ oīa vt Threſſa,ab eo qđ eſt Threix.ceſſi à cedo,ceſſo.Cupreſſus, teſſera, ſiue belli ſignum,ſiue inſtrumentum luſorium ſignifices.preſ ſus à premo,à confiteor confeſſus, & à fateor omnia cō poſita.

E ante r:vt terra,territoriū: & quæcunq; à terra veniūt. ferrum,ferruminor.i.glutino.Plinius quoque, Calcis vſum præbuit ita ferruminandis Babylonis muris. Hinc ferrumen glutinum, ferrugo ater color.ferrem, & ferri,& ſuperlatiua in rimus deſinentia, vt teterri mus,nigerrimus,deterrimus,veterrimus,creberrim⁹, & cætera huiuſmodi omnia.Gerræ.i.nugę,vnde ger rones. erro tam nomen,vt verbero,palpo,& cachin no,quę faciunt erronis,verberonis,palponis,cachin nonis,quàm verbum perrexi, experrectus. ſerra, fer reum inſtrumentum,cuius dentes pectinatim coēūt, longeq; producuntur: vnde ſerrati dentes dicti, qui in modum ſerræ ſunt digeſti.terreo,terror,verro, vn de verriculum,verruca.perrepo,& ſi qua componun tur à per,& dictione ab r inchoante.acerra,turris ar ca.vacerra,clatrorum genus ad pecora includenda. cerros,arbos.arcerra,vehiculi ſpecies.

E ante t:vt rettuli. Hymettus,mons Atticæ.

I ante b:vt gibbus,gibberoſus,gibboſus,gibber.

I ante c:vt Hicce,ſiccus,Perdicca,viri proprium nomē. ciccum,membrana tenuis malorum punicorum.

I ante d:vt quiddam.

I ante f:vt difficilis:& vbicunq; dis prępoſitio cōpoſita fuerit cū verbo ab f incipiente,vt diffindo,diffundo.

I ante l:vt taxillus, & omnia diminutiua à nominibus inflexa,quæ habēt l in vltima ſyllaba:vt pugil, pugil lus,pupulla,pupilla,imbecillis.Batillus,proprium no men hominis.ſerpyllum,petroſyllum,ſed hæc duo y habent,vt multi putant,à ſyllo,quod eſt rapio, deri uantes.vnde & primitiua putantur, quallus, quaxil lus.in diminutione l geminant,ala axilla,velum, ve xillum,mala,maxilla.ſtilla,ſtillo,ſtillicidium, nam ſty

lus primam habet breuem.

Denominatiua autem,& verbalia in lis deſinentia l ſimplici ſcribuntur: vt ſenilis,anilis, ouile,ſedile,& ſuile, & id genus alia. Illido,& omnia ab in cõpoſita, & dictione ab l incipiente. vt illudo,illabor,capillus,cauillor, hilla,inteſtinum. ille,illa,illud,illic,& ſimilia.

Item ſuperlatiua in limus deſinentia, quæ hæc ſunt, facillimus,difficillimus,gracillimus,humillimus,ſimillimus,diſſimillimms,agillimꝰ. prętereà pauxillus,& pauxillulus,codicilli,anguilla,et huius formæ alia.

Item ea diminutiua quæ in primitiuo n habuerint, vt vinum,villum: tignum,tigillum: ſcamnum, ſcabillũ: ita enim video veteres locutos potius, quàm ſcabellũ, vt penultimam haberet, e litera. Aut t habentia ante vs,et aſſumentia lus, u in i verſo: vt putus putillus, vnde putillum paſſerculum. i. valde paruum. Aut l: vt baculus,bacillus,arca,arcula,inde arcilla: furca,furcula,furcilla: et verba in lo diminutionem quodammodo ſignificantia,vt ſcribillo, actillo. Argilla, tenax terra. mamilla. pillum,iaculum,nam pilus primam corripit. villa, ancilla,et ancillor verbum. mille adiectiuum pluralis numeri,nam ſingularis generis eſt neutri, et vnico l ſcribitur: ſicut et eius plurale milia. Oſcilla, ſiue ſuſpenſa de trabibus voces iactamina,ſiue de lupinorum partibus intelligas, vnde erumpit naſciturum germen, aut ab os oris diminutiuum nomines.

Eodem modo ſcribitur ſquilla,ſed melius ſcilla ſcribitur, herba: male quidam piſcem (vt opinor) accipiunt.

Docent infiniti penè autores herbam ita nominari, quæ vnius ſit radicis. Ariſto. in. 1. de vegetalibus & plãtis. Piſcis ſit nec ne hoc appellatum nomine,non recolo me legiſſe. Villus villi, pro pilo. Achilles.

I ante m: vt immitto,& quoties In cum verbo ab m incipiente compoſitum inueniatur, vt immundus, immunis,immanis,immitis.

I ante n,vt innitor, & vbi In cōponit̃ cū dictione ab n,
incipiēte.hinnꝰ,hinnuleꝰ,hinnulꝰ.hinnio verbū,hinnitꝰ.

I ante p:vt Hippolytus,Hippodamia:& omnia ab hip-
pos.i.equus facta,vt Philippus,hippodromus,& ſi-
milia.lippus,lippio,lippitudo.Agrippa.quippe.

I ante r:vt irritus,irrito;& omnia ex in,& verbo ab r in-
cipiente compoſita.

I ante s:vt miſſus,miſſurus participia,& miſſus nomen.
diſſimilis:& compoſita à diſ,& dictione ab ſ incipiē-
te,vt diſſero:diſertus tamen primam habet breuem.
ita omnia in ſimus ſuperlatiua, vt clariſſimus . Item
omnia præterita perfecta, & pluſquàm perfecta , vt
meminiſſem,odiſſem,feciſſe,amaſſe, audiuiſſe, legiſſe.
Spiſſus,ſpiſſo verbum.Phariſæus,Narciſſus . proſciſ-
ſus à proſcindo:nam à cædo prociſus facit , quia pe-
nultimam natura producit:velut diſcīdo diſciſum ,di
ſcindo autem diſciſſum ſcribas.

I ante t:vt mitto.ſagitta:quidam tamen ſagipta,cū p po-
tius dicendum putant.Littera,in carmine.littus.Pit-
tacus,vnus de ſeptem ſapientibus,qui Athenis vno
fuere tempore.pſittacus auis.

¶O ante b:vt obba, vas vinarium.

O ante c:vt occumbo,& quæcunq; ex ob, & verbo à c
incipiente fiunt:vt occipio,occiput,occare, quaſi oc-
cæcare,vt Varro in rebꝰ ruſticis exponit.occalere,ſoc
cus,coccus purpura,vnde coccinꝰ,coccina, coccinū.

O ante d,vt quoddam.

O ante f:vt officio,& in oībus quę ex ob,& verbo ab f
incipiente fiunt.offa,diminutiuum tamen ofella vnico f
ſcribitur ,corripit enim primam.

O ante g:vt oggānio: & quæcunq; alia quæ ex ob , &
verbo à g litera incipiente fiunt.

O ante l:vt collido,& quæcunq; alia quæ ex con & ver
bo ab l inchoante fiunt. Lolligo piſcis , quaſi voli-
go,quòd quaſi ſubter volet,vt ait Varro.collum , de-
collo,olli pro illi,collis,tollo, polleo . Pollio propriū
viri,nam polio verbum primam habet breuē. pollex,

quia dict᷒ eſt, quòd inter cæteros digitos polleat fortitudine, vt ait Lact. Pollux ſunt qui nullo ſcribãt gemino ll, ſed Diomedes vnico l ſcribendum dicit. Mollis nomen adiectiuum, & verbum mollio: nam molior vnico l ſcribitur, ſicul moles molis. Follis, folliculus, corolla, quia à corona imminutum eſt: nam diminutiua n in ll geminum mutãt. Apollo. Collina, à colle dicta porta.

O ante m: vt ommurmuro: & vbi ob prępoſitio compoſita ſit cum verbo ab m incipiẽte, licet multi b nolint immutari. Omitto, extrita ẻ medio litera b ſcribimus, corripit ſiquidem primam. commuto, & quęcunq; ex con, & verbo ab m incipiente deriuantur: vt communis, cõmoneo, commentũ. nam omaſum corripitur.

O ante n: vt connitor. quæ ex con fiunt, & verbo ab n inchoante, vt connuo. Peloponneſus, Cherſonneſus, ita em̃ Strabo coſmographus ſcribẽdũ exiſtimat.

O ante p: vt oppono: & in cæteris quæ ex ob, & verbo incipiẽte a p fiunt, velut opprimo. Oppidum ab opedanda, vt Varro inquit. ſed quia à correpto naſcitur conſonãtem geminat. Et in cæteris idem obſeruatur.

O ante r: vt corruo: & quæcunq; ſunt alia ex con, & verbo incipiente ab r facta. Torreo, torrens nomen, & participium. torris. i. terra. porrò aduerbium. porrigo nomen, & verbum: & porrum, holus ſectile grauiter olẽs, & vt allium capitatum: nam porus tam proprium viri, quàm verbũ Græcum, ſpiramentũ cuiuſlibet rei ſignificans, vnico r ſcribitur. extorris, exul

O ante s: vt oſſis, & cæteri caſus. poſſum, poſſumus, poſſem, poſſim, poſſe. Coſſus, viri proprium. foſſa, foſſus, defoſſus, & à fodio oĩa. Oſſa Theſſaliẹmõs. poſſeſſio.

O ante t: vt Cotta, viri propriũ, quottidie aduerbium,

¶V ante b: vt ſubbibo, & quæ ex ſub, & verbo a b incipiẽte fiunt.

V ante c: vt ſuccus, ſuccũbo, & oĩa ex ſub, & verbo a c incipiente cõpoſita: vt ſuccedo, ſuccido, & id genus alia. Bucca, ſed in vſu frequentiori eſt vt buccas dica-

mus,& eo īminuto buccula,tam pro caſſidis parte, quam pro paruo ore,quo Apuleius in metamorpho ſi vtitur diminutiuo:nam pro boue bucula,vnicuz ha bet c,& à Græco bus diminutiunm bucula fit,nam à Latino bocula diceretur.

V ante f,vt ſuffero,ſufficio,& cætera quæ componuntur ex ſub,& verbo ab f inchoante.

V añ g:vt ſuggero,& reliqua ex ſub,& dictione à g initium habente compoſita.

V ante l:vt vllus,& cætera diminutiua facta à nominibus in vltimo n habentibus,vt etiam abnegatiuum nullus —t l habentibus in primitiuo geminū, vt homullus,homullulus:vel vnū in geminum mutantia, vt pullus puſillus (polus, quia ab eo quod Græci polos dicunt naſcitur,vnicum habet l)ſic ab hoc deriuata,vt pullaſtra,pulus cura pullorū,pulis vermiculus,quòd intra gallinarū pennas r[illegible]ſcatur,& latitet,qa à pulis: nam pullus adiectiuum.i. niger,l geminat. trulla,trulleum,vaſa culinaria.meditullium locus medius. Tullium enim verbi ſupplementum eſt.Medulla, Tullus,Tullius,Tibullus,Catullus, fullo,fullonica ars.bulam autem vnico l ſcribi manifeſtum ex Græca ſcriptura,ſicut & culeus à κουλεὸς vt culeos.i,vagina ,ab Homero dicitur.adulor vnico l.quia à δούλος.i. ſeru⁹,videtur fieri.cucull⁹ nauticū tegmen.mullus piſcis,& aial quadrupes. Lucullus viri proprium. ampulla,& ampullor verbum.

V añ m.vt ſummitto,& cetera quę ex ſub,& verbo ab m incipiēte coponuntur.ſumm⁹,Summanus,tam apud Plautū paraſitus,q̄ Pluto.à ſub enī & manibus dijs inferis hoc deriuatur:illud verò à ſub,& manu,dedu ctum voluit Plautus.

V ante p:vt ſupprimo.& quæ à ſub,& verbo à p incipiente fiunt.ſtuppa, ab eo quod Greci ſtyppion dicunt.

V ante n:vt cunnus.

V ante r:vt ſurripio,& quæ ex ſub,& verbo ab r incipiē te componuntur omnia,licet b non immutari quidā

putauerint. maturrimus ſecundum analogiam à maturus,& maturiſſimus etiam dicit.curro,currus.Curulis aut ideo primam mihi videtur corripere,q̄ à Curibus populis deducatur,qcq̄d ſcribat Feſtus Pompeius.Suburra,Turrentium oppidū.turris,vnde turritus.

V ante s:buſſus.licet buxus per x rectius dicatur .cuſſus, vnde incuſſus ab incutio, percuſſus,ſicut alia à quatio deducta.vſſi ab vro,preteritum.iuſſi. iuſſum.tuſſis.tuſus autem à tundo ſ ſimplex habet.tondeo em, vt cuiuis eſt clarum,tonſum facit.

V ante t:vt gutta.guttus vas,gutto verbum.

¶Y añ l:vt aſyllum:locus,vbi tut⁹ reddebatur qui illuc ꝓfugiſſet.vnde dict⁹ ab à priuatiua pticula,& ſyllo rapio.nam aſillus pro tabano,qui œſtr⁹ Græcè dicitur, geminat quidem l,ſed Latinum eſt verbum, ideo Latinum i etiam habet.Scylla ſcopulus,& mulieris proprium.Scyllax,canis Sylla,viri propriū.Phyllira, mulieris ꝓprium.vñ Chirō phyllirides.Phyllis mulieris propriū.Traſyll⁹,propriū viri Amaryllis nympha. ſerpyllū.

Y añ r,vt tbyrrenus,pyrrhus:myrrha, myrrhina .

Y añ s, vt vlyſſes,abyſſus,nyſſa , hyſſopus herba,libyſſa & libyſſinus.

Y ante t:vt Cyttea vrbs.

¶Hæc fuerunt,quæ mihi de ſcribendi peritia memoriæ pręcepta ſuccurrerunt,que ſi minus comptè deſcripta ſunt,imbecilli⁹ elaborata,& caſtigata īfirmius,quàm tuum acre Antoni Simoneta exigebat ingenium , multis mihi curis inuoluto ignoſce,& eò magis,quò & tu conciſum hoc genus orationis me aggredi voluiſti. At aderit forſan quum hæc reſarciam,& acutius inuenta,digeſta accuratius, ac quantùm infirmæ vires patientur noſtræ elegantius compoſita,ac fortunæ tuæ,tuoq́ ingenio congruentiora exponemus.

Tractatus Georgij Vallæ finis.

Acutiſſimi Grammatici Auguſtini Dathi Senenſis de nouem verbis contra vulgatam multorum opinionem dictis libellus feliciter incipit, ad diſcipulos chariores.

NOn debet omnino arrogans videri, optimi adoleſcentes, & chariſſimi fratres, contra veterum ſententiã, ea improbare nonnunquam, quæ autoritate quadam potius quàm certa vlla ratione à veteribus ipſis tradita ſunt. Nec vllo aut Senatuſconſulto, aut plebiſcito cogimur, vt cũ illis ſemper ſentire debeamus. Sæpe philoſophorum, ſæpe etiam oratorum falſæ ſententiæ, & opiniones reijciuntur. Cur igitur grammaticorum non poſſint, quorum (vt nemo dubitat) incerta ſunt omnia? Neq; enim vllam prorſus rerum ſuarum ſtabilem legem ſeruant. Opinioſiſſimi hoĩes ſunt, & nihil vnq̃ꝑ certi præcipiunt. Bene Flaccus ait, Grãmatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Neq; eſt vel apud Græcos quiſꝑ, vel apud noſtros, quẽ ſatis firmiter ꝓbare auſim. Video diſcrepantes inter ſe Apolloniũ, Herodotũ: diſſidentes Caprũ, Focam, Chariſiũ: diſſidentes Probum, Donatum, Seruium, taceo Priſcianũ, qui incõſtantia religionis, doctrinæ ſuæ leuitatem perſpicuè patefecit. Philoſophiam ſæpe cum gramatica arte & literarum eruditione temperauit. Philoſophus egregiè magnus acutè, ac ſubtiliter de vocalibus & ſemiuocalibus literis philoſophatus eſt. Quæ ſcripſit, ita omnia patefecit ingenio, atq; elaborauit induſtria, vt quod dixit in Gorgia Socrates, colligata ferreis, & adamantinis rationibus videantur. Quid multa? Ex mutis, & conſonantibus literis clariſſimæ fidei repudiauit religionẽ. Ex declinatione autem nominum, & coniugagatione verborum neceſſariò intulit, Diſcedẽdum ſibi à Chriſto, & Iuliano apoſtatæ adhęrendum. Quis nõ laudet eam boni negociatoris commutationem? Principem

mundi deſeruit, vt Iulianum conſulem, ac patritiũ cole‑ret. Quàm verò præceperit puerliter, qui ignorant, legãt Laurentij Romani hominis diligentiſſimi librum, quem de Latinæ linguæ elegantia eruditè perſcripſit, vbi in ſingulis penè locis ſinguli huius egregij præceptoris manifeſti compiuntur errores. Et quæ in bundus nomina exeunt, ſimilitudinem quandam dicit ſignificare Priſcianus, quum longè aliter probatiſſimorum veterum autoritas, ſemper ea terminatione vſa conſpiciatur. Sed non potuit reperire omnia in tripode Apollinis. Vbertatem quandã & abundantiam ſignificant ea nomina, vt [illegible]gogicis noſtris ſatis copioſè diximus. Quatuor re[illegible] conſtare perhibẽt grammaticę vim: ratione, autoritate, vetuſtate, conſuetudine. Sed hæc omnia nihil omnino habent firmitatis. Ratio ſæpe claudicat, variaẽ autoritas, vetuſtas aboleſcit, teritur conſuetudo. Magna inter grammaticos colluctatio eſt, vtrũ ſ litera ĩter ſemiuocales, quæ ἡμίφωνα dicunẽ, an ĩter mutas, quas ἄφωνα Græci vocãt, annumeranda ſit. Et h pro qua Græci δασεῖα vtuntur, literá ne an nota aſpirationis ſit, nondum ſatis conſtat. Senem Priſcianum ſi longius produxiſſet ætatem, ingentia de ea re volumina arbitror ſcripturum fuiſſe. Veſperi aduerbium eſt, id grammaticorum turba vno ore conſentiunt: ſed diutius inueſtigantes, vtrum à veſpero, an à veſpere inflexum ſit, quò ſe vertant miſeri neſciunt. Parcus vnde originem traxerit, magna dubitatio eſt, ſiue quaſi pecuniarcus dictus ſit, ſiue à parum dictum nomen, ſcire quis poſſit? Poſthumus quid ſignificet, igorat vulgus grãmaticorum, ſed necdum compertum Apollinari, & Cæſellio quæ ſit poſthuma proles, apud Vergiliũ in. ix. Aeneidos. Quid? An ne eũ ſignificat, qui patre mortuo natus, an qui poſtremo loco potius? Latuit forſitan & iuriſconſultos, quum de liberis & poſthumis præſcripſerint. Sed quid eſt, quod grammatici certi tradiderint? Littus apud Vergilium alij exponunt, quem conſuetudo vſurpat adiacentem mari locum: & ſicut iuriſconſulti rectè interpretantur, quouſqꝫ maximus hybernus fluctus à ma

ducta ſint,ſed plerique eorum,Manes, Lucus, Bellum, Officium,Parca, Ludus,Otium, Cælum,Eumenides, & alia nonnulla nomina per contrarietatem dici exiſtimarunt,& in eis vocabulis deriuandis repentè, ac forſitan inconſultò ad antiphraſim confugerunt. Quorum ego (vt aperiam meam ſententiam) nullum per contrarium dici arbitror,ſi diligentius & ipſa nomina, & quæ per ea ſignificantur,reſpicere voluerimus. Ac ſingillatim vnunquodque quod propoſitum eſt,diſſerendum videtur,

Nouem vocabula falsò per antiphraſim dicta.
Manes, Lucus.Bellum,Officium, Parca, Ludus, Otium,Cœlum,& Eumenides.

Manes (vt grammatici credunt) dicuntur propterea quòd boni nequaquam ſint per antiphraſim. Si manes dij inferorum ſunt.patior æquo animo per contrariũ appellari. Si manes aduerſum quid ſignificent,non moleſtè feram ita deduci,quale eſt illud,Suos quiſque patimur manes.Sin verò manes pro anima, atque vmbra ſumantur,cur manes dicti,quia non boni? Manum ſignificare bonum,nec nos latet qui,& Macrobij Saturnalia, & Marcelli de ſignificatione verborum librum legimus: vnde & forſitan mane tractum eſt,ab auſpicio boni ominis,vt reliquis diei partibus bene, ac proſperè ſuccedant omnia. Manes verò cur aliunde deducunt,quum abſque vlla contrarietate,vel ἀπὸ τῆς manias, Græca dictione,quæ furorem,aut inſaniam ſignificat,uel(ſi quibus Græcæ literæ diſplicẽã:)à mano verbo ꝓficiſci queat?Manare nõ tã aquarũ fluẽtiũ,quàm ſolis propriũ eſt in emittendis radijs, vñ potiꝰ mane originẽ ſumpſit,ꝙ in ea diei hora ſol manare incipiat,atq; Manes

emittere radios,& demum ſpargere lumine terras. Sol verò cùm decurſo inferiori hęmiſphęrio nobis oritur, videtur ab inferis,& profundis manibus prodire, vt iam noſtrum hemiſphærium cōpleat. Vnde & quū de polis arctico & antarctico noſter Maro loqueretur, in hunc modū cecinit in Georgicis, Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesq; profundi. A manibus igitur ſol oriens, manare videtur, atq; inde ad nos reſurgere. Nec id dixerim, quòd ab his ſol exeat, qui zodiacum circulum ambiens eadē ſigna per annos ſingulos certa lege metitur, ſed quòd ita videri ſoleat ſpectanti multitudini, qua ratione, & alia quoq; nomina nonnullis rebus ita indita ſunt. Nonne & Aegęum mare idcirco quidā appellatū ferunt, quòd crebrę in eo inſulæ procul aſpiciētibus ſpecie caprarū videantur: nec tamen illæ caprę ſunt, ſicut nec à manibus ſol oritur, qui inde ab imperitis,& indoctis manàre creditur. Siue igitur à mania Græca dictione, ſiue à mano Latino verbo manes dicti ſunt, certè per contrariū non

Lucus dicuntur. Quid lucus? Nunquidnam per antiphraſim dicetur? Clamat vulgus grammaticorum fieri lucum à lucendo per contrarium, quòd non luceat. Verùm ſi diligentius aduerterint, intelligent profectò longè ſe à vera deriuatione aberrare. A lucendo dicitur fateor, ſed per contrarium nequaquam dicitur. At credendum Quintiliano eſt, Lucus dicitur, quia vmbra opacus parum luceat. Et beatus Hieronymus ad Fauſtinum, An tibi bellus videaris, quia Fauſto vocaris nomine? Quaſi nō & lucus ideo dicatur, quod minime luceat? Ignoſcat nobis Quintilianus, det pater Hieronymus veniam, qui magna approbante grauium teſtium corona, non ambigue appellatus eſt, quòd in nemorum opacitate, in arborum frondentium vmbra, ſacrificiorum ignes ſplendeſcant, luceant holocauſtomatum flammæ. Itaq; lucos dicatos vbiq; dijs legimus: nuſquam luci commemorātur, niſi dei cuiuſquā, aut alicuius ſacrificij habita mentione. Illud Seruius diligenter aduertit, nunquàm ſine religione

religione,lucum eſſe à Vergilio poſitum. Hoc qui dubitant,percurrant ſingulatim Maronis libros. Iam ſubeũt Triuiæ lucos. Lucina,& Diana rectè ſe habent. Latet arbore opaca Aureus & folijs,& lento vimine ramus, Iunoni infernæ dictus ſacer,hũc tegit omnis Luc⁹, & obſcuris claudunt conuallibus vmbræ. Lucus non ſine inferna Iunone ponitur. Aeneas ad Sibyllam: Nec te nequicquam lucis Echate pręfecit Auernis. Lucos Proſerpina comitatur. Quale iterum illud, Sed me quum lucis Echate præfecit Auernis, Ipſa deũ pœnas docuit, perq́; omnia duxit. Sed & ibi luci non ſine numine referũtur, Proxima Circeę radũtur littora terræ, Diues inacceſſos, vbi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Et in alio loco de Turno: Luco tum forte parentis Pilunni Turnus ſacrata valle ſedebat. Fruſtra tam multa ex eodem poëta teſtimonia referuntur. Quid apud cæteros probatiſſimos autores? Silius Italicus ſæpe lucos memorat, ſed nunquam tamen à religione ſeiungit. Et in tertio libro de bello Punico, Lucos, nemoroſaq́; regna Cornigeri Iouis, & fulgentia templa columnis. Et in verbis Ariſtarij ſacerdotis, Has vmbras nemorum, & cõuexa cacumina cœlo, Calcatosq́; Ioui lucos ꝑce Boſtar adora. Et rurſum in alio loco: Inter anhelanteis Garamantas corniger Ammon Fatidico pendit venictia ſecula luco. Idipſum apud eundem poëtam in pleriſq; locis. Statius & ipſe poëta illuſtris non præter hanc ſignificationem lucum poſuit. Tunc viridis latè lucus iuga celſa Mineruæ Propter opacat humum. Sicut & Lucanus ſacratum nemus ſcribens ait: Lucus erat nunquam violatus ab ęuo. Iuuenalis autem lucum Martis dixit, & deum cum luco eruditè copulauit: Nota magis nulli domus eſt ſua, quàm mihi lucus Martis. De quo & pulchrè Pompeius Trogus in .xliij. hiſtoriarum libro & ipſe quoque lucum Martis appellans. Propertius quoque pari ratione lucum poſuit cum religione coniunctum: At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis. Itaque & in ſacris libris quum de ſacrificijs agitur, pręcipitur iuxta altare lucum,

& arbores non plantari. Id quod Hieronymus noſter ſcribens in . xij. prophetas nonnunquam refert. Et in Exodo Moyſi præcipitur, Aras gentilium deſtrue, & cõfringe ſtatuas, lucosq́ ſuccide. Et in. iij. Regum lib. quũ de Aſa rege verba haberentur, Inſuper & Macham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecrauerat. Sed infinita penè huiuſmodi exempla reperiuntur. Cicero deniq; in tertio de Natura deorum, vbi de Æſculapijs ſermo eſt, ac de tertio Æſculapio inquit: Cuius in Arcadia non longè à Luſio flumine, ſepulchrum, & lucus oſtenditur. Nec igitur per antiphraſim luci dicuntur, ſed quòd in nemorũ vmbra luceant ſacrificiorum flammæ, vbi accenſi ſemper flagrant altaribus ignes.

Bellum Bellum (vt pleriq; autumant) per antiphraſim dicitur, quòd bellum. i. bonum nullo modo ſit. Nos autem omittamus quòd multa ſæpe bella neque mala, neque turpia ſunt, vt illa quibus vel iniuſtè ſublata repetuntur, vel propulſatur iniuria, & pax tutior, ac firmior comparatur. Bellum non ambiguè à belluis dictum eſt. Belluarum enim maxime propriè bella ſunt, eademq́ ob ferinos flagitioſorum hominum mores ad homines ſunt tranſlata. Nam genus hominum ſuo ingenio, tum iuſtitiæ præſidio, tum linguæ, ac verborum diſceptatione contentum eſt. Hanc verò nominis huius deductionem negare nemo poterit, qui veterum ſcripta diligẽtius aduertit, Ciceronis in primis, qui in primo de Officijs libro, noſtram ſententiam ſua autoritate confirmat. Nam quum ſint, inquit, duo genera decertandi, vnum per diſceptationem, alterum per vim, cumq́ illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti non licet ſuperiore. Quibus verbis oſtenditur bellum potiſſimùm ad belluas pertinere, quæ ſuſcipere homines non niſi inuitos decet.

Officium Officium, qui vim verborum ignorant, dictum putant per contrarium ab officio, quòd nemini noceat. O præclara deductio, ô egregia doctrina.

Officium dicitur quòd nemini noceat. Vnde hæc tam craſſa ruſticitas? Quid eſt, obſecro, officium? Quid ſibi vult liber Ciceronis de officijs? Illic nanq; traditur virtutis laudem in actione conſiſtere. Quemadmodum verò vitium, & peccatum inter ſe differunt, quòd alterum habitus eſt mali inſtituti animi, alterum actus malorum, atque exercitatio. Ita virtus bene compoſitæ mentis habitus. Officium virtutis operatio, & exercitatio quędam honeſtatis. Quemadmodum officia ducerentur ab honeſtate, & ab omni genere virtutis ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore.

Ita Cicero inquit .ij. de Offic. Tria in virtute conſyderantur. Frequentia quædam, ac multitudo actuum, quibus animi habitus comparatur, partus habitus, & acquiſiti habitus exercitatio.

Officium profectò nihil aliud eſt, quàm virtutis, quæ habitus animi eſt, quædam exercitatio. Itaque & perfectum officium vocabant Stoici Katorthoma, quod rem geſtam feliciter ſignificare videtur. Geritur officiũ, quia ipſum actio quædam eſt. Officium igitur effectionem quandam ſignificat virtutis, & ab efficio ob eam cauſam originem traxit. Adeſt huius deductionis, atq; ſententiæ, nec minus doctrina, & eruditione, quàm ſanctitate præcellens, beatus Ambroſius inclytus doctor ſacri eloquij, qui & ipſe de officijs libros elegantiſſimos edidit. In quibus cætera præclara omnia, hoc pereruditè: Officium, inquit, litera immutata quaſi efficium dicitur, propter decorem ſermonis.

Huic igitur aſſentiri debemus, non vulgo imperitorum grammaticorum. Sed iam ſatis de officio, nunc ad reliqua pergamus.

Parca enim quinto loco propoſita eſt, Parcæ per contrarium dicuntur, quòd nemini parcant, ſicut illi dicere conſueuerunt, qui ſe grammaticam artem docere profitentur. Sed quæ tandem docent antequàm diſcant? Parcæ tria fatæ ſunt ſecundum poëtarum fabulas, quarum ſub iure tenentur omnia, quæ Parca

ſeriem fatorum pollice ducunt, longaq́ ferratis euoluunt ſecula penſis. Quam ob rem (vt veteres opinabãtur) humanæ vitæ Parcæ præſtant. Quæ quoniam parciſſime impertiantur, ita à parco, vel paruo dictæ ſunt: quæres maxime humanæ vitæ anguſtias patefacit. Sed hoc magis explicuimus in his commentarijs, quos in Vergilium pridem exorſi ſumus. M. autem Varro, qui cum ſentio libenter, à partu dicit Parcas nuncupari, quòd partui præſint, & immutatio literæ facta eſt. Quam ſententiã & A. Gel. firmiter roborat lib. iiij. Noct. Attic. Quo in loco verba facit de tempore humani partus. At vulgus grãmaticorũ neq; Varronis legit de originæ Latinæ linguæ libros, qui maxime ad gramaticos ſpectant, neq; quid Gellius ſentiat, cæteriq́ veterum probatiſſimi magni æſtimat. Sed ſiue à parco, ſeu à partu Parca dicitur, per antiphraſim vtiq; non dicitur.

Ludus iam prodeat in medium, quod nomen, & per contrarium ita appellari tradiderunt artis grammaticæ profeſſores, quorum explodent ſententiam, qui accuratius vim, atq; originem vocabulorum perſpexerint. Ludus, inquiunt grammatici, eo dicitur, quod longiſſime ſit à luſu. Ego dici arbitror, quòd ad eos ludus pertineat, qui ꝓximiſſime luſus ſunt. Ad pueros namq; ludus ꝓcul dubio ſpectat. Et probè Flaccus, Et puer es, nec te quicq́ niſi ludere oportet. Quam obrem duplex inſtitutio, & doctrina ab eruditis viris tradi ſolet. Altera enim puerilis eſt, & tenerioris ætatis. Altera grauior, ad grauiores viros pertinens. Hanc partitionem Pythagoras obſeruare ſolitus eſt, vt apud A. Gellium cernere licet. Leuiorem inſtitutionem ſignificauit Iuuenalis, Et nos ergo manus ferulæ ſubduximus. quod ad grammaticorum ſcholam pertinet. Et nos conſilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum Dormiret. quod ad declamationes, & rhetorum ſcholas refertur. Nam agebtur quidem vtrum fecerit ſapienter Lucius Sylla cũ dictaturã ſponte depoſuit, an potius neſciuerũt literas, id q́ obiectare C. Cæſar ſolitus erat: & grãmaticæ artis, & rhetoricæ ſtudiũ ad leuiorẽ inſtitu

Ludus

tionem pertinet. Contrà philoſophiæ, & oratoriæ artis exercitatio: iuris deniq;, & legum peritia conſtantiorem ætatem docet. Et Marcus Tullius ſecundo de Oratore ad Q. Fratrem, Magna, inquit, nobis pueris Q. Frater opinio fuit, L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ, ꝙ quantùm prima illa inſtitutione potuiſſet. Itaq; puerilis inſtitutionis, ludus propriè nuncupatur, in quo prima ætas in res leuiores inſtituitur. Quocirca & magiſter ludi non alius, ꝙ qui grāmaticam artem præcipit, conſueuit à veteribus appellari: ut quum dicitur Dionyſius iunior tyrannide depulſus, ludum Corinthi aperuiſſe, ne inopia, atq; egeſtate premeretur, puerorum eruditionem ludus complectitur, & leuitatem quandam inferioris diſciplinæ. Quare & ludere eſt aut leuiter ſcribere, aut leuiter diſſerere. Hinc Vergil. Ille meas errare boues (vt cernis) & ipſum Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Alio verò in loco, Ludens hæc ego teſte te Priape Horto carmina digna non libello, Scripſi non nimiùm laborioſè. Quid Marcus Tullius in Paradoxis? Ego verò illa ipſa quæ uix in gymnaſijs, & otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. Non ſunt Fabi. Quintiliani ſententiæ, Delphici Appollinis oracula, ut eis tanta ſit ad hibēda fides. Non hoc uidit Quintilia. Neq; enim dixiſſet ludum appellari, quòd longiſſime à luſu ſit. P. Terentium non ſatis aduertit verborum omnium diligentiſſimum, apud quem Laches in Hecyra de mulieribus, In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam, & ei ludo (ſi vllus eſt) magiſtram hanc eſſe certè ſcio. Illud quoq; manifeſtius in Phormione, vbi Geta ſeruus ita inquit. Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere, ſectari in ludum, ducere, & reducere. De virgine enim ſermo erat. Atque pòſt: In quo diſcebat ludo, exaduerſum erat ei tonſtrina quædam. Quod ſiquando ad res grauiores ludus vſpiam vertitur (crede mihi) proprietas, & vis ipſa verbi transfertur. Quare Cicero de claris oratoribus ita de Iſocrate, qui erat rhetor inquit, Cuius domus cunctæ Greciæ quaſi ludus quidam patuit, atq; officina di

cendi.Quid eſt quaſi ludus? Certè ſciebat Cicero ludum non ad grauiores diſciplinas, ſed ad grammaticam, & & puerilem inſtitutionem pertinere, qui vtique luſus eſt præ maioribus,atque altioribus ſcientiæ, & philoſophiæ ſtudijs.

Neque eſt igitur ludus longiſſime à luſu, nec ſemper vera literatores profantur.

Ocyum Iam verò ocyum aggrediamur,in quo nomine potiſſimùm nemo arbitratur antiphraſim poſſe euitari. Itaque plerique omnes dictum putant per contrarium, quod non ocyus ſit, & velox,ſed ſegne potius, tardum ꝙ.Ocyum quo pacto,inquiunt,velox eſt?Id eſt enim ocyus apud Græcos, quod quidem abſolutum nequaquam inuenitur in Latinæ linguæ vſu.Ex quo ocymum profectum eſt,holeris genus,a celeritate quadam,ac velocitate naſcendi,hanc baſilicam vulgò, & regiam herbam vocant.Paululùm hîc nobis philoſophandum eſt. Duplex nanque fertur vitæ genus,quod ad hunc locũ pertinet:Contemplatiuum vnum,Actiuum alterum,de quibus multa apud philoſophos ſæpe tradita ſunt.Et negocyum quidem ad actiuum ſpectat vitæ genus. Ocyũ ad contemplatiuum. De his Cicero primo de oratore, Perbeati mihi illi videntur eſſe,qui in optima republica cum vitæ curſum tenere potuerunt,vt vel in negocyo ſine periculo,vel in ocyo cum dignitate eſſe poſſent.Et Lactantius in primo ſacrarum innitutionũ de viris,Vt ſuũ ocyum ad noſtrum negocyum contuliſſe videantur.Macrobius autem ſaper ſexto Ciceronis de republica libro, duplicem aſſerit virtutem,negocyoſam ſcilicet,& ocyoſam:& illam attribuit ciuitatum rectoribus,& gubernatoribus rerum publicarum:hanc philoſophis, & qui rerum ſcientiam ſpeculantur. Quemadmodum igitur qui in negocyis verſantur, ſeipſos exercent,ita multò magis qui ſe ad ocya conferunt.Magna negocyoſæ vitæ exercitatio eſt. longè ocyoſę maior, in qua celeriter mens, aſſiduèꝙ verſatur.Neque mens vnquam quieſcit, vt ipſe quoque Cicero ait. Sed & Thales Mileſius vnus

de ſeptem ſapientibus,mentem dicebat velociſſimam eſſe eorum,quæ ſunt. Nam per vniuerſa diſcurrit, ac tum mens maxime exercetur,atque verſatur,quum maxime à corpore,ac ſenſibus ſeinngitur, in illa meditatione mortis,quam philoſophi tradunt,atque etiã nunc potiſſimum,quum longius à negocyis abeſt,quæ mentis exercitationem, ac celeritatem impedire conſueuerunt. Nam qui dicit ocyum deſidiam,inertiam,ſegniciem,negligentiam,pigriciam,torporem,idem ſignificare,grammaticum eum conſtat agrammaton eſſe,hoc eſt literatorem abſque literatura.

Illud pulchrum eſt Attilij(vt ait Plinius)eruditiſſime, ſimul ac facetiſſime dictũ,Satius eſt ocyoſum eſſe, quàm nihil agere. quod quum maxime ocyamur, tum maxime contemplamur, cogitamus, ſcribimus. Itaque quum ſumus neceſſarijs negocyjs,curiſq; vacui,tum auemus aliquid videre, audire,dicere. Cognitionemq; rerũ occultarum, aut admirabilium inter ocyandum aggredimur. Id ergo tempus quum à negocyis feriamur,quũ nos totos contemplationi dedimus,ocyum iure appellatur. Quare & ſæpe vſurpamus,quum mihi ocyum fuerit ad te ſcribam.

Et ſæpe,inqt Marcus Tulliꝰ,qđ daẽ ocyj,libẽtius ĩ philophia conſumere conſueuimus. Illud quoque ſimiliter, Quantum mihi vel fraus inimicorum,vel cauſa amicorum,vel reſpublica tribuet ocyj,ad ſcribendum potiſſimùm conferam.

Et Plinius in epiſtolis, Ex communibus amicis cognoui te & diſponere ocyum, & ferre.

Ac ne quis vllo pacto deſidiam ſuſpicaretur, ſtatim intulit,Multum audire,multum diſputare, quumq; plurimùm ſcias,quotidie tamen addiſcere aliquid. Et in calce eiuſdem epiſtolæ precans loquitur, Quãdo ſeceſſus mei non deſidiæ nomen, ſed potius tranquillitatis accipient. quòd ocyum non deſidiæ ſit,ſed potius tranquillitatis,quum ceſſamus à laboribus,& negocyjs, & impenſè,ſtudioſeq; ſtudijs rerum, & contemplationi in-

dulgemus, vbi mens profectò celeriter, velociterq́ verſatur. Sed quo pacto hæc intelligant nebulones? Maiora ſunt, quàm quæ ab imperitis grammaticis cognoſci queant. Qui autem ocyo abutuntur, hi aliquid addere conſueuerunt, vt Terentianus Menedemus ad filium, Nulla alia ex re iſtud fit, niſi ex nimio ocyo. Nimiũ ocyũ appellauit quod vituperaret: & languidum, & inutile ocyum vocare ſolemus, quod vitio datur, quod Valeri⁹ Maximus induſtriæ, ac ſtudio maxime cõtrarium videri dicit. Quamobrem idem ipſe Valerius libro ſeptimo geſtorum mirabilium duplex ocyum conſtituit: Alterũ quod etiam inertibus vitandum, alterum quod ſtrenuis quoq; interdum appetendum eſt. Neque enim qui rectè ocyo vtuntur, ita feriantur, ita ceſſant, vt lãguore, ac deſidia torpeant, cuius vim nominis (vt arbitror) nemo vnquam aduertit, niſi fortè diuinarum literarum præceptores, qui cùm ſcirent id eſſe ocyum, quod modò diximus, deſidiam cùm vocarent, vocabulum eruditè diſtorquentes, maluerunt ocyoſitatem appellare, quàm ocyũ. Et eruditè Bernardus nouo vſus nomine, Ocyoſitas, inquit, mater eſt vitiorum, nouerca virtutum. Et cœnobitarum pater Benedictus in ipſa monachorum inſtitutione, Ocyoſitas inimica eſt animæ. Quia igitur inter cõtemplandum, atq; in ipſo ocyo celerius mens, animusq́ verſantur, ab ea celeritate, exercitationeq́ ſtudioſiore animi ductum, tractumq́ ocyum eſt. Vt Cicero etiam oſtendit de legibus, Natura ipſum hominem celeritate mentis ornauit. Sed ſatis de ocyo dictum arbitror. Plura autẽ quàm de reliquis idcirco diximus, quia pulcherrimarum, occultarumq́ rerum veritas tam facilè perſuaderi non poteſt, vulgo præſertim reclamante, ac refragãte grammaticorum. Nunc verò de cœlo pauca dicere incipiamus. Cœlum (vt pleriq; aiunt Grammatici) cõtrario nomine, quaſi celatum dicatur, quòd apertum eſt. Phocionem Athenienſem libẽter imitamur, qui gloriari ſolebat in eo, quod plurimùm à vulgi ſententia, vel potius dementia diſſideret. Rectius Actium ſenſiſſe credi-

Cœlum

mus,qui dictum ſcribit propterea quòd cęlatum eſt,q.d. & in libro de origine linguæ Latinæ Varro refert. Sed multiplex de huius vocabuli origine ſententia eſt; ſed nullo modo per contrarium dicitur, cùm in nulla eius ſignificatione à contrarietate ducatur. Cœlum vel à colendo dicitur:vel,vt alij exiſtimant viri eruditiſſimi)à cęlo nomen traxit, genere quopiam ferramẽti, quod aliâs Cęlũ,aliâs Scalpellũ vocãt.Quod qua ratiõe,qui argentarij nuncupantur,vaſa cælant,& deſignando incidũt, atq; inſculpunt,ita & rerum omnium deus domicilium ſuum inſigniuit,ac ſyderum lumina impreſſit.Quod Lactantius Firmianus etiam comprobat dicens, Pater noſter,ac dominus, qui condidit,firmauitq; cælum,qui ſolem cum cæteris ſyderibus induxit.& vtrunq; per æ diphthongon ſcribitur,vt hanc deductionem arguere, ac demonſtrare videatur.Quidam à Gręco ſermone dictũ arbitrãtur.Nam κοῖλον.i.coelon,concauum,& conuexũ ſignificat,eaq; eſſe cernitur ipſius cœli forma,ac figura.Sed ſi ita foret,magis per œ ſcriberetur,propter Græcam diphthongon oi,quòd nunquam tamen apud doctos veteres,atq; in emẽdatiſſimis codicibus repertum eſt.Quidam cœlum à chaon dici volunt, in qua ſententia fuit & M. Terentius. Itaque ſecundum Pacuuium, Hoc circum,ſupraq;,quod complexu continet terram, cauum cœlum dicitur. Franſciſcus Philelphus vir noſtræ ætatis eloquentiſſimus, & eorum qui humanitatem aſſecuti ſunt noſtra memoria facilè princeps, à celando celum appellari cenſet,non quòd ſuperna illa atq; inuiſibilia celet nos,atq; abſcondat,ſed quòd celata,& abdita omnia, in cœlo pateant, reuelentur & conſpicuè videantur.Cuius ſententiæ optimam affert rationẽ, quod & Græci cęlum ouranon vocant,ab eo quod to oran intueri, & videre apud Gręcos ſignificat. Si quis obijciat cælum diphthongum admitttere,ſed minime celo verbum,vnde deriuari dicimus,id nos reſpondiſſe ſatis eſt ita, quæ apud Gręcos e longa eſt,apud nos perſæpe in æ conuerti, vt ſcæna, cæra, alia itẽ complura.

Idem etiam fieri nonnunquam in noſtris dictionibus deprehendimus, præſertim eadem perſeuerante ſyllabæ quantitate. Sed oſtendiſſe me arbitror non dici cœlum contrario nomine, quod vulgus Grammaticorum, & bacchantium nebulonum turba frequenter aſſeuerat.

Eumenides. Eumenides, quæ furias infernas ſignificant (vti noſtis) ne ipſe quidem per contrarium dicuntur, quanquam vix audeo Hieronymi repugnare ſententiæ.

Sed opinor adeò res altiſſimas, & cœleſtes contemplabatur, vt leues haſce ineptias floccipenderet.

Eu benè ſignificat apud Græcos, manum bonum, quorum neutrum miniſtris pœnarum, ac ſuppliciorum conuenire videatur. Nos dicimus Eumenides, benefurentes appellari, ab eu, quod eſt bene, & mania, quod furorem, dementiam úe ſignificat. Ex quo & noſtri à furore furias nuncuparunt, neque per contrarium vllo pacto dictæ ſunt.

Itaque aptè, atque eruditè de his Statius in Thebaide, Circumq́ miniſtras Funeſtorum operum Eumenides, Stygiæq́ ſeueros Iunonis thalamos, & torua cubilia cerno.

Atque has poëtæ ſæpe etiam furias vocitarunt. Idem Statius libro ſecundo vbi de Laio, Et primas furiarum pertulit iras. Et Claudianus de raptu Proſerpinæ: Coniurant Furiæ, crinitaq́ ſontibus hydris Tiſiphone. Et Iuuenalis ad eum, qui quum ſanus eſſet, iam inſaniens videretur, ita inquit, Dic qua Tiſiphone, quibus exaggitare colubris?

Paulò antè dixerat, Certè ſanus eras. Nec aliud ſibi vult Eumenidum nomen, furorem, inſaniamq́ ſignificans. Bene furentes autem dicuntur, quòd plurimùm furere, & dementire videantur.

Nam ſicut male aduerbium minuit, ita bene exauget. Nec per contrarium Eumenides dictæ ſunt. Multa prætereà ſunt, quæ à Grammaticis tradita, nequaquàm ſatis probari poſſunt. Hæc ſi velim vel re

fellere, vel enumerare, non libello, ſed lato potius volumine opus ſit. Huius ea potiſſimùm cauſſa eſt, quòd quum grammaticorum, poëtarum pertractio hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi ſonus proprius ſit, tamen omnia ſibi cupiunt vendicare, omnia tentant, nihil certè conficiunt. Philoſophiam, omnes eius partes, Mathematicas diſciplinas, Theologiam qnoque, omne denique ſcientiarum genus ſibi aſſumunt Grammatici, vt ea demetant, quæ certè ipſi non ſeuerunt.

Quare hortor vos, & illud in primis, moneo, vt in vocabulis, ac dictionibus pernoſcendis, non tam grammaticorum ſcripta, quæ ſæpe mèdarum plena ſunt, quàm doctiſſimorum hominum, & veterum, & nouorum monumenta, ſtudioſè legatis.

Quorum quum expenderitis verba, eluceſcet (credite, mihi) repentè inquàm vobis e, uceſcet vera & origo verborum, & nominum ſignificatio: quod quum feceritis, nouem præpoſita verba quamprimùm deſinetis credere, vt per contrarium dicantur, quæ ab omni contrarietate prorſus abhorrent.

Hoc verò opuſculum quodcunque eſt, & legite ipſi, & alijs quoque, quorum vobis eruditio curæ eſt, legendum tradite, vt omnis qui iampridem de nouem verbis increuit, penitus tollatur error.

Finis de nouem vocabulis falsò per antiphraſim dictis.

Amœniſſimi ingenij,& exquiſitiſſimæ doctrinæ viri Auguſtini Dathi Senenſis floſculorum liber feliciter incipit,ad Minoēm Tricircium iuuenem celeberrimum,ac conciuem chariſſimum,

HOminis amicitia in earum rerum numero collocatur,quæ tum honeſtatem,dignitatē q́ꝫ,tum vtilitatem quoq́ꝫ,& fructum continēt:eam Cicero in rhetoricorum libr.ij.his verbis finit:Amicitia eſt voluntas erga aliquem rerum bonarum,illius cauſa quem diligit,cum eiꝰ pari voluntate.Cicero in primo de Finibus bonorum et malorum,Epicurus quidem ita dicit,Omniū rerū (quas ad beatè viuendū ſapientia comparauerit)nihil eſt maius amicitia,nihil vberiꝰ,nihil iucundius.Ac paulòpòſt, Quod quàm magnum ſit,fictæ veterum fabulæ declarant,in quibus tam multis,tamq́ꝫ varijs ab vltima antiquitate repetitis,tria vix amicorum paria reperiuntur,vt ad Oreſtem peruenias profectus a Theſeo.Amicitiam in dialogo Ciceronis ita definit C.Lælius,Nihil eſt amicitia,niſi omnium diuinarum, humanarnmq́ꝫ rerum cum beneuolentia,& charitate ſumma conſenſio. Secundus verò philoſophus amicitiam animorum æqualitatem eſſe dixit,

Amplitudo,quemadmodū et amicitia his in rebus ponitur,quæ & honeſtæ ſimul ſunt,& vtiles.Eſt autem Amplitudo(vt à Cicetone libro ſecundo rhetoricorum terminatur)potentiæ,aut maieſtatis,aut aliquarum copiarum magna abnndantia.

Alæ,& pennæ quū ſolùm auium eſſe credant̃,& volucrū,ad res quoq́ꝫ alias trāſferunt̃.Plato in Phędro, Natura alarum eſt graue in ſublime attollere, quà deorum inhabitat genus.Omnium verò quæ ſunt circa corpus, maxime particeps diuini eſt animus. Diuinum aūt pulchrum,ſapiens,bonum,& quicquid tale dici poteſt. His verò alitur maxime,augeturq́ꝫ alatio ipſa auimi, Turpi

autem, & malo, & huiuſmodi interit, & ſatiſcit. Magn⁹ igitur rex in celo Iupiter citans alatum currũ, primus in- cedit, exornans cuncta, atq; diſponens. Hunc ſequitur exercitus deorumq́; & dæmonum per vndecim p? , :s ordinatus. Sed & Boē. in. iiij. de philoſophiæ conſolatione ait, Sunt enim pennæ volucres mihi, quæ celſa conſcendant poli, Quas ſibi mens induit, terras peroſa deſpicit.

Animus, & anima differunt. Eſt enim animus diuinior. Sed eam vtriuſq; differentiam aperit Macrobius, qui ſuper ſomnium Scipiōis hæc dicit, Animus propriè mēs eſt, quam diuiniorem anima nemo dubitauit. Quum ergo dicit, Hiſq́; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus: mentem præſtat intelligi, quæ nobis propriè cum cœlo, ſyderibusq́; communis eſt. Quum ergo ait, Retinēdus animus in cuſtodia corporis: ipſam tūc animam nominat, quę vincitur cuſtodia corporali, cui mens diuina non ſubditur.

Animus quo maxime à corpore differat, oſtendit ſecūdũ Epicuri ſententiã M. Tulius in primo de Finib⁹ bonorũ & malorũ. Nam corpore, inquit, nihil niſi præſens, & quod adeſt, ſentire poſſumus: animo autem & præterita, & futura.

Amamus magis propriè homines. Adamamus cætera p̄ter hominē. Terētius, Amāt inter ſe. Cicero in primo de Finibus bonorum, & malorum: Etenim ſi loca, ſi fana, ſi vrbes, ſi gymnaſia, ſi campum, ſi canes, ſi equos, ſi ludicra exercendi, aut venandi conſuetudines adamare ſolemus, quantò id hominum cōſuetudine facilius fieri poterit, & iuſtius?

Angeli, aggeli Græcè vocant, Hebraicè moloth. Latinè verò interpretantur nuncij, ab eo quòd domini voluntatem populis nuncient. Eſt autem angelorum nomen officij potius, quàm naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt. Quum verò mittuntur, tum angeli vocantur. Atq; ita ſentit Iſidorus Etymologiarum lib. nono.

Aequi, & iniqui loci natura, & inſtituto cernuntur ſe-

cundum Ciceronis partitionem in Topicorum libris.

Aequitas verò (vt in eodem libro teſtatur) triperta dicitur eſſe. Vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad hominespertinet. Prima pietas, Secunda ſanctitas, Tertia iuſtitia, aut æquitas nominatur.

Aequitas, iuſtitia. M. Tull. in lib. Topicorū, quum pietatem, & ſanctitatem præmiſiſſet, Tertia (iquit) iuſtitia, aut æquitas nominatur.

Aequitas, moderatio, ſiue patientia. Vnde & æquo animo ferre, eſt modeſtè ferre. Cice. in Catone Maiore, Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem.

Aequitas, humanitatas.

Aequitas, æqualitas. Cice. in primo de Officijs, Optandū vt hi, qui præſuntt reipub. legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum nō iracundia, ſed æquitate ducuntur.

Aequitas, bonitas. Ariſto. quīto Ethi. Bonus, & æquus uir, qui nō exactè ius amplectatur in peiorem partem, ſed de ſuis cōmodis detrahi patiatur, & ſi lege tueri poſſit. Ex æquo dicitur, Ex æquo, & bono.

Animaduerſio, conſyderatio, inſpectio. Ci. in primo. de Fini. bo. & malo. Intereſt enim inter argumentuz, concluſionéq; rationis, & inter mediocrē animaduerſionem, atq; ammonitionem.

Animaduerſio, punitio. Cicero item de Torquato, vt dolore ſuo ſanciret militaris impij diſciplinā, exercitumq; in grauiſſimo bello animaduerſionis metu contineret. Idem in primo de Officijs, Omnis autem animaduerſio, & caſtigatio contumelià vacare debet.

Animaduerſio atque admonitio ab argumento, & concluſione longè differunt, vti putabat Epicurus Cicerone teſte in primo de Fini. bono. & malorum libro.

Intereſt inter argumentum, concluſionem q; rationis, & inter mediocrem animaduerſionem, atque admonitionem. Altera occulta quædam, & quaſi inuoluta aperiri. Altera prompta, & aperta iudicari. Itaque exiſtimauit Epicurus & voluptatem expetendam, &

fugiendum dolorem ita ſentiri, vt calere ignem, niuē eſſe albam, dulce mel, quorum nihil oportet exquiſitis rationibus confirmari, tantùm ſatis eſt ammonere.

Animaduertimus potius à nobis, ammonemur ab alijs.

Appetendarum rerum partes ſunt honeſtas, & vtilitas. Vitandarum rerum, turpitudo, & inutilitas. Cicerone teſte li.ij.rhetoricorum.

Appetere, & aſpernari contraria eſſe videnẗ, teſtimonio, atque autoritate Ciceronis in.1.de fi.bonorum & malo.quum dicit ex Epicuri ſententia, Aiunt hanc quaſi naturalem, atque inſitam in animis noſtris ineſſe notiōem, vt alterū eſſe appetendum, i.voluptatem. alterū aſpernandum, ſcilicet dolorem ſentiamus. Et rurſum in tertio, Antequàm voluptas, aut dolor attigerit, ſalutaria appetant pueri, aſpernenturꝗ contraria.

Bona quædam ꝑ Epicuri ſententia præterita ſunt, quædam futura. Hinc Cicero in.1.li.de fi.bo & ma. Vt his bonis erigimur, quæ expectamus, ſic lætamur his quæ recordamur.

Continētia (ſecundum ſententiam M. Ciceronis libr.ij. rhetoricorm) temperantiæ pars eſt, atque ita definitur, Continentia eſt, per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur.

Clemētia, & ipſa quoq; pars tēperantiæ eſt, pe quā animi temere in odium alicuius inuectione cōcitati, comitate retinentur.

Circumſpectio quid nam ſit, oſtendit Berñ. in libro ſup Quid eſt tibi mare quòd fugiſti.

Quid eſt aliud circūſpectio, niſi circūſtantium malorum ſolicita, & ſagax perſcrutatio? Ad hāc pertinet pręteritorum malorum recordatio, præſentiū conſyderatio, futurorū pręmeditatio, vt ſecūdū nomen ſuū veraciter ſit circūſpectio. Huius aſſiduitas hominem cautum efficit, & quantùm poſſibile tutū redit.

Chaos (vt definit Lactantius primo inſtitutionum diuinarum) eſt rudis, inordinatæꝗ materiæ confuſa congeries.

Curia locus eſt habendi ſenatus, ac pro ſenatu interdum poni ab eruditis veteribus conſueuit. Cic.lib.I. de oratore, Age verò ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq́ meditere. Et in Catone Maiore, Non curia vires meas deſiderat, non roſtra, non amici.

Cupiditates etiam ſecundum Epicu ruminſatiabiles ſunt, Cicerone teſtante in I. de Fi.bo.& ma. Quæ nō modò ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt, totam etiam labefactant ſæpe rempublicam. Ex cupiditatibus odia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntnr. Harum tria pro Epicuri ſententia genera ponuntur: Vnum earum, quę ſunt & naturales, & neceſſariæ cupiditates: alterum earum, quæ quidem naturales ſunt, nec tamen neceſſariæ. Tertium earum, quæ nec naturales ſunt, nec neceſſariæ. Neceſſariæ, nec opera multa, nec impenſa explentur. Naturales nec multa deſyderant. Inanium verò cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri poteſt.

Copia, & inopia res dicunt contrarias. Cicero in Catone Maiore, Nec in ſumma inopia non leuis eſſe ſenectus poteſt ſapienti, nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis.

Dicere de arte, eſt artis præcepta tradere.

Dicere autem ex arte, eſt ornatè, & artificioſè, hoc eſt, ſecundum artis prœcepta loqui. Cicero in.I. rhetoricorū de Hermagora, Oratori minimū eſt loqui de arte, quod hic fecit, multò maximum ex arte dicere, quod eum minimùm potuiſſe omnes videmus.

Expetendarum rerum tria ſunt genera, par numerus vitandarum, inquit M.Tullius lib.ij. Rhetoricorum. Nā eſt quiddam, quod ſua vi nos alliciat ad ſeſe, nō emolumento captans aliquo, ſed trahens ſua dignitate, quod genus virtus, ſcientia, veritas eſt. Aliud nō propter vim ſuam, & naturam, ſed propter fructum, atq; vtilitatem petendam, quod pecunia eſt. Eſt porrò quiddam ex horum partibus iunctum, quod & ſua vi, & dignitate nos inductos ducit, & præ ſe quandam gerit vtilitatem, quò

magis

magis expetatur, vt amicitia, bona exiſtimatio. Quæ in primo genere ſunt, appellantur honeſta: quæ in ſecūdo, vtilia. Tertia & ipſa quoq; in meliorem partem vocabuli conferuntur, & nominantur honeſta.

Expetere, & fugere contraria ſunt. Cicero in primo de finibus bonorum & malorum, Temperantia enim eſt, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiēdis, vt rationem ſequamur, monet.

Fortitudo, vna eſt ex quatuor virtutum numero, quemadmodum oſtendit Cicero libro ſecundo rhetoricorum, quo libro & ita definit, Fortitudo eſt conſyderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Cuius partes ſunt, Magnificentia, fidentia, patientia, perſeuerātia. At lib. iij. Rhetorico. ad Herennium definit his verbis, Fortitudo eſt rerum magnarum appetitio, & rerum humilium contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpeſſio.

Fidentia verò, quæ pars fortitudinis eſt, vt oſtendit Cic. ij. Rhetoric. hiſce definitur verbis, Fidentia eſt, per quam magnis, & honeſtis in rebus multùm ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit.

Fortis dicitur (vt Ariſtoteles quarto Ethicorū oſtendit) medius quidem inter audacem, & timidum.

Fortis item omni virtute præditus. Lactantius libro primo diuinarum inſtitutionum, Ille ſolus vir fortis debet iudicari, qui temperans, & moderans eſt, & iuſtus.

Forum, veluti commune genus ad tria cauſarū genera. Subſellia, Roſtra, Curia, tanquā ſpecies videtur ſignificare tria cauſarū genera, in quibus oratoria dictio verſari ſolet. Cicero primo de Oratore, Age verò, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; meditere.

Fortuna conſilio, & ſapientiæ aduerſari rectè dicitur. Cicero in primo de Fini. bono. & malor. ex Epicuri ſententia, Optime verò Epicurus inquit, quòd exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti, maximasq; ab eo, & grauiſſimas res conſilio ipſius, & ratione adminiſtrari.

Fore ſemper futuri temporis ſignificationem habet.

Cicer.in.iij.de Oratore, Quē quidē ego confido omnibus iſtis laudibus, quas in oratione complexus es, excellentē fore. Et Craſſus, Fore dicis, inquit, ego verò eſſe iam iudico. De Hortenſio nanque Catulus fuerat prælocutus.

Gratia à naturali iure eſt (vti oſtendit M. Tul. lib. ij. Rhetoricorum) atque ita definitur, Gratia eſt in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur.

Gloria in earū rerū numero collocatur (vt ait Cic. lib. ij. Rhetor.) quæ nos & dignitate, & fructu ſuo ducūt: atque gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude.

Greges non modò pecudum dicuntur, ſed & nonnunquam ad homines transferuntur. Cicer. in primo de Finibus bono. & malo. Epicurus vna in domo, & ea quidem anguſta, quàm magnos, quantaque amoris cōſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges.

Graue, & leue contraria ſunt. Itaque quum M. Tullius primo Tuſculanarum quæſtionum, quū de natura quatuor omnia gignentium corporum loquēs, quæ plerique philoſophi elementa vocant, commemorauiſſet partem igneam, & animalem. i. aëriam, rurſum ait, rectis lineis in cœleſtem locū ſubuolare, ſiue ipſa natura ſuperiora appetente, ſiue à grauioribus leuiora natura repellantur. Sed & illud quoque animaduertendum eſt, plerunque graue, quum ad perſonam refertur, laudari, quod ſi ad alias res referatur, non ita. Leue contrà in perſona vituperari, in cæteris rebus nequaquam. Hinc M. Tul. in Catone Maiore, Nec in ſumma inopia inquit, non leuis eſſe ſenectus poteſt ſapienti, nec inſipienti etiam in ſumma copia non grauis. Grauitas in homine laudatur. Quamob rem Cicer. in præfatione primi Tuſculanarum diſputationum, Quæ tanta grauitas, quæ tanta conſtantia, animi magnitudo, probitas, fides, quæ tā excellens in omni genere virtus? Cōtrà verò leuitas maxime redarguitur. Idem in primo Tuſculanarum quæſtionum, Contēnamus igitur oēs ineptias. Quod enim leuius huic leuitati

nomen imponam?

Hieracitæ (quorum autor Hieraca nuncupatur) hæretici erant, vt oſtendit Auguſtinus, qui carnis reſurrectionem negabant.

Inuentio vna eſt earum partium, quas oratorem habere oportet. Eſt autem inuentio excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant. Primo rhetoricorum tum de inuentione, tum ad Herennium.

Intelligentia prudentiæ pars eſt, vt ait Cicero libr. ij. Rhetoricorum, quo in loco intelligẽtiam ita definit. Intelligentia eſt per quam animus repetit ea, quæ ſunt.

Iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate conſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Eius initium eſt à natura profectum, deinde quædam in conſuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt, poſteà res & ab natura profectas, & ab conſuetudine probatas, legum metus, & religio ſanxit. Hæc Cicero tradit lib. ij. Rhetoricorũ. Libro autem tertio Rhetori. ad Herennium, Iuſtitia, inquit, eſt æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque.

Ius triplex à Cicerone commemoratur, lib. ij. Rhetoricorum. Ius naturæ, ius conſuetudinis, ius legis. Ius naturę eſt (vt lib. ij. Rhetoricorum Cicero oſtendit) quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruãtiam, veritatem. Conſuetudine ius eſt, quod aut leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vſus; vt religionem.

Aut ſi quid eorum, quę ante dicta ſunt, à natura profectum, maius factum propter cõſuetudinem videmus. Aut quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit: quod genus pactum eſt, par, iudicatum. Iudicatum eſt vt eodem ipſo in loco Cicero ait, de quo alicuius, aut aliquorum iam ſententijs conſtitutum eſt. Lege ius eſt, quod in eo ſcripto, quod populo expoſitũ eſt vt obſeruet, cõtinet̃, Cic. eodẽ ipſo in libro oſtẽdit, ac loco,

Incolumitas, vnà cum potentia(vt Cicero oſtendit libro ſecundo rhetoricorum)pars vtilitatis alteraeſt.Eſt autem Incolumitas,ſalutis tuta,atq; integra conſeruatio.

Imperator definitur,cōſtituiturq; à M.Antonio apud M. Ciceronem libro primo de oratore, Amminiſtraror quidam belli gerendi,cuius ars eſt de exercitu,de caſtris, de agminibus, de ſignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus,de cōmeatu,de inſidijs faciēdis, atq; vitandis,de reliquis rebus, quæ ſunt propriè belli amminiſtrandi:quarum qui ſunt animo,& ſcientia compotes,hi eſſe imperatores dicuntur.

Iuriſcōſultus autem(vt idem ait)is verè nominatur, qui legum,& conſuetudinis eius,qua priuati in ciuitate vtuntur,& ad reſpondendum,& ad agendum,& ad cauendum peritus eſt.

Iudicare eſt ſtatuere, ac firmiter decernere. Cicero in primo de Finibus bonorum & malorum,Nec enim ſatis eſt iudicare quid faciendum,quid non faciendum ſit, ſed ſtare etiam oportet in eo quod ſit iudicatum. Plerique autem quòd tenere, atque ſeruare id quod ſtatuerunt,non poſſunt,uicti,& debilitati obiecta ſpecie voluptatis,tradunt ſe libidinibus conſtringendos.

Licere,& expedire oſtendit differre Auguſtinus in libro de adulterinis coniugijs,dicens,Poteſt aliquid licere, & non expedire.Expedire autem quod nō licet, non poteſt. Ac per hoc non omnia quæ licita ſunt, expediunt. Omnia verò illicità non expediunt.Idem paulò pòſt,Ea mihi videntur licere,& non expedire, quæ p iuſtitiã quidem,quæ coram deo eſt,permittuntur,ſed propter offenſionem hominum,ne ob hoc impediantur à ſalute,vitanda ſunt,ea verò non licere, & ideo non expedire, quæ ſic ipſa iuſtitia vetantur, vt facienda non ſint,etiam ſi ab eis quibus in notitiam fuerint perlata,laudentur.

Labor duplex à Cicerone ſignificatur,alter libero dignus viro,alter illiberalis. Et primus ille vocatur induſtria,qualis eorum eſt qui in ſcribendo verſantur, atque elaborant,Alter à politiore abhorret elegantia, vt hi fa-

ciunt, qui arant, aut fodiunt. Cicero in primo de Finibus libr. vt Terentianus Chremes nõ inhumanus, qui nouũ vicinũ nõ vult fodere, aut arare, aut aliquid ferre, deniq; non illum ab induſtria, ſed ab illiberari labore deterret.

Memoriam theſaurum rerum omnium Cicero appellat primo de oratore, eamq; primo rhetoricorum libro ita definit, Memoria eſt firma animi rerum, ac verborum ad inuentionem perceptio: Primo de inuentione, At in primo ad Herennium eſt (inquit) memoria, firma animi rerum, & verborum, & diſpoſitionis perceptio. Eamq; libr. iij. theſaurum inuentorum, atque omnium partium rhetoricæ cuſtodem appellat.

Memoria ſicut intelligentia, ac prouidentia, pars prudentiæ eſt, atque ea pro Ciceronis ſententia libro. ij. Rhetoricorum ſic definitur, Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt.

Modeſtia à M. Tulio. ij. Rhetoricorum pars ponitur temperantiæ, & his definitur verbis, Modeſtia eſt, per quã pudor honeſtus clarã & ſtabilẽ cõparat autoritatẽ.

Meditationis eſt perſcrutari occulta. Contemplationis eſt admirari perſpicua. Bernar. ſup. 1. Quid eſt tibi mare qđ fugiſti. & ſubdit, Siquidẽ meditatio eſt occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio. Cõtẽplatio eſt perſpicuæ veritatis iucunda ammiratio. Quæ autem occulta ſunt, ſolent ad manifeſtationem prodire, modò propria meditatione, modò ex diuina reuelatione. Vbi ergo reuelationis gratiam præſentem habemus, meditationis officio non egemus.

Mathematicæ diſciplinæ quatuor partes innuere videtur in primo de Finibus bonorum & malorum M. Tullius, Aut ſe (inquit) vt Plato in muſicis, geometria, numeris, aſtris contereret. per quæ muſica, geometria, arithmetica, aſtrologia ſignificari videntur.

Mortis tria ſunt genera inquit Ambro. in libr. de bono mortis. Vna mors peccati eſt, de qua ſcriptum eſt, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Alia mors myſtica, quando quis peccato moritur, & deo viuit.

De qua idem apoſtolus, Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte. Tertia mors, qua curſum hu huius vitæ, & munus explem⁹, id eſt animæ, corporisq́ ſeceſſio. Ac ſtatim addit, Aduertimus igitur quòd vna mors ſit mala, ſi propter peccata moriamur: alia mors bona ſit, qua is qui mortuus fuerit, iuſtificabitur à peccato. Tertia mors media ſit, nam & bona iuſtis videtur, & pleriſque metuenda, quæ cum abſoluat omnes, paucos delectat.

Oculi non modò qui ad videndum animantibus dati ſunt, ſed & pro conſpectu à veteribus nonnunquàm poni conſueuerunt. Cicero in Catone Maiore de F. Maximo, Nec verò in luce modò, atque oculis ciuium magnus. Idem in primo de Finibus bonorum & malorum de Torquato, At magnum periculum adijt, & in oculis quidem exercitus.

Obſeruantia eſt (vt oſtendit Cicero libro ſecundo rhetoricorũ) à natura, & iure: ac definitur his verbis, Obſeruãtia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignamur.

Orator pro M. Antonij definitione apud Ciceronem libro primo de oratore dicitur, Qui & verbis ad audiendum iucundis, & ſententijs ad probandum accommodatis vti poſſit in cauſis forenſibus, atq; communibus, & qui præterea inſtructus voce ſit, & actione, & lepore quodam. Eſt autem oratoris officium (vt libro primo rhetoricorum ad Herennium oſtendit Cicero) de his rebus poſſe dicere, quæ res ad ciuilem vſum moribus, & legibus conſtitutæ ſunt, cum aſſenſione auditorum quoad eius fieri poteſt.

Orator quæ ſecundum M. Antonium habere debeat, declarat, atq; exponit Cicero libro primo de oratore dicens, In oratore acumen dialecticorum, ſententiæ philoſophorum, verba propè poëtarum, memoria iuriſconſultorum, vox tragœdorum, geſtus penè ſummorũ actorum eſt requirendus.

Oratorem quinque conuenit res habere, Ciceronis teſtimonio primo rhetoricorum tum de inuẽtione, tum ad Herennium libro: inuentionem, diſpoſitionem, elocutionem, memoriam, pronunciationem.

Orationem duplicem eſſe oſtendit Marcus Tullius libro primo de Finibus bonorum & malorum. Alteram perpetuam, alteram interrogatione, ac reſponſione conſtantem. Eius hæc verba ſunt, Vti oratione perpetua malo, quàm interrogare, aut interrogori. Et in Tuſculanis quæſtionibus Atticus dicit, Sed nihil te interpellabo, continẽtem orationem audire malo. Tum M. inquit, Quid ſi te rogitauero aliquid, nonne reſpondebis?

Rurſum quoque in ſecundo libro de Finibus bonorum. Ego autem (inquit) arbitror quanquàm admodum delectatus ſum eius oratione perpetua, tamen commodius quum rebus ſingulis inſiſtas, & intelligas quid quiſque concedat, quid abnuat, ex rebus conceſſis concludi quod velis, & ad exitum peruenirí.

Hortenſius magnus fuit orator, atque (vt Aulus Gellius ait lib. I. de Noctib⁹ Atticis) omnib⁹ ferè oratoribus ætatis ſuæ niſi M. Tullio clarior. Quanquàm ob nitidiorem munditiam maledictis, & probroſis cõpellationibus iactatus eſt.

Hortenſius dicitur & Ciceronis liber, in quo philoſophiæ laudes complexus eſt. Hinc dicitur in libro primo de Finibus bonorum, & malorum, Philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo à nobis philoſophia defenſa, & collaudata eſt, quũ eſſet accuſata, & vituperata ab Hortenſio.

Et in ſecundo Tuſculanarum diſputationum, Nos autem vniuerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus in Hortenſio. Sed & Aurelius Auguſtinus in tertio confeſſionum libro, Liber ille (inquit) ipſius Ciceronis exhortationem continet ad philoſophiam, & vocatur Hortenſius.

Pronunciatio (quam habere oratorem oportet) eſt, vt Cicero definit, ex rerum, ac verborum dignitate, vocis, ac corporis moderatio: Libro primo rhetoricorum de inuentione. In primo verò ad Herẽnium ita ait, Pronunciatio eſt vocis, vultus, geſtus moderatio, cum venuſtate.

Prudentia (vt oſtendit M. Tullius libro ſecundo Rhetoricorum) eſt rerum bonarũ, & malarum & vtrarumq; ſcientia. Partes eius ſunt memoria, intelligentia, prouidentia. In rhetoricis verò ad Herennium libro tertio his verbis definit, Prudentia eſt calliditas, quæ ratione quadam poteſt delectum habere malorum, & bonorum. Dicitur item prudentia ſcientia cuiuſdam artificij. Appellatur item prudentia rerum multarum memoria, & vſus complurium negociorum. Hæc ad Herennium.

Prouidentia eſt (vt ait Cicero lib. ſecundo Rhetoricorum) per quam futurum aliquid videtur, antequàm factum eſt.

Pietas vti definit Cicero libro ſecundo Rhetoricorum) eſt per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis, officium, & diligens tribuitur cultus.

Pactum à iure conſuetudinis eſt, vt oſtendit Cic. lib. ſecundo Rhetricorum. Eſt autem pactum, quod inter aliquos cõuenit. Sicut par definitur ab eodem his verbis, Par quod in omnes æquabile eſt.

Patientia fortitudinis eſt, vt oſtendit Cicero lib. ſecũdo Rhetoricorum. Eſt autem patientia honeſtatis, aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum, & difficilium voluntaria, ac diuturna perpeſſio.

Perſeuerentia quoq; pars eſt fortitudinis, & (vt idem ait) eſt in ratione bene conſyderata ſtabilis, & perpetua permanſio.

Potentia (vt eodem loco declaratur) vnà cum incolumitate, altera vtilitatis pars eſt, atq; ita definitur (vt ibidem Cicero ait) Potentia eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda idonearum rernm facultas.

Philoſophus qui (vt ait M. Antonius apud Cicero

nem libro primo de oratore) de ſua vi,ac ſapiētia vnus omnia profitetur. Hæc tamē deſcriptio eſt,vt his qui ſtudeat omnium rerum diuinarum,atq; humanarum vim, naturam,cauſasq; noſſe,& omnem bene viuendi rationem tenere,& proſequi,vt hoc nomine appelletur.

Philoſophi docent bene viuere,& artē viuendi profitentur: Oratores autem potius bene dicunt. Lactātius libro primo diuinarū inſtitutionum: Idcirco apud Græcos maiore in gloria philoſophi,quàm oratores fuerūt. Illi enim rectè viuendi doctores ſunt exiſtimati, quod eſt longè præſtabilius,quoniam bene dicere ad paucos pertinet,bene autem viuere ad omnes.

Philoſophi (Cicerone teſtante in primo Rhetoricorum libro) proprium eſt quæſtionem tractare, eam videlicet quæ controuerſiam habet ſine perſonarum certarum intermiſtione,vt quæ ſit forma mundi, quæ ſolis magnitudo,quam partem ipſam in dicēdo poſitam neſcire,Hermagoras etiam oratori tribueret.

Oratoris eſt autem cauſam agere,quod eſt rem, quæ in ſe habeat controuerſiam in dicendo poſitam cum certarum perſonarum interpoſitione,quæ tripartita eſt, demonſtratiua,deliberatiua,iudicialis,primùm ab Ariſtotele appellata.

Philoſophi, & poëtæ quo differant,patefecit Lactātius Firmianus,quum hæc dicit libro diuinarum inſtitutionum primo: Hactenus de poëtis,ad philoſophos veniamus,quorum grauior eſt autoritas,certiusq; iudiciū, quia non rebus commentitijs,ſed inueſtigandæ veritati ſtuduiſſe creduntur.

Parcæ,fata appellantur. Vergil. 1. Æneid. Sic voluere parcas. Lactantius libro primo diuinarum inſtitutionū, Illud quale eſt,eſſe fata,quibus Dij omnes,& ipſe Iupiter pareat: ſi parcarū tanta vis eſt,vt plus poſſint quàm cœleſtes vniuerſi.

Pecuniam exponit eleganter Aurelius Auguſtinus in libro de diſciplina Chriſtiana inquiens,Totum quicquid homines poſſident in terra, omnia quorum do-

mini ſunt)pecunia vocatur.Seruus ſit,vas, ager, arbor, pecus,quicquid horum eſt,pecunia dicitur.Et ideo pecunia,quia antiqui totum quod habebant,in pecoribus ponebāt.A pecore pecunia vocatur.Legimus antiquos patres dites fuiſſe paſtores.

¶Peccare quo pacto intelligi oporteat,declarat Auguſtinus lib.de adulterinis coniugijs:Intelligendum eſt ex conſuetudine ſermonis abſurdum,quod ita latè patet, vt etiam iumenta,q̃uis ſint rationis expertia,tamen pleruq́ dicamus debere vapulare quum peccāt.Peccare autem propriè non eſt,niſi eius qui vtitur rationali voluntatis arbitrio,quod in omnibus mortalibus animantib⁹ non niſi homini eſt diuinitus attributum. Sed aliud eſt cū propriè loquimur,aliud cùm verba ex alijs rebus trāſferendo,vel abutendo vocamus.

¶Proſperum,atq́ aſperum videntur contraria,autoritate Ciceronis in primo de Finibus bonorum & malorū, Si infantes,pueri,mutæ etiam beſtiæ penè loquuntur magiſtra,ac duce natura,nihil eſſe proſperum niſi voluptatem,nihil aſperum niſi dolorem.

¶Religio,dei cultura. Nonius Marcellus, Diuinarum rerum ſcientia à philoſophis,& maioribus appellata.Plutarchus in Pauli Aemylij vita . Cicero ſecundum Aul. Gel.in oratione de accuſatore conſtituendo. Religioſa delubra,maieſtatis,venerationiſq́ plena.

¶Religioſum,quod propter ſanctitatem aliquam remotum,ac ſepoſitum eſt à nobis.Maſſurius Sabinus à relinquendo dictum. Seruius Sulpitius propter ſanctitatem aliquā,à relegando.Religioſi,qui facienda,& vitanda diſcernunt:Feſtus Pompeius.

¶Religio à naturæ iure eſt, Ciceronis autoritate libro ſecundo Rhetoricorum,vbi & eam ſic definit, Religio eſt,quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ(quam diuinam vocant)curam,cerimoniamq́ affert.

¶Reprehendere,ac maledicere quo differant,Ciceronis verbis declaratur in primo de Finibus bonorum,& ma-

ſorum libro: Differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ,maledicta verò,contumeliæ,tum iracundiæ,concertationeſq; in diſputando pertinaces indignè philoſophia mihi videri ſolent. Ac paulòpòſt,Neq; diſputari ſine reprehenſione, nec cum iracundia,ac pertinacia rectè diſputari poteſt.

¶Subſellia pro iudicijs,tanquam locus pro exercitatione eius,quod in loco fieri ſolet. Cicero primo de oratore, Ageuerò ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; meditere. Et iterum,Qualis eſſe poſſet is, qui habitat in ſubſellijs, neq; quicquam amplius afferret,quàm qđ cauſarum neceſſitas poſtularet?

¶Sapientia(ſecundum Epicurum Cicerone teſte in primo de Finibus bonorum & malorum libro)ars viuendi putanda eſt.Eſt enim vna, quæ mœſtitiam pellat ex animis,quæ nos exhorreſcere metu non ſinat,qua præceptrice in tranquillitate viui poteſt,omnium cupiditatum ardore reſtincto.

¶Senſus iuxta Epicuri ſententiam(vt eſt apud Ciceronem intelligere in primo de Fini.bono.& malo.)incorrupti ſunt,atq; integri teſtes.

¶Sibyllæ decem fuere,teſtante Lactantio libro primo dininarum inſtitutionũ.Prima Perſica, ſecunda Libyca, tertia Cumæa, quarta Delphica, quinta Erythræa, ſexta Samia, ſeptima Cumana, nomine Amalthea, octaua Helleſpõtiaca,nona Phrygia,decima Tiburtina, nomĩe Albunea.

¶Sibyllæ(vt oſtendit Lactantius libro diuinarum inſtitutionum primo) omnes fœminæ vates ſunt à veteribus nuncupatæ,vel ab vnius Delphidis nomine, vel à conſilijs deorum enunciandis.Sicus enim deos,nõ theous,& conſilium,non Boulon,ſed boulian appellabãt, Æolico genere ſermonis.Itaq; Sibyllam dictam eſſe quaſi theoubalen.

¶Solidum qua ratione,& perfectum dicatur, oſtendis

Lactantius diuinarum inſtitutionum libro primo:Id ſolidum(inquit)exiſtimandum eſt,cui nihil decedere:id perfectum,cui nihil accedere.

Sortiri,& eligere quomodo diſtent, oſtendit Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ dicens: Plurimùm refert,ſortiatur aliquis iudicem,an eligat.Multumq́ apparatus intereſt apud inuitatum hoſpitem, & oblatū.

Seueritatis proprium videtur eſſe quæ peccata ſunt vindicare. Et charitati quomō opponatur,aperit Auguſtin⁹ in epiſtola ad virgines,dicens : Sicut apparata ſeueritas peccata quæ inuenerit,vindicare,ita nō vult charitas quod iudicet,inuenire.

Temperantia(vt etiam Epicuro videtur,Cicerone teſte, libro primo de Finibus bonorum & malorum)eſt quæ rebus aut expetendis,aut fugiendis,vt rationem ſequamur,monet.

Temperantia(quemadmodum finit magnus orator libro ſecūdo Rhetoricorum) eſt ratiōis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma , & moderata dominatio:quæ & inter principales virtutes conſtituitur,& partes habet,conuenientiam, clementiam,modeſtiam. Eadem & libro tertio rhetoricorum ad Herennium,appellatur modeſtia,quæ definitur in animo continens moderatio cupiditatum.

Vindicare,liberare.Cicero in libro de Finibus bonorum & malorum Sapientiam eſſe :ſolam,quæ nos à libidinum impetu,& à formidinum terrore vindicet.

Voluptas ſecūdum Epicurum dicitur id omne quo gaudemus;& omne quo offendimur, dolor. Ac doloris omnis priuatio rectè nominata eſt voluptas,vt oſtendit Cicero primo de fini.bono.& malorum.

Voluptatem duplicem conſtituebat Epicurus Cicerone teſtante in primo de Finibus bonornm.Non hanc ſequimur ſolam,quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet,& cum iucunditate quadam percipitur ſenſibus,ſed maximam illam voluptatem habemus,quæ

percipitur omni dolore detracto.

Voluptas & dolor opponuntur:ac Cicerone teſtante in primo de Finibus bonorum & malorum, Non placuit Epicuro medium eſſe.Quid nam eſſet inter dolorē & voluptatem?Illud enim ipſum quod quibuſdam mediū videtur,quum dolorē careret,non modò voluptatem eſſe,verùm etiam ſummam voluptatem. Plato in Phędone,Voluptas & Dolor quū ſimul in homine adeſſe nolint,ſi tamen alterum capiat,ſemper ferme vt alterum quoq; accipiat,neceſſe eſt, quaſi ex eodem capite ambo connexa.atq; arbitror, inquit, ſi hæc cogitaſſet etAeſopus fabulam eam facturum fuiſſe,quòd quum deus illa inter ſe repugnantia reconciliare vellet,neq; id facere poſſet,coniunxiſſe in numerum apices,eaq; de cauſa fieri,vt cuicunque alterum adſit,eundem poſteà ſequatur & alterum.

Virtus partes habet quatuor(vt oſtendit Cicero lib.ſecūdo Rhetori.)Prudentiam,iuſtitiam, fortitudinem,& temperantiam,

Vtilitatis(vt ibidem Cicero ait)duæ partes videntur eſſe,Incolumitas,& potentia.

Vmbra,res inanis,Cicero in primo de Finibus bonorū & malorum,quando Epicuri contra Stoicos refertur ſententia.Illi enim negant bonum quicquam eſſe,niſi neſcio q̃ illam vmbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido,q̃ ſplendido nomine.

FINIS.

A.006.059

Tabula ſequentis libelli perq́ neceſſaria ad inueniēdam vnamquāq; elegātiam ſecundum ordinem alphabeti. Et primo

De litera A

ABlatiui concinnè ponuntur in oratione p̄ſertim ſi qua temporis fuerit ſignificatio. præ.clxix.

Ablatiui quidā, vt ī primis paucis,multis aduerbiaſcunt,ornatamq́ reddūt orationem. pr.clxv.

Accuſatiui & ablatiui participiorum ſæpe tenent locum infinitiui. pr.xxj.

Accuſatiuo plurali eis ꝓ es in quibus ponit̃.prę.cxxvj.

Accipere ꝓ audire,cognoſcere venuſtè pontut pręcepto. cxlv.

Adiectiui ante ſubſtantiuū venuſtus ſitus.præce.vj.

Ad explicandum locum, aut genus,gētile vel patrium nomen fingi debet præcep. cxcix.

Adiectiui & ſubſtantiui in voce,genere & caſu venuſta cōmutatio.pr.xxiij.

Admodum & in primis aduerbia poſitiuo iuncta augent,vimq́ habent ſuperlatiui. præ.xxvj.

Aduerbia epiſtolis cōgruētia pr.cxxviij.

Aduerbia in o,in v deſinētia epiſtolis apta præ.cl.

Aduerbiorum frequentior ſitus pręce.iij.

Aduerſatiua dictio quāq́, orationem plurimū exornat prę.lxv.

Æquè ꝓ ita,ac vel atq; pro vt pr.xxxviij.

Affero quantū cōe ſit verbum. præce.cij.

Afficio et afficior q̄ latè vſurpentur præc.xvij.

Agere, referre, debere, & habere gratias quid diſtent prę.xcij.

Aſs geminatum tenet locū mō aduerbij p.xlvij.

Animo cōplecti qd ſignificat præc.xxxiij.

Annos.xx.nat9 locutio oratoria eſt præ.xlix.

Animaduerto, animaduerſio qd ſignificēt p.lxxvij.

Antecello venuſtè acctō vl' ablatiuo iūgitur p.lx.

Apprime ꝓ valde aptè pręponit̃ noībus. prę.cxix.

Aſſentio & aſſentior eadē ſignificatione actiuā & paſſiuā vocē vſurpāt.pręcepto. cxxij.

De B

Bn̄ mereri qd ſignificat pręcepto. xxxvij.

De C

Calendas, nonas & idus quo pacto exprimem⁹. præcepto. ccx.
Capit verbũ iunctũ diuerſis ſignificat diuerſa p.lij.
Caſu cõcordãt int̃ tria, duo q̃ pximi⁹ iũgunt. præ.xj.
Caueo cũ abltõ ſignificat, p uideo, cum actõ vito ac fugio præ.lxxiij.
Certiorẽ facere in ep̃lis vſitatum eſt præ.clxxxiij.
Certum eſt mihi quid ſignificet. præce.xxxv.
Cœnat quid ornatus afferat præcep.clxxix.
Clã prępoſitio magis eſt q̃ aduerbium apud oratores præ.cxlviij.
Clareo & poſſum eadẽ fere ſunt. præc.lvij.
Coẽo venuſtẽ requirit actm̃ (p.ciiij.
Collocare apud aliquẽ bñficiũ qd ſignificet. præ.clvj.
Coniunctiones tres, enim, autem, & vero quem ordinẽ habeant p.cxxix.
Conor hanc rem, vbi venuſtẽ dicitur præce.cc.
Confido quibus iungitur & ad quę ſpectat præcepto cxxxvij.
Confiteor vi, profiteor ſpõte præ.xcij.
Conficior pro pereo vſitatur præce.clxviij.
Conſequor pro exprimo pulcherrime ponitur præcepto. lxxxvj.
Complector q̃ diffuſum eſt. præc.cciij.
Comparatiui, loco poſitiuorum pulchrẽ ponuntur prę.xl.
Comparatiuo multa aut lõgẽ prępõi ſolet. p.xiiij.
Cum præpoſitiua præpoſitio interdum poſtponitur. præ.cxlvij.
Contineo quam habet elegantiam præc.liij
Continuati orationis quæ ſint. .cxxviij.
Cordi eſt quid ſignificet, præcepto. xcviij.

De D

Dare literas tibi vel ad te, vim habent diuerſam. præcepto. lxxix.
Dare rẽ vitio vel laudi qd ſignificent. prę.xlj.
Dare veniam quid ſignificet præ.cxcij.
De, prepoſitio amplificat vehementer præ.lxiij.
De & dis contrariam mutant ſignificationẽ. præcepto. lxij.
Decẽ annos et decẽ annis quõ differant præ.xcvij.
Decimuſqſq; qd pulchrẽ ſignificet præ.xliiij.

Decurritur quid ornatus habeat præc.clxxix.
Deficit accuſatiuo iuncum quid ſignificet pr. cxxv.
Delecto & oblecto quomodo differant præ.c.
Deſyderium abſentis rei eſt præcep.ccij.
Deuincio pro obligo epiſtolis aptum præc.clv.
Die quarto & die quarta quid diſtāt præc.clxxij.
Diligo, obſeruo, admiror, quem habeāt ordinem præcep. lx.v.
Dimidium & dimidiatū quan tant præc.xc.
Diuerſorum numerorum aut generū ſuppoſi quando licet verbum viciniori correſpōdere præcep. xxviij.
Doleo hanc rem lepidè dicitur præc.cij.
Dono te hac re venuſtè dicitur præc.xciiij.

De E

E vel ex præpoſitiones ornatè pro à vel ab ponūtur præc.lxxxij.
Egoipſe potius dicēdum eſt, quàm egomet præ. lxviij.
Enimuero duæ particulæ cur iunguntur præce. clxiij.
Epitheton vnum duobus poteſt iungi ſubſtantiuis, & econtra præcep. xxiiij.
Eſt mihi nomen Scipioni in datiuo pulcherrime dicitur præc.cxciiij.
Et vbi lepidè geminetur præcep. xviij.
Ex præpoſitio amplificat vehementer præ.lxiij.
Ex ſententia quid ſignificet præcep.cxc.
Euado pro fio & efficior ornatè ponitur præcep. lxxxviij.

De F

Facilis & lenis quomodo differant præc.lv.
Familiaritatem cum aliquo quo pacto ornatè exprimemus præc.lxxij.
Fallit verbum quàm tritū ſit præcep.cxxxj.
Ferire fœdus quid ſignificet præcep.cxciij.
Fero hanc rē facilè, modeſtè, æquoanimo quid habet ornatus præc.cj.
Fore futuram ſemper habet ſignificationem pr. lxxxix.
Frequentatiua verba loco primitiuorum locantur præcep. lxj.

Fretus

Fretus ablatiuo iunctum quid ſignificet præcep. clxxxij.
Frui re aliqua quid ſignificet præc. xxx.

De G

Gaudemus nobis, & gratulamur alijs præ.xcij.
Geminatio nominis vel aduerbij quantùm valeat præc.cxxxv.
Genitiuorum inter duos nominatiuos pulcherrima interiectio præ.v.
Genitiui cum poſſeſſiuis lepidè iunguntur præce. clxxj.
Genitiui primitiui & poſſeſſiui quo modo differant præc.clxxiiij.
Gerit cum nomine honoris, magiſtratus vel imperij pulcherrimam conſtituit oratonem præcep. cxvj.
Gerundium ab omni verbo, ſi opus eſt, poteſt creari præc.cciiij.
Gerundiuorum nominum pulcher vſus pro gerundijs præc.ix
Grande adiectiuum proli, ætati, vel pecuniæ conuenit præc.cxxxix.
Gratificor tibi hanc rē præclarè dicitur præ.clvij.

De H

Habeo hanc rē in memoria qualiter ornatè dicitur præc. lj.
Habeo varia conſtructione plurimùm habet ornatus præcep.clxxxiiij.
Haud ſecus pro quibus ornatè ſumatur præ.xxxix.
Hæc res mihi cōducit quid ſignificet præ.xciiij.
Hiſce, haſce, hoſce, quid ornatus habent præcep. cxlvj.
Honeſtam nobis eſſe rem quomodo aptè oſtende... præc.xv
genus pro eius generis vſitatum eſt pr.clxxxix.
In bundus terminata non tam ſimilitudinē quàm abundantiam ſignificāt præc. clxxxj.
In accuſatiuo præpoſita pro erga vel contra pulcherrime ponitur præc. cxviij.
Iucundam nobis eſſe rem quomodo oſtendemus præcep. xvj.
Increbrui quid ſignificet præc. cxlj.
In dies & in diem quid ſignificat præc.cx.
In animo eſt, & animus mi

hi eſt quantùm differat. præc. xxxiiij.
Indulgeo & ignoſco datiuo iuncta quid ſignificant ornatè præ.clviij.
In eloquẽtia laborare præcept. l.
Infinitiua oratio pro coniunctiua venuſtè ponitur pręc.lxxxj.
Iniuriam inferre quid ſignificat præc.c[illegible].
In caſtra eo multipharia dici poteſt præ.xlviij.
In primis ablatiuus aduerbiaſcens iungitur nomini orna[illegible] dị[illegible]
interdị[illegible] ſcat [illegible]
Impertior & impertio [illegible]dò actiuam modò pa[illegible]uam vocem vſurpant eadem ſignificatione præcep. cxxij.
In mentem venit, cui caſui addatur pr.clxxvij.
Inter gerundiorum accuſatiuis præpoſita quid ſignificat præ.cxvij.
Interſum & præſum quid differant præ.xcj.

De L

Laudari decorè aut vituperari poteſt quippiam triplicìter præc.xx.
Laudare quomodo poſſumus mediocriter aut vehementer pręc.xxvii.
Licet mihi bono viro, vel bonum virũ eſſe, vtrũq; eſt Latinum præc.cliij.
Locus eſt: vel multum, aut nihil loci eſt huic rei præclarè dicitur præc.cxiiij.
Literæ in plurali epiſtolam ſignificant præ.lxxx.
Ludo ludum, ornatè dicitur præ.clxxxviij.

De M

Macte cui caſui plerunque iungitur præ.cxcviij.
Magnopere, maximopere, nimirum in mo[illegible] duplicia nomina venuſtè aduerbiaſcunt præ.cxiiij.
Maxime aduerbium poſitiuo iunctum, dat vim ſuperlatiui præc.xxvj.
Mecum vna dictio, & duæ dictiones quomodo differant præc.lxix.
Mediam ſuper noctẽ quid ornatus habet præc. cxcvj.
Memini vſitatius iungitur accuſatiuo quàm genitiuo præc.lxxiiij.
Meo nomine, meis verbis, pro mea ex parte præc. ccix.
Mille hominum in ſingu-

lari quid ſignificet præ. cv.
Metuo quibus caſibus iungitur præc.lxxxvij.
Minus poſitiuo iunctum contrarium ſignificat præc. cxcvj.
Memoriæ proditũ eſt, memoriæ mãdare quid ſignificet præc.cxxx.
Miſſum facere pro dimittere ornatum eſt præcep. cxxxij.
Mori multiphariam exprimitur ornatè præcep. clxxvij.
Morem gerere ornatè ſignificat complacere & obſequi præ.lxxxv.
Munus pro officio ornatiſſime dicitur præ.lxxij.

De N

Negatiuę dictionis in calce apta locatio pręc.vij.
Non ſolùm, nõ modò, venuſtam reddunt orationem præc.lxvi.
Nihil cum comparatiuis lepidè iungitur pręcep. lxxj.
Negatio poſitiuo iuncta tenet contrarij poſitiui ſignificationem pręcep. clxvj.
Ne quidem particulæ orationem venuſtant præcep. cxxxiij.
Neſcire nos quot modis dicemus præce.cxlij.
Nomina aliqua ex Gręcis profecta mutant [illegible] nationem pręc.xv.
Nomina numerorum in plurali ornatè ſyncopãtur pręc.cviii.
Nominatiuus poſſeſſiui cũ genitiuo poſſeſſor. diſcretionis aut abund. tię cauſa ponitur pręc clxxj.
Nominatiuorum inter genitiuos pulcher[illegible] teri[illegible]
[illegible]
N[illegible] te[illegible] & po[illegible] narium elegante[illegible] dit mediante cõi[illegible] ne p[illegible]

De O

Obliuiſcor voluptatis, quomòdo venuſtè profertur pręc.lij.
Operępręcium eſt quàm venuſtas habeat ſignificationes pręc.xxix.
Opinio Latinũ eſt, reputatio verò vulgi pręc.lvij.
Opus quibus caſibus ornatius iungatur pręcep. xxij.

Omẽis,p oẽs & ſilia p.cxxvj.
Orationis integræ inter adie ctiuũ & ſubſtantiuũ pulchra interpoſitio p.iiij.
Or[illegible] pluriũ dictionũ ſine cõiun ctiõe fit.p.cxxxiiij.

De P

Participia futuri tẽporis qd ornatus faciũt p.clxxxv.
[illegible]thefis interpoſitio lepidã reddit orationẽ.p.cxl.
[illegible]er auget vehemẽter p.lxiiij
[illegible]eto hanc rẽ a te, ornatius dicitur p.clxvij.
[illegible]rtim hominũ & de eius [illegible] [illegible]minatione.
xliij.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] p.[illegible]ij.
genitiuo plur[illegible]
[illegible]itur præ.cl[illegible]vij.
[illegible]oris ante poſſeſſionẽ pr.viij.
[illegible]oſitiuus lepidè augetur,cũ per p.xij.
Poſſum & valeo idem ferè ſunt pr.lvij.
Polleo abltõ ſplendidè iungitur p.xxvj.
Poſtridie,p[illegible]edie,qd ſignificant prę.cxxvij.
Perpetuũ & imperpetuum aduerbia prę.clxiiij.
Perꝗ pulcherrime iungitur poſitiuo p.xlvj.
Prandeẽ qd ornatus afferat præce. clxxix.
Præpoſitionis inter ſubſtantiuum & adiectiuũ perpulchra interiectio p.iiij.
Præpoſitio pulchrius iungitur verbo ꝙ noĩ pr.xcv.
Pridie calendas,pridie idus aut nonas,quid ſignificãt apud venuſtiſſimos.ccix.
Præ ſe ferre qd Latinè ſignificat [illegible] præc.xxx.
Præſto verbũ venuſtũ quoꝗ accuſatiuo & abltõ iungitur. præ.lx.
Præter & præ venuſtè oſtẽdũt aliquã rem aliam antecellere. p.liiij.
Præſtò ſum quid ſignificat præce. clij.
Præſtolor poëtæ plerunꝗ accuſatiuo, Cicero verò datiuo iungit p.cxxj.
Primus quid ſignificat,et q ipſum ſequanẽ. p.cvj.
Pro ornatè ponitur loco in & ſecundũ. p.lxxxiij.
Proſequor ꝙ eleganter ponatur. p.xxxvj.

De Q.

Quin pticula elegãtię p.cxij
Quoad,p quouſꝗ aliqñ ornatè ponit p.clxiij.
Quotuſqſꝗ quid ſignificet ptæce. xlv.
Quartò prætor & quartũm prætor differunt. pr.ccv.

De R
Ratione hreq́ ſignificata habeat p.xxxij.
Recordor hanc rem ornatè dicitur præ.lix.
Refero cũ datiuo & accuſatiuo diuerſa habet ſignificata. p.lxxviij.
Relatiuũ plerũq; cum conſequente congruit prę.x.
Reliquum eſt ꝑ reſtat ornatè ponitur p.cxlij.
Repeto hanc rem memoria qd ſignificat p.clxxxvj.
Res nomine pulcherrime vtimur cum adiectiuis & poſſeſſiuis. præ.cxx.
Ruri eſſe, non rure dicitur præcepto. c.vj.
De S
Salue & aue idem ſignificare videntur apud oratores præ.ccvij.
Salutem dicere quo caſu aptiſſime poſſum⁹ præcepto. ccviij.
Sed ponitur pro; tamen, licet rarò præ.lxv.in fine
Seruio ſeruitutem lepidè dicitur p.clxxxviij.
Sin autem ad quid ponatur in oratione & quid ſignificat p.clxij.
Similis genitiuo plurimùm iungitur p.clxxvij.
Sub in compoſitione ſignificat clam, aut diminuit præcepto lxxxiiij.
Subiunctiui pro indicatiuo poſitio ... pr.xlij.
Subſtantiuum nonnunq̃ adiectiui officio f... præcepto.
Sum datiuo iunctum h... re ſignificat, & quo modo poſſidere p.l
Subiunctiua imper... gũtur ornatus ca... cepto
Superlatiui pulchra poſt mu... lo... præcep.
Suppoſiti in c... præ
Supina actō... ad præp... ita
Suſcipere in epiſtolis tè ſignificat comm... tum habere.
Studeo quandoq; ... uo iungitur.
De T
Talis, qualis q... habeant in p... cepto.
Tatus & qua...
Tantiſper o... git ...
Ten... q...
Tc...

524

ornatè dici r. præ.lj.
Temporum commutatio apud oratotes quæ ſit. præce. clxxvj.
T quibus caſibus iun p.lxxxvij.
ſtiua verba ſi qua paſ m actione ſignifi tur, abſolutè ponunt. clxxx.
i lepidè geminatur hi on. p.xix.
ſa & tui cauſa feci liſta p.clxxiij.
V
o aliam ha n ꝙ cū .lxxvj.
ignifica oud orato p.ccvij.
ꝙ ſplendidè ablali gitur p.lvj.
ꝙtum venuſtatis ne afferat p.ij.
rectiſſime po p.clxj.
at ne ſituatio
vel locus p.ij.
Verſor quàm diffuſam habeat ſignifica. p.clxij.
Verūetiā, verūquoqꝫ venuſtam reddunt orationem præce. lxvj.
Viuere multiphariam exprimitur. pr.clxxvij.
Viuo vitam, viuo miſeram vitam, lepidè dicitur. pręcep. clxxxviij.
Vnas, btnas, ternas literas pulcherrime dicitur, non vnam duas tres p.lxxx.
Vſuuenit pro contingit. pręcepto. cxxiij.
Vſurpare & vſurpatio non idem apud oratores & iuriſcon. ſignificant. præcepto. cxxiiij.
Vtilem nobis eſſe rem quomodo exprimemus decēter præ.xvj.
Vulgo quid ornatè ſignificat præ.cxliiij.

Finis indicis.

BAT DIONISYVS HAR
VGDVNI ANNO A
CHRISTIANO.
1539

Digitized by Google

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
1972
ROMA